T. MACCII PLAUTI

COMOEDIAE.

ITERUM RECENSUIT ET ENARRAVIT

IOANNES LUDOVICUS USSING.

VOLUMINIS QUARTI

PARS PRIOR

MILITEM GLORIOSUM ET MERCATOREM

CONTINENS.

HAVNIÆ MDCCCLXXXXII.

SUMPTIBUS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ (HEGELIORUM PARTIS ET FILII.)

TYPIS EXCUDERUNT JOERGENSEN ET SOCII.

MILES GLORIOSUS.

ARGUMENTUM I.

Meretricem Athenis Ephesum miles auehit.
Id dum ero amanti seruos nuntiare uolt
Legato peregre, ipsus captust in mari
Et eidem illi militi dono datust.
Suum arcessit *seruos ille* erum Athenis et forat
Geminis communem clam parietem in aedibus,
Liceret ut qui conuenire amantibus.
Oberrans custos hos uidet de tegulis,
Ridicul*e* is autem, quasi sit alia, luditur.
Itemque inpellit militem Palaestrio,
Omissam faciat concubinam, quando ei
Senis uicini cupiat uxor nubere.
Ultro abeat orat, donat multa; ipse in domo
Senis prehensus poenas pro moecho luit.

ARGUMENTUM II.

Meretricem ingenuam deperibat mutuo
Atheniensis iuuenis. Naupact*um* is domo
Legatus abiit; miles in eandem incidit,
Deportat Ephesum inuitam. Seruos Attici
Ut nuntiaret domino factum nauigat.
Capitur, donatur illi captus militi.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Heidelbergensis (C), Ambrosiani (A), ubi apparuit.

Arg. I. 2 amantis *C* 3 capstst *C* 4 datus est *C* 5 ars cessit erumna thenis *B*, seruos ille *om.* *C* 6 sci[a]em *C* 7 quiret 8 Obherentis 9 Ridiculis deluditur *C* 11 quando celi *C* 12 uicinis, uxor, cupiat *C* 13 inmodo 14 moechcluit *C*

Arg. II. 1 Meritricem *C* 2 naupactis domum 3 incedit *B* 4 Deportata pessum *B* inuita *B*, inuitat *C* 5 Uut *C* facto 6 illic *B*

Ad erum ut ueniret Ephesum scribit. Aduolat
Adulescens atque in proxumo deuortitur
Apud hospitem paternum. Medium parietem
Perfodit seruos, commeatus clanculum
Qua foret amantum; geminam fingit mulier*is*
Sororem adesse. Mox ei dominus aedium
Suam clientam sollicitandum ad militem
Subornat. Capitur ille; sperat nuptias;
Dimittit concubinam et moechus uapulat.

7 Aduerum uenire te pesum *B* scribi *C* 8 reuortitur 10 clancilum *C* 11 floret *C* geminat mulier 12 ait esse 13 dientam adsollitandum ad *C* 14 Supornat *C* spernat 15 concubinam *om. C* uabulat *C*

PERSONAE FABULAE.

Pyrgopolinices miles
Artotrogus parasitus
Palaestrio seruos
Periplecomenus senex
Sceledrus seruos
Philocomasium mulier
Pleusicles adulescens
Lucrio seruos
Acroteleutium meretrix
Milphidippa ancilla
Puer
Cario coquos
Lorarii
Serui.

PYRGOPOLINICES MILES. ARTOTROGUS PARASITUS.

Pyrgopolinices

Curate ut splendor meo sit clipeo clarior,
Quam solis radii esse olim quom sudumst solent,
Ut, ubi usus ueniat, contra conserta manu
Praestringat oculorum aciem in acie hostibus.
Nam ego hanc machaeram mihi consolari uolo,
Ne lamentetur neue animum despondeat,
Quia se iam pridem feriatam gestitem,
Quae misere gestit fartum facere ex hostibus.
Sed ubi Artotrogus hic est?

Artotrogus

Stat propter uirum
Fortem atque fortunatum et forma regia.
Tam bellatorem Mars *se* haud ausit dicere
Neque aequiperare suas uirtutes ad tuas.

Pyrgopolinices

Quemne ego seruaui in campis Corcodiloniis,
Ubi Bumbomachides Clytomestoridysarchides
Erat imperator summus, Neptuni nepos?

MILES *et* PARASITUS *om. A*, *totum titulum C*

1 dibeo *C* 2 sudust 4 atiem *B* inatie *C* 7 fieri attam 8 quem miser agestat et fratrem *B*, quaem misera gestitet fratem *C* 9 Sedtubi *C* hinc *B* 11 Tum pellatorem *C* ars aut 12 Mequia equiperare *B*, Nequi aequiuerare *C* 13 urculion . . s *A*, curcus lis donis *B*, curcusculi donis *C* 14 bumbom arides clutum ista ridis archidis 15 neptunu *C* nepus *B*

Artotrogus

Memini; nempe illum dicis cum armis aureis,
Quoius tu legiones difflauisti spiritu
Quasi uentus folia *au*t peniculus tectorium.

Pyrgopolinices

Istuc quidem edepol nihil est.

Artotrogus

Nihil hercle hoc quidemst,
Praeut alia dicam, tu quae numquam feceris.
Periuriorem hoc hominem si quis uiderit
Aut gloriarum pleniorem, quam illic est,
Me sibi habeto, ei ego me mancupio dabo;
Nisi unum: epityrum illi estur insanum bene.

Pyrgopolinices

Ubi tu es?

Artotrogus

Eccum. Edepol uel elephanto in India
Quo pacto pugno praefregisti brachium.

Pyrgopolinices

Quid, brachium?

Artotrogus

Illud dicere uolui „femur“.

Pyrgopolinices

At indiligenter iceram.

Artotrogus

Pol si quidem
Conisus esses, per corium, per uiscera
Perque os elephanti transmineret brachium.

---

16 auris 17 egionis diflauisti spiritum *B* 18 ut peniculum *B*, beniculum *C* 19 quidem *BC* 20 aliam *B* 21 peiuriorem *C* huc *B* 23 habetot *B*, habeto et *C*, ei *om.* *A* 24 epytir aut apud illa esturiensa nebene *B*, *item C nisi quod:* ame bene 25 uellephanto *BC* in Indiam *A*, inuidia *C* 26 Qua *B* perfigisti *B*, prefigisti *C* 28 hic eram *BC* 30 elephante *BC* transmitteret prachium *C*

Pyrgopolinices

Nolo istaec hic nunc.

Artotrogus

Ne hercle operae pretium quidemst
Mihi te narrare, tuas qui uirtutes sciam. —
Uenter creat omnis hasce aerumnas auribus;
Peraudienda sunt, ne dentes dentiant,
Et adsentandumst quidquid hic mentibitur.

Pyrgopolinices

Quid illuc quod dico?

Artotrogus

Ehem, scio iam quid uis dicere.
Factum hercle est; memini fieri.

Pyrgopolinices

Quid id est?

Artotrogus

Quidquid est.

Pyrgopolinices

Habes —

Artotrogus

Tabellas uis rogare? Habeo, et stilum.

Pyrgopolinices

Facete aduortis tuum animum ad animum meum.

Artotrogus

Nouisse mores tuos me meditate decet
Curamque adhibere ut praeolat mihi quod tu uelis.

Pyrgopolinices

Ecquid meministi?

---

31 istahec *B* ercle *C* opere quidem *BC* 32 enarrare *C* uirtutis *B* 33 has *BC* 34 Peraurienda *C* 36 AR. quod dico PYR *BC* em *B*, hem *C* 37 AR. Factumst hercle *BC* 38 ‡ fabellas uis *A*, tabellas. AR uis *BC* 39 Facite *B* animum tuum *A* at *BC* animam meam *C* 40 moris me tuos *BC* 41 adhiber& *B* præuolat *B*, praeuolet *C* quo *BC* 42 Ecquidememisti *B*, et quidem meministi *C*

Artotrogus

Memini. Centum in Cilicia
Et quinquaginta, centum in Scytholatronia,
Triginta Sardis, sexaginta Macedones
Sunt homines, quos tu occidisti uno die.

Pyrgopolinices

Quanta istaec hominum summast?

Artotrogus

Septem milia.

Pyrgopolinices

Tantum esse oportet; recte rationem tenes.

Artotrogus

At nullos habeo scriptos; sic memini tamen.

Pyrgopolinices

Edepol memoria es optuma.

Artotrogus

Offae monent.

Pyrgopolinices

Dum tale facies quale adhuc, adsiduo edes;
Communicabo semper te mensa mea.

Artotrogus

Quid in Cappadocia, ubi tu quingentos simul,
Ni hebes machaera foret, uno ictu occideras?

Pyrgopolinices

At peditastelli quia erant, siui uiuerent.

Artotrogus

Quid tibi ego dicam, quod omnes mortales sciunt,

---

42 ininilicia *C* 43 insycholatronie *BC* 45 te *C* una hodie *C* 46 istahec *B* 48 mimini *C* 49 Et depol *C* es *om. C*, st *B* monet *BC* 50 talem *B* qualem *BC* assuduo *C* aedis *B*, edis *C* 51 te semper *C* mea *om. C* 53 macera *B* occideris *BC* 54 At peditas telu quia erant si 55 omnis mortale sciunt *C*

Pyrgopolinicem te unum in terra uiuere,
Uirtute et forma et factis inuictissumum?
Amant te*d* omnes mulieres, neque iniuria,
Qui sis tam pulcer. Uel illae quae heri pallio
Me reprehenderunt.

Pyrgopolinices

Quid eae dixerunt tibi?

Artotrogus

Rogitabant: „Hicine Achilles est? inque id mihi".
„Immo eius frater" inquam „est". Ibi illarum altera
„Ergo mecastor pulcer est" inquit mihi
„Et liberalis; uide caesaries quam decet!
„Ne illae sunt fortunatae, quae cum illo cuba*nt*."

Pyrgopolinices

Itane aibant tandem?

Artotrogus

Quaen me ambae obsecraueri*nt*,
Ut te hodie quasi pompam illa praeterducerem.

Pyrgopolinices

Nimiast miseria nimis pulcrum esse hominem.

Artotrogus

Immo itast:
Molestae sunt; orant, ambiunt, exobsecrant,
Uidere ut liceat; ad sese arcessi iubent,
Ut tuo non liceat dare operam negotio.

---

56 Pyrigo pol inicente *B*, Pirigo *cet.* *C* interrā *C* 57 Uirtutē *C* inuictis sumus *B*, inuictissumis *AC* 58 te iniuriam *A* 59 Qui es tan *A*, Quista *B* pulcherum *BC* here *A*, hercle *BC* 60 quidere 61 achillis *BC* inquit mihi *A*, inquit tibi *B*, inquid tibi *C* 62 inquam inuit illarum 63 pulchere si inquid *B* 64 uida & *B*, indaet et *C* caesariis 65 isto *BC* cubat 66 aiebat *A*, a leuat *BC* quae *B*, que *C* obsecrauerit *BC* 67 quamsi *B* ponpam *C* illam praeterducerent *A* 68 Nimis *BC* Immo itast *om.* *BC* 69 obsecrant 70 Uiderit *BC* accersi *BC* 71 noliceat adse operam *C* negotii *BC*

Pyrgopolinices

Uidetur tempus esse ut eamus ad forum,
Ut in tabellis quos consignaui hic heri
Latrones, ibus dinumerem stipendium.
Nam rex Seleucus me opere orauit maxumo,
Ut sibi latrones cogerem et conscriberem.
Regi hunc diem mihi operam decretumst dare.

Artotrogus

Age eamus ergo.

Pyrgopolinices

Sequimini, satellites.

PALAESTRIO SERUOS

Mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas,
Si ad auscultandum uostra erit benignitas.
Qui autem auscultare nolet, exsurgat foras,
Ut sit ubi sedeat ille qui auscultare uolt.
Nunc qua adsedistis causa in festiuo loco,
Comoediai, quam nos acturi sumus,
Et argumentum et nomen uobis eloquar.
Alazon Graece huic nomen est comoediae;
Id nos Latine gloriosum dicimus.
Hoc oppidum Ephesumst; illest miles meus erus,
Qui hinc ad forum abiit, gloriosus, inpudens,

---

72 eat mus at *C* 73 eri *A*, aeri *BC* 74 Latronibus *B*, Latronis bus *C* denumerem *B*, denumerent *C* stibendium *C* 75 resseleuticus *B*, res seleucus *C* operae *C* 76 latranes *C* 77 Rei die *BC* deoretus *C* 78 Age tenemus *B*, Age temus *C* satellitis *B*, satellis palestrio *C* 79 comtas *B* 80 at 81 auscultabunt nollet 84 Comediae quando *B*, quandos *C* aucturi 86 crece *C* nomen eloquar comediae 88 epesū ē idē *B*, *om.* *C*

Stercoreus, plenus periuri atque adulteri.
Ait sese ultro omnis mulieres *s*ectarier.
Is deridiculost, quaqua incedit, omnibus;
Itaque hic meretrices, labiis dum ductant eum,
Maiorem partem uideas ualgis sauiis.
Nam ego haud diu apud hunc seruitutem seruio,
Id uolo uos scire, quo modo ad hunc deuenerim
In seruitutem ab eo quoi seruiui prius.
Date operam, nam nunc argumentum exordiar.
Erat erus Athenis mihi adulescens optumus.
Is amabat meretricem acre Athenis Atticis
Et illa illum contra, qui est amor cultu optumus.
Is publice legatus Naupactum fuit
Magnai rei publicai gratia.
Interibi hic miles forte Athenas aduenit.
Insinuat sese ad illam amicam eri mei.
Occepit eius matri subpalparier
Uino, ornamentis opiparisque opsoniis;
Itaque intumum ibi se miles apud lenam facit.
Ubi primum euenit militi huic occasio,
Sublinit os illi lenae, matri mulieris,
Quam erus meus amabat; nam is illius filia*m*
Conicit in nauem miles clam matrem suam
Eamque huc inuitam mulierem in Ephesum aduehit.
Ubi amicam erilem Athenis auectam scio,
Ego quantum uiuos possum mihi nauem paro;
Inscendo, ut eam rem Naupactum ad erum nuntiem.

---

90 adelterii *C* 91 ultro ut ectarier 92 dericulust *B*, deri dicust *C* 93 ducant *B*, ducunt *C* 94 suauiis *B* 95 aut diu *B*, audiu *C* 96 at huc C deuenerit *B*, conuenirit *C* 97 habeo oculis *B*, habe oculi *C* 98 exordiat *B*, exodiat *C* 100 matre 101 quid *C* 103 Magna rei publicam gratiast 104 Interiuit milis *B* athenis *C* 105 Insunuat *C* amicam meri 106 subpalparit' *C* 107 opiparais *C* 108 milis 109 hinc *C* 110 illos *B*, illis *C* laenae 111 filia 112 Contigit *B*, contegit *C* milis clamat rem 113 aduenit 114 *proximo postponitur* 116 Incendo *C* aterum *B*, alterum *C* nuntiet

Ubi sumus prouecti in altum — fit quod *di* uolunt —
Capiunt praedones nauem illam, ubi uectus fui.
Prius perii quam ad erum ueni, quo ire occeperam.
Ille *qui* me cepit dat me hu*i*c dono militi.
Hic postquam in aedis me ad se *de*duxit domum,
Uideo illam amicam erilem, Athenis quae fuit.
Ubi contra aspexit me, oculis mihi signum dedit,
Ne se appellarem; deinde, postquam occasio est,
Conqueritur mecum mulier fortunas suas.
Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu;
Sese illum amare, meum erum, Athenis qui fuit,
Neque peius quemquam odisse quam istum militem.
Ego quoniam inspexi mulieris sententiam,
Cepi tabellas, consignaui clanculum,
Dedi mercatori quoidam, qui ad illum deferat,
Meum erum, qui Athenis fuerat, qui hanc amauerat,
Ut is huc ueniret. Is non spreuit nuntium;
Nam aduenit, et is in proxumo hic diuortitur
Apud suum paternum hospitem, lepidum senem.
Atque ille amanti suo hospiti morem gerit
Nosque opera consilioque adhortatur, iuuat;
Itaque ego paraui hic intus magnas machinas,
Qui amantis una inter se facerem conuenas.
Nam unum conclaue, concubinae quod dedit
Miles, quo nemo nisi ea*p*se inferret pedem,
In eo conclaui ego perfodi parietem,
Qua conmeatus clam esset hinc huc mulieri;

---

117 pronecto *C* sit *C* di *om.* 118 praedonis 119 periit uenit iret 120 qui *om* huc 121 duxit 122 atenisq' *B* 124 apellarem *B* dein posquam *C* 125 mae cum fortuna sua 126 cuperet 127 amaret 128 odisset qua *C* milite 130 Cepit apellas *C* consignauit 131 me pecatori *C* 132 aerum hac *B*, hec *C* 133 his 134 Nam et uenietis *B*, Nam et uenifeius *C* deuertitur 136 Itaque illi mortem *C* 137 uiuat *C* 139 conuenias 140 conclauem quo *C* 141 qui *B* ea se pedum *C* 143 hic huc *C*

Et sene sciente hoc feci; is consilium dedit.
Nam meus conseruos est homo haud magni preti,
Quem concubinae miles custodem addidit.
Ei nos facetis fabricis et doctis dolis
Glaucumam ob oculos obiciemus, eumque ita
Faciemus ut quod uiderit non uiderit.
Et mox ne erretis, haec duarum hodie uicem
Et hi*n*c et illinc mulier feret imaginem,
Atque eadem erit, uerum alia esse adsimulabitur.
Ita sublinetur os custodi mulieris.
Sed foris concrepuit hinc a uicino sene.
Ipse exit; hic illest lepidus, quem dixi, senex.

PERIPLECOMENUS. PALAESTRIO.

Periplecomenus

Ni hercle defregeritis talos posthac, quemque in tegulis
Uideritis alienum, uostra ego faciam latera lorea.
Mihi quidem iam arbitri uicini sunt, meae quid fiat domi;
Ita per inpluuium intro spectant. Nunc adeo edico omnibus:
Quemque a milite hoc uideritis hominem in nostris tegulis,
Extra unum Palaestrionem, huc deturbatote in uiam.
Quod ille gallinam aut columbam se sectari aut simiam
Dicat, disperistis, ni usque ad mortem male mulcassitis.

---

144 senem scientem fecis. *B*, faecitis *C* 145 aut 146 custodes *C* 147 facitis fabritios *C* dolis dolis *B* 148 Glaucuma *BC* obitiemus 151 hic *BC* ut ferret *B*, ut feret *C* 152 alia esse *om. A* esset atsimulabitur *BC* 153 sublinit... *B*, sublitores *C* mulieres *B* 154 senem *C* 155 dixit senex est Periplectomens palaestrio *add. B.*

PERIPLECTOMENUS

156 Nisi *B* defrieret is *C* quemquem *A* 157 ego uostra *BC* 158 mihi equidem *A* arbitri& *B*, arbitriae *C* uicis eunt *BC* 160 quemquem *A* teculis *C* 161 inuia *BC* 162 scimia *BC* 163 disperistiniusque ale *C* mulcasitis *BC*

Atque adeo, ut ne legi fraudem faciant aleariae,
Adcuratote ut sine talis domi agitent conuiuium.

Palaestrio

Nescio quid male factum a nostra hic familiast, quantum audio;
Ita hic senex talos elidi iussit conseruis meis.
Sed me excepit; nihili facio, quid illis faciat ceteris.
Adgrediar hominem.

Periplecomenus

Estne, aduorsum hic qui uenit, Palaestrio?

Palaestrio

Quid agis, Periplecomene?

Periplecomenus

Haud multos homines, si optandum foret,
Nunc uidere et conuenire quam te mauellem.

Palaestrio

Quid est?
Quid tumultuas cum nostra familia?

Periplecomenus

Occisi sumus.

Palaestrio

Quid negoti est?

Periplecomenus

Res palam est.

Palaestrio

Quae res palam est?

---

164 neglegi *C* alarie *B*, alariae *C* 165 accuratote *BC* sine taliis *B*, sinet alii *C* dolis *A* agitet *BC* conuium *C* 166 a *om. BC* huic *BC* 167 conseruus meus *BC* 168 excepte *C*, expe... *A* quod *A* 169 At grediar *BC* estne aduorsum est quasi *nec plura BC* quia *A* 170 periplectomene *A*, periplectomenem *B*, peripleto menem *C* hau *A* fuerit *BC* 171 uideret et quam *BC* ueniret quante auellet *B*, conueniret quante euellet *C* 172 *om. BC*

Periplecomenus

De tegulis
Modo nescio quis inspectauit uostrum familiarium
Per nostrum inpluuium intus apud nos Philocomasium atque hospitem
Osculantis.

Palaestrio

Quis homo id uidit?

Periplecomenus

Tuus conseruos.

Palaestrio

Quis is homost?

Periplecomenus

Nescio; ita abripuit repente sese subito.

Palaestrio

Suspicor
Me perisse.

Periplecomenus

Ubi abit, conclamo; „Heus, quid agis tu“ inquam „in tegulis?“
Ille mihi abiens ita respondit, se sectari simiam.

Palaestrio

Uae mihi misero, quoi pereundumst propter nihili bestiam.
Sed Philocomasium hicine etiam nunc est?

Periplecomenus

Quom exibam, hic erat.

---

173 estade *A* tequlis *C* 174 quisis uestrarum *BC* familiarum *C* 175 philocomazium *B*, filo comatium *C* 176 qui *C* id *om. B*, ι *C* conseruus est. PA. qui sis erit homost *BC* 177 arripuit *A* 178 periisse *A*, perisset *C* abiit *A*, habiit *BC* heius . . quit *B*, heus aquid *C* in tegulis *om. BC* 179 scimiam *BC* 180 amisero *BC* pereunduset *A*, pereundū si *B*, pereundū ii *C* nihil bestia *C* 181 Saet philochomasium *C* hic in ae *BC* etiannunc *A* eram *BC*

Palaestrio

I sis, iube transire huc quantum possit, se ut uideant domi
Familiares; nisi quidem illa nos uolt, qui serui sumus,
Propter amorem suum omnis crucibus contubernalis dari.

Periplecomenus

Dixi ego istuc, nisi quid aliud uis.

Palaestrio

Uolo. Hoc ei dicito,
Profecto ut ne quoquam de ingenio degrediatur muliebri,
Earumque artem et disciplinam optineat colere.

Periplecomenus

Quem ad modum?

Palaestrio

Ut eum, qui se hic uidit, uerbis uincat, ne is se uiderit.
Si quidem centiens hic uisa sit, tamen infitias eat;
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam,
Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.
Qui arguat se, eum contra uincat iure iurando suo.
[Domi habet animum falsilocum, falsificum, falsiiurium,
Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.]
Nam mulier holitori numquam supplicat, si qua est mala;
Domi habet hortum et condimenta ad omnis mores maleficos.

Periplecomenus

Ego istaec, si erit hic, nuntiabo. Sed quid est, Palaestrio,
Quod uolutas tute tecum in corde?

---

182 Istis *A*. Sis *BC* huc transire *A* possint *A* uideat *BC* 183 Familiaris *B*, Famiaris *C* 184 omnes *A* contubernales *A* clari *C* 185 uolo hic dicito *BC* 186 *om.* *BC* 187 colorem *B*, colerem *C* et quemadmodum *BC* 188 hic se *BC* uerui uinctā uinctane *B*, ueruisuincta uinctane *C* esse *BC* 189 eas *C* 190 Hos *BC* militia *BC* audatia *BC* 191 Confidentia *BC* fraudulentia *BC* 193 *om.* *A* 194 dolonifica *B* 196 molis *BC* malificos *B*, milificos *C* 197 ista hec *BC* hec *B* 198 uolunt astute *B*

Palaestrio

Paulisper tace,
Dum ego mihi consilia in animum conuoco et dum consulo
Quid agam, quem dolum doloso contra conseruo parem,
Qui illam hic uidit osculantem, id uisum ut ne uisum siet.

Periplecomenus

Quaere; ego hinc abscessero abs te huc interim. Illuc sis uide,
Quem ad modum adstitit seuero fronte curans, cogitans.
Pectus digitis pultat; cor credo euocaturust foras.
Ecce auortit nisus: laeuo in femine habet laeuam manum,
Dextera digitis rationem conputat. Ferit femur
Dexterum. Ita uehementer icit: quod agat aegre suppetit.
Concrepuit digitis; laborat, crebro conmutat status.
Eccere autem capite nutat; non placet quod repperit.
Quidquid est, incoctum non expromet, bene coctum dabit.
Ecce autem aedificat; columnam mento suffigit suo.
Apage, non placet profecto mihi illaec aedificatio;
Nam os columnatum poetae esse audiui barbaro,
Quoi bini custodes semper totis horis occubant.
Euge, euscheme hercle adstitit et dulice et comoedice.
Numquam hodie quiescet prius quam id quod petit perfecerit.
Habet, opinor. Age, si quid agis; uigila, ne somno stude,

---

198 tacet 199 dum *om.* *C* 200 conserua *BC* 201 it uidum *B* ut *om.* *A* me *BC* sit *BC* 202 Quare *B*, Quere *C* interū *C* illius *B*, illi is *C* 203 abstitit seuera *BC* curas cogitas *BC* 204 poltet *C* credat *C* euocaturus *BC* 205 Ecce autem auortit *B*, Ecce autem auorte *C* nixus *A* leua in femina *BC* 206 Dexterā *BC* feries *BC* 207 icit *om.* *BC*, eicit *A* agit *A*, acta *BC* 208 crebros *A* 209 mutat *C* quo *C* 210 non expromit *B*, nox promit *C* adabit *C* 211 hedificat columnamento suffulsit *BC* 212 Apace illam *BC* 213 osculum natum *AC* poete *BC* inaudiui *BC* 214 uini oris *B*, orit *C* occubat *B*, occupat *C* 215 uscheme astitisset *B*, astitis et *C* dulce 216 Namquam *B* pitit *C* perfecit 217 studet

Nisi quidem hic agitare mauis uarius uirgis uigil*i*as.
Tibi ego dico; an me ita tu nescis te adloqui, Palaestrio?
Uigila inquam, expergis*cere* inquam; lucet hoc inquam.

Palaestrio

Audio.

Periplecomenus

Uiden hostis tibi adesse tuoque *t*ergo obsidium consuli?
Arripe opem auxiliumque ad hanc rem; propere hoc, non placide, decet.
Anteueni et aliqua aliquo saltu circumduce exercitum.
Coge in obsidium perduellis, nostris praesidium para.
Interclude iter inimicis contra, tibi muni uiam,
Qua cibatus conmeatusque ad te et legiones tuas
Tuto possit peruenire. Hanc rem age; res subitariast.
Reperi, conminiscere, cedo calidum consilium cito,
Quae hic sunt uisa ut uisa ne sint, facta ut facta ne sient.
Magnam illic homo rem incipissit, magna munit moenia.
Tu unus si recipere hoc ad te dicis, confidentiast
Nos inimicos profligare posse.

Palaestrio

Dico et recipio
Ad me, et ego impetrare dico id quod petis.

Periplecomenus

At te Iuppiter
Bene amet, auden participare me quod conmentu's?

---

218 agitarē *B* uigilas 219 anheriatus uestis heus te 220 expergis inqua 221 Uident ergo 222 Arripet properem 223 et *om. C* aliquos auttu *B*, aliquos autu *C* 224 Cor in 225 Intercludite inimicis commeatum 226 legionis 227 aggeres *C* 228 Repperit *B*, Reperit *C* 229 suntuis (*B*: sunt tuis) aut tui sane sint facta infecta ne siet 230 honorem incipis sed magna munitis menia 231 Tudeunius *B*, Tudeunus *C* ate *B*, at te *C* 232 possit 233 PE. et egom inpetrarem dicom PA. At 234 PE. aut inparte mici pare me

Palaestrio

Tace,
Dum in regionem astutiarum mearum te induco, ut scias
Iuxta mecum mea consilia.

Periplecomenus

Salua sumes indidem.

Palaestrio

Erus meus elephanti corio circumtentust, non suo,
Neque habet plus sapientiae quam lapis.

Periplecomenus

Egomet istuc scio.

Palaestrio

Nunc sic rationem incipisso. Hanc instituam astutiam,
Ut Philocomasio huic sororem geminam germanam alteram
Dicam Athenis aduenisse cum amatore aliquo suo,
Tam similem quam *lacte* lacti est; apud *te* eos hic diuortier
Dicam hospitio.

Periplecomenus

Euge, euge, lepide. Laudo conmentum tuum.

Palaestrio

Ut, si illic concriminatus sit aduorsum militem
Meus conseruos, eam uidisse hic cum alieno oscularier,
Arguam *hanc* uidisse apud te contra conseruom meum
Cum suo amatore amplexantem atque osculantem.

---

236 consiliam *C* saluam sumaes 237 circumtentus sum 238 sapientiā equā aegomi stuc scio *B*, aego mist uescio *C* 239 incipis som 240 philochomasiom hanc altera 241 aduenissa et amatorē *C* aliquid quot suo 242 Tum similem tam lacti est te *om.* deuortier 244 congriminatus *C* 245 eum uidisset 245 sq. osculari eum arguam *B*, osculari eam arguum *C* 246 hanc *om.* 247 amatorem atquem *B*

Periplecomenus

Optume.
Idem ego dicam, si *ex* me exquiret miles.

Palaestrio

Sed simillumas
Dicito esse; et Philocomasio id praecipiundumst, ut sciat,
Ne titubet, si *ex*quiret ex ea miles.

Periplecomenus

Nimis doctum dolum.
Sed si ambas uidere in uno miles concilio uolet,
Quid agimus?

Palaestrio

Facilest. Trecentae possunt causae conligi:
Non domist; abiit ambulatum; dormit; ornatur; lauat;
Praudet; potat; occupatast; operae non est; non potest;
Quantum uis prolationum; dum modo hunc prima uia
Inducamus, uera ut esse credat quae mentibimur.

Periplecomenus

Placet ut dicis.

Palaestrio

Intro abi ergo et, si isti est mulier, eam iube
Cito domum transire atque haec ei dice, monstra, praecipe,
Ut teneat consilia nostra, quem ad modum exorsi sumus,
De gemina sorore.

Periplecomenus

Docte tibi illam perdoctam dabo.
Num quid aliud?

---

247 Immo ut optume 248 ex *om.* silimilimas *B* 249 esset et recipiendum est 250 quiret 251 miles in uno *A* 252 trecentē *C* causa *C* conlici *B*, concili *C* 253 abit *A* 254 Prandet potest *BC* 255 Quantū is prolationis *A* nunc *BC* 256 mentibitur 257 abiit *BC* mulierē *B*, muliere *C* 258 transiret *BC* at quem *C* ei monstram *BC* 259 consimilia *BC* 250 perdocta *BC*

Palaestrio
Intro ut abeas.

Periplecomenus
Abeo.

Palaestrio
Et quidem ego ibo domum
Atque hominem inuestigando operam huic dissimulabiliter dabo,
Qui fuerit conseruos, qui hodie sit sectatus simiam.
Nam ille non potuit quin sermone suo aliquem familiarium
Participauerit de amica eri, sese uidisse eam
Hic in proxumo osculantem cum alieno adulescentulo.
Noui morem; egomet tacere nequeo, solus quod scio.
Si inuenio q*uoi* dixit, ad eum uineam pluteosque agam.
Res paratast; ui pugnandoque hominem caperest certa res.
Si ita non reperio, ibo odorans quasi canis uenaticus,
Usque donec persecutus uolpem ero uestigiis.
Sed fores crepuerunt nostrae; ego uoci moderabor meae;
Nam illic est Philocomasio custos, meus conseruos, qui it foras.

---

261 habeas *BC* ecquidem *BC* 262 Atquem *BC* inuestigandos *BC* dissimulando *BC* 263 siet simia *BC* 264 illem *BC* qui sermoni *BC* familiarum *BC* 265 Particauerit *BC* eri . . s euidiss& *B*, eri qui uidisset *C* 266 proximos *B* quom *B* 267 more *C* ego et *BC* quod *om.* *BC* 268 qui uidit *BC* uineas *BC* 269 paratust *B* hominem *om.* *C* st *om.* *BC* 270 ibi odoras *B* 272 foris concrepuerunt *C* uoce moderabo me *BC* 273 Philocomasii *A* conseruus atque it *BC*

SCELEDRUS PALAESTRIO, SERUI II.

Sceledrus

Nisi quidem ego hodie ambulaui dormiens in tegulis,
Certo edepol scio me uidisse hic proxumae uiciniae
Philocomasium erilem amicam sibi malam rem quaerere.

Palaestrio

Hic illam uidit osculantem, quantum hunc audiui loqui.

Sceledrus

Quis hic est?

Palaestrio

Tuus conseruos. Quid agis, Sceledre?

Sceledrus

Te, Palaestrio,
Uolup est conuenisse.

Palaestrio

Quid iam? aut quid negoti est? fac sciam.

Sceledrus

Metu*o*,

Palaestrio

Quid metuis?

Sceledrus

Ne hercle hodie, quantum hic familiar*i*umst,
Maxumum in malum cruciatum insuliamus.

SERUI II *om. A*

274 dormies *B* 275 aedepol *C* 276 Philocomasiem *B* malum *B*, alium *C* rem *om. BC* 277 huc *B* loquere *B*, loquentem *C* 278 SC. iste *B*, SC. ste *C* 279 Uolupes conuenisset *B* quid iam negoti est *A*, quid negotii *B*, quid nego tu *C* fasciam *A* 280 Metu quid *BC* PA. quantum est fami . . *A*, quantum hic familiarumst *BC* 281 cruciatumque *C* insuliamus est *B*, insuliam *C*

Palaestrio

Tu sali

Solus; nam ego istam insulturam et desulturam nihil moror.

Sceledrus

Nescis tu fortasse, apud nos facinus quod natumst nouom.

Palaestrio

Quod id est facinus?

Sceledrus

Inpudicum.

Palaestrio

Tute sci*as* soli tibi;

Mihi ne dixis; scire nolo.

Sceledrus

Non enim faciam quin scias.

Simiam hodie sum sectatus nostram in horum tegulis.

Palaestrio

Edepol, Sceledre, homo sectatu's nihili nequam bestiam.

Sceledrus

Di te perdant!

Palaestrio

Te istuc aequom, quoniam occepisti, eloqui.

Sceledrus

Forte fortuna per inpluuium huc despexi in proxumum,

Atque ego illi aspicio osculantem Philocomasium cum altero

Nescio quo adulescente.

Palaestrio

Quod ego, Sceledre, scelus ex te audio?

---

salist *B* 282 nihil hic *B*, nihil hil *C* 283 Nesis *B* fortasset *B* natumst hic *B* 284 scis solite tihi 285 dixit scerere *B* sciat *B* 287 sectatus mihi nequam *B* 289 despexit *B* 290 illas *B*, illic *C* 291 Nescio quod *B* auno *B*

Sceledrus

Profecto uidi.

Palaestrio

Tutin?

Sceledrus

Egomet, duobus his oculis meis.

Palaestrio

Abi, non ueri simile dicis neque uidisti.

Sceledrus

Num tibi
Lippus uideor?

Palaestrio

Medicum istuc tibi melius percontarier.
Uerum enim tu istam, si te di ament, temere haud tollas fabulam.
Tuis nunc cruribus capitique fraudem capitalem hinc creas;
Nam tibi iam ut pereas paratumst dupliciter, nisi supprimis
Tuum stultiloquium.

Sceledrus

Qui uero dupliciter?

Palaestrio

Dicam tibi.
Primum dum, si falso insimulas Philocomasium, hoc perieris;
Iterum, si id uerumst, tu ei custos additus perieris.

Sceledrus

Quid fuat me nescio; haec me uidisse ego certo scio.

Palaestrio

Pergin, infelix?

---

292 hic *B* 293 simile *B* nunc *B* 295 tu istam *om.* *C* sit edia mentē ere *B* a ut ollas *B*, haud ollas *C* 296 ruribus *B* 297 Iam nesi *B* suprimis *B*, supprinus *C* 298 hic dictam 299 falsom *B*, falsum *C* 300 tui custos additos *B* 301 Quia fuit *B* meat *C*

Sceledrus

Quid tibi uis dicam, nisi quod uiderim?
Quin etiam nunc intus hic in proxumo est.

Palaestrio

Eho, an non domist?

Sceledrus

Uise, abi intro tute; nam ego mihi iam nihil credi postulo.

Palaestrio

Certum est facere.

Sceledrus

Hic te opperiar. Eadem illi insidias dabo,
Quam mox horsum ad stabulum iunix recipiat se *e* pabulo.
Quid ego nunc faciam? Custodem me illi miles addidit;
Nunc si indicium facio, interii; *interii*, si taceo, tamen,
Si hoc palam fuerit. Quid peius muliere aut audacius?
Dum ego in tegulis sum, illaec se *suo ex* hospitio edit foras;
Edepol facinus fecit audax. Hoc nunc si miles sciat,
Credo hercle has sustollat aedis totas atque hunc in crucem.
Hercle, quidquid est, mussitabo potius quam interearn male.
Non ego possum quae ipsa sese ueuditat tutarier.

Palaestrio

Sceledre, Sceledre, quis homo in terra te alter est audacior?
Quis magis dis inimicis natus quam tu atque irat*is*?

---

302 nesi *B* 303 hinc *B* inproxumust *B* eo *B* 304 Uisse abiit *B* iam *om. C* 305 Pertum *B* faceret *B* operiat illi *om. C* 306 Quam uxor ad stabulum iuuenis si *C* e *om.* 307 tradidit 308 interii *semel* 309 aut *om. B* 310 ergo illac hec se hospitio *B*, illac haec sum ospitio *C* 311 hoc ine simile sciat 312 erde *C* assus tollat tota si tollat atquē hic in 313 Herde *C* quum *B* 314 issa sese *C*, s..... *B* 315 interemat ē alter audatior 316 de his quantum atque irat

Sceledrus

Quid est?

Palaestrio

Iuben tibi oculos exfodiri, quibus id quod nusquamst uides?

Sceledrus

Quid, nusquam?

Palaestrio

Non ego tuam empsim uitam uitiosa nuce.

Sceledrus

Quid negoti est?

Palaestrio

Quid negoti sit, rogas?

Sceledrus

Cur non rogem?

Palaestrio

Non tu tibi istam praetruncari linguam largiloquam iubes?

Sceledrus

Quam ob rem iubeam?

Palaestrio

Philocomasium eccam domi, quam in proxumo
Uidisse aibas te osculantem atque amplexantem cum altero.

Sceledrus

Mirum, lolio uictitare te tam uili tritico.

Palaestrio

Quid iam?

Sceledrus

Quia luscitiosu's.

---

317 Iubent nusquam hic uidis 318 mutuam ea ipsi tui tam 319 Quit genegotiist quid nego tu sit hogas *C* 320 *om.* *C* Noui & ibi *B* p̄tunc dari *B* 321 iubeat qua 322 ala . . s *B*, aleuas *C* amplexante *B*, ampleocante *C* 323 Mirus olio 324 lusciniosus *B*

Palaestrio

Uerbero, edepol tu quidem
Caecus, non luscitiosus; nam illam quidem uidi domi.

Sceledrus

Quid, domi?

Palaestrio

Domi hercle uero.

Sceledrus

Abi, ludis me, Palaestrio.

Palaestrio

Tam mihi sunt manus inquinatae.

Sceledrus

Qui dum?

Palaestrio

Quia ludo luto.

Sceledrus

Uae capiti tuo.

Palaestrio

Tuo istuc, Sceledre, promitto fore,
Nisi oculos orationemque aliam conmutas tibi.
Sed fores crepuerunt nostrae.

Sceledrus

At ego ilico obserui foris;
Nam nihil est qua hi*n*c huc transire ea possit nisi recto ostio.

Palaestrio

Quin domi eccam. Nescio quae te, Sceledre, scelera suscita*n*t.

---

ueherbero hedepol 325 lusciosus *C* illam quidem illa domi 328 tuo *alterum om.* 329 oculus 330 foris *C* concrepuerunt ila obseruis *C* fores *B* 331 hic huc transiret *B* recte *B* 332 Quem nescio utq, te suscitat

Sceledrus

Mihi ego uideo, mihi ego sapio, *mihi* ego credo plurumum;
Me homo nemo deterrebit, quin ea sit in his aedibus.
Hic obsistam, ne inprudenti huc ea se subrepsit mihi.

Palaestrio

Meus illic homo est; deturbabo iam ego illum de pugnaculis.
Uin iam faciam ut stultiuidum *te* tut*e* fateare?

Sceledrus

Age face.

Palaestrio

Neque te quicquam sapere corde neque oculis uti?

Sceledrus

Uolo.

Palaestrio

Nempe tu istic a*i*s esse erilem concubinam?

Sceledrus

Atque arguo
Eam me uidisse osculantem hic intus cum alieno uiro.

Palaestrio

Scin tu nullum conmeatum hinc *huc* esse a nobis?

Sceledrus

Scio.

Palaestrio

Neque solarium neque hortum, nisi per inpluuium?

Sceledrus

Scio.

333 mihi *tertio loco om.* 334 deteruti *B*, detere uti *C* 335 obsita *B* 337 Uim stultiuidum ut fateare *B*, stultiuidum fateare *C* 338 te quicquam te saperet *B* 338—41 uolo ... nobis *om C* 339 isticas esset *B* 340 Eam ne uidisset *B* 341 huc *om.* 342 ortum *C*

Palaestrio

Quid nunc? si ea domist, si eam facio ut exire hinc uideas domo,
Dignun es uerberibus multis?

Sceledrus

Dignus.

Palaestrio

Serua istas foris,
Ne tibi clam se supterducat istinc atque huc transeat.

Sceledrus

Consiliumst ita facere.

Palaestrio

Pede ego iam illam huc tibi sistam in uiam.

Sceledrus

Age dum ergo face. Uolo scire, utrum ego id quod uidi uiderim,
An illic faciat quod facturum dicit, ut ea sit domi.
Nam ego quidem meos oculos habeo nec rogo utendos foris.
Sed hic illi subparasitatur semper; hic eae proxumust;
Primus ad cibum uocatur; primo pulmentum datur.
Nam illic noster est fortasse circiter triennium,
Nec quoiquam *alii* quam illi in nostra meliust famulo familia.
Sed ego quid ago? Id me agere oportet, hoc obseruare ostium.
Si hic obsistam, hac quidem pol certo uerba mihi numquam dabunt.

---

343 si nunc si *C* si fatio ut sedeam (*C* eam) hinc exire uideas domi 344 Dignū ē *B*, Dignus es *C* 345 Nec *B* dam *C* subterducatū est hinc atque hunc *B* 346 pedes inuitam *BC* 347 fac& uolo scir& utro . . . . . t g̊ it quod uidit uiderit *B* 348 illi ofaciat *C* 349 rogat utende *B*, roga utendi *C* foras *C* 350 ea *BC* proxumus *C* 352 fortass& 353 Neque *BC* alii *om.* in *om. BC* melius *BC* 354 ego hoc quid mea cerero port& huc obseruar& *B* hostium *A* 355 Sic *AB*, Hic *C*

SERUI IDEM. PHILOCOMASIUM MULIER.

Palaestrio

Praecepta facito ut memineris.

Philocomasium

Totiens monere mirumst.

Palaestrio

At metuo ut satis sis subdola.

Philocomasium

Cedo uel decem, edocebo
Minume malas ut sint malae, mihi solae quod superfit.

Palaestrio

Age nunc iam insiste in dolos; ego abs te procul recedam.
Quid ais tu, Sceledre?

Sceledrus

Hanc rem gero. Habeo auris, loquere, quid uis.

Palaestrio

Credo ego istoc exemplo tibi esse pereundum extra portam,
Dispessis manibus patibulum quom habebis.

Sceledrus

Quamnam ob rem?

Palaestrio

Respice dum ad laeuam; quis illaec est mulier?

Sceledrus

Pro di inmortales,
Eri concubinast haec quidem.

EIDEM PHILOCOMASIUM SERUI II MULIER *C*

356 tolles *BC* munera *B* 357 ut *om. A* dece edocebo *B*, dice me docebo *C* 358 Memini *BC* quo *BC* 359 iam nunc *BC* 360 Quid astu *B*, quid stas *C* celebre *B* hac *C* 361 istuc *BC* esse eundum actutum si extra portam est *BC* 362 Dispensis *A*, Dispersis *BC* habet uis *B*, uidetis *A* 363 alleuā *B* illa hec *B* dū *C*

Palaestrio

Mihi quoque pol ita uidetur.
Age nunc iam, quando lubet,

Sceledrus

Quid agam?

Palaestrio

Perire propera.

Philocomasium

Ubi iste est bonus seruos, qui probri me maxumi innocentem
Falso insimulauit?

Palaestrio

Em tibi, hic mihi dixit, tibi quae dixi.

Philocomasium

Tun me uidisse in proxumo hic, sceleste, ais osculantem?

Palaestrio

Atque cum alieno adulescentulo dixit.

Sceledrus

Dixi hercle uero.

Philocomasium

Tun me uidisti?

Sceledrus

Atque his quidem hercle oculis.

Philocomasium

Carebis credo,
Qui plus uident quam quod uident.

---

365 luuet *B* peripe propero *B*, peri perpropere *C* 366 est *om. BC* prodiuit *B*, prodit *C* maxume 367 PA Falso insimulavit. PH. em tibi. P. hic *BC* id dixit. PH. tibi quem dixit *B*, id dixit. PH. tibi? quem dixti *C* 368 Tune *A*, Tute me *BC* uidiss& *B* scelestem osculantem *B*, sceleste osculantem *C* 370 Tune *A* hercle *om. BC* care uis *B* 371 plus uidet *B*

Sceledrus

Numquam hercle deterrebor,
Quin uiderim id quod uiderim.

Philocomasium

Ego stulta et mora multum,
Quae cum hoc insano fabuler, quem pol ego capitis perdam.

Sceledrus

Noli minitari; scio crucem futuram mihi sepulcrum;
Ibi mei sunt maiores siti, pater, auos, proauos, abauos.
Non mihi possunt minaciis tuis hisce oculi exfodiri.
Sed paucis uerbis te uolo, Palaestrio. Obsecro te,
Unde exit haec?

Palaestrio

Unde nisi domo?

Sceledrus

Domo?

Palaestrio

Me uiden?

Sceledrus

Te uideo;
Nisi mirumst facinus, quo modo haec hinc huc transire potuit;
Nam certo neque solariumst apud nos neque hortus ullus
Neque fenestra nisi cla*t*rata; nam certe ego te hic intus uidi.

---

371 dat ... rebo. *B*, deterebo *C* 372 quod uiderit *B* stulta moror *C* 373 insanio *C* fabulet *B*, fabulem *C* perdat *B* 375 me *C* maiores sunt *BC* siti *om.* *B* 376 possunt mihi *B* minis *A* oculis *AB* fodiri *BC* 377 te *alterum om.* *BC* 378 exit hac huc *BC* domo modo me *A* uidente *BC*, uidenti *A* 379 Nimis miserum est *A*, Nisi mirum *B* hec hic transire potuerit *BC* 380 solarius *BC* ortus *C* 381 fenetra *B* neq. *A* clarata certo *BC* hicinus *B*, intus *A*

Palaestrio

Pergin, sceleste, intendere hanc arguere?

Philocomasium

Ecastor ergo

Mihi haud falsum euenit somnium, quod noctu hac somniaui.

Palaestrio

Quid somniauisti?

Philocomasium

Eloquar; sed amabo aduortite animum.

Hac nocte in somnis mea soror geminast germana uisa
Uenisse Athenis in Ephesum cum suo amatore quodam.
Ei ambo hospitio huc in proxumum mihi diuortisse uisi.

Palaestrio

Palaestrionis somnium narratur. Perge porro.

Philocomasium

Ego laeta uisa, quia soror uenisset, propter eandem
Suspicionem maxumam sum uisa sustinere.
Nam arguere in somnis me meus mihi familiaris uisust,
Me cum alieno adulescentulo, quasi nunc tu, esse osculatam,
Quom illa osculata mea soror gemina esset suumpte amicum.
Id me insimulatam perperam falsum esse somniaui.

---

382 Pergi scelestē *B* intenderet hec *B*, intendere et hanc *C* arguerit *B* ego *BC* 383 hau *A*, aut *B* eueniat *BC* nocte *A* somniauit *B* 384 ego eloquar aduorti t*B*, aduortito *C* 385 gemina *B*, gemina et *C* 386 Uenisset *B* quom suo *A*, cumeo *B*, cum meo *C* 387 Et *A*, Hi *BC* hospitium *A* deuortis *B*, diuorti sunt C 388 SC. Palaestrioni PA. Perge 391 argueret *B* familiaris meus mihi *BC* 392 mecum cum *C* tuesausculatam *A*, est auscultata ē *B*, est osculatam esse *C* 393 illam *B* ausculta *AB* sumptu *B*, suum *C* 394 Itē *B*, Ita *C* esset *B*

Palaestrio

Satin eadem uigilanti expetunt, quae in somnis uisa memoras?
Eu hercle praesens somnium! abi intro et conprecare.
Narrandum ego istuc militi censebo.

Philocomasium

Facere certumst,
Neque me quidem patiar probri falso inpune insimulatam.

Sceledrus

Timeo quid rerum gesserim; ita dorsus totus prurit.

Palaestrio

Scin te perisse?

Sceledrus

Nunc quidem domi certost; certa res est
Nunc nostrum obseruare ostium, dum ibi est.

Palaestrio

At, Sceledre, quaeso,
Ut ad id exemplum somnium quam simile somniauit,
Atque ut tu suspicatus es eam uidisse osculantem!

Sceledrus

Nescio. quid credam egomet mihi iam; ita quod uidisse credo,
Me id iam non uidisse arbitror.

Palaestrio

Ne tu hercle sero, opinor,
Resipisces. Si ad erum haec res deuenerit, peribis pulcre.

---

395 uigilantis *BC* uisam memora st *B* 396 Heus *BC* prædent somnium aut *B*, præsentia omnia abi *C* conprecarint *B* 397 certum *BC* 398 probi *A*, prout *B*, prodi *C* insimulata *C*
399 gesserit *BC* dorsum totum *A* prorit *B* 400 perisses sed *B* num *A* certo. SC. certa *BC* 401 obseruaret *B* ubiss& *B*, ubi isset *C*, u . . . . . *A* scelera et *B* 402 quia simile *B*, quasi simile *C* 403 uitu *B* es *om.* *A*, ē *B* uidisset *B* 404 *om.* *BC* 405 Meam *B*, Me eam *C* arbitr. *B*, arbitraris *C* hercle opinor obsecro *BC* 406 Respicisci *B*, Respicis si *C* res prius ob oculos creuerit *B*, ob oculos peruenit *C* peruis *BC*

Sceledrus

Nunc demum experior mihi ob oculos caliginem obstitisse.

Palaestrio

Dudum edepol planumst id quidem; quae hic usque fuerit intus.

Sceledrus

Nihil habeo certi quid loquar; non uid*i* eam, etsi uidi.

Palaestrio

Ne tu edepol stultitia tua nos paene perdidisti;
Dum te fidelem facere ero uoluisti, absumptu's paene.
Sed fores uicini proxumi crepuerunt; conticiscam.

PHILOCOMASIUM MULIER. SERUI II.

Philocomasium

Inde ignem in aram, ut Ephesiae Dianae laeta laudes
Gratesque agam eique ut Arabio fumificem odore amoene,
Quae me in locis Neptuniis templisque turbulentis
Seruauit, saeuis fluctibus ubi sum adflictata multum.

Sceledrus

Palaestrio, eho, Palaestrio, eho.

Palaestrio

Sceledre, Sceledre, quid uis?

---

407 experior (experiar *C*) prius ob oculos *BC* optingessint *B*, obtigisse *C* 408 planum hic quidem *BC* hinc *BC* 409 uideam uidit *B* 410 nostra perdidit 411 facere uoluistis *B* absumptu st *B*, absumptus es *C* 412 foris *B* concrepuerunt *C* conticescam *C*, conticiscam philocomasiū *B* 413 INDĒ *B* lata *B*, latas *C* 414 arabico *C* odorē amene *B* 415 Qui neptunis *B* 416 Seruabit *B* sumat flictatā *B* 417 Palestrios o palestrios PA. os *B*, Palestrio o palestrio PA. o *C*

Sceledrus

Haec mulier, quae hinc exit modo, estne erilis concubina
Philocomasium, an non est ea?

Palaestrio

Hercle opinor, ea uidetur.
Sed facinus mirum est, quo modo haec hinc huc transire potuit,
Si quidem east.

Sceledrus

An dubium tibist eam esse hanc?

Palaestrio

Ea uidetur.

Sceledrus

Adeamus, appellemus. Heus, quid istuc est, Philocomasium?
Quid tibi istic in istisce aedibus debetur? quid negotist?
Quid nunc taces? tecum loquor.

Palaestrio

Immo edepol tute tecum;
Nam haec nihil respondet.

Sceledrus

Te adloquor, uiti probrique plena.
Quae circum uicinos uagas.

Philocomasium

Quicum tu fabulare?

Sceledrus

Quicum nisi tecum?

---

418 euexit *B* 419 ē ei *B* 420 hic nunc transiret *B* potuerit 421 quid demeast *B* dubium id est eam essa et hec PA. eam *B* 422 At eamus appellamus *C* philomasium *B* 423 insce *B*, in hisce *C* 424 inmo *B* 425 nihil ē respondit adloquar *B* propinque 426 uaga es *C*

Philocomasium

Quis tu homo es? aut mecum quid est negoti?

Sceledrus

Me rogas, homo qui sim?

Philocomasium

Quin ego hoc rogem quod nesciam?

Palaestrio

Quis ego sum igitur, si hunc ignoras?

Philocomasium

Mihi odiosu's, quisquis es,
Et tu et hic.

Sceledrus

Non nos nouisti?

Philocomasium

Neutrum.

Sceledrus

Metuo maxume,

Palaestrio

Quid metuis?

Sceledrus

Enim ne *nos* nosmet perdiderimus uspiam;
Nam nec te neque me nouisse ait haec.

Palaestrio

Persectari hic uolo,
Sceledre, nos nostri an alieni simus, ne clam quispiam
Nos uicinorum inprudentis aliquis inmutauerit.

---

427 tum homo ē *B* 428 rogassem quid sim *B*, rogas hem qui sim *C* rogemqut *B*, rogem que *C* 429 si tu huc *B*, si tu hunc *C* ē *B* 430 nouistiti *B* 431 ne nosmet 432 tete *C* nequem me *B*, neque meme *C* nouisset *B* 433 dum 434 inmittauerit *C*

Sceledrus

Certe equidem noster sum.

Palaestrio

Et pol ego. Quaeris tu, mulier, malum.
Tibi ego dico; heus, Philocomasium.

Philocomasium

Quae te intemperiae tenent,
Qui me perperam perplexo nomine appelles?

Palaestrio

Eho,
Quis igitur uocare?

Philocomasium

Diceae nomen est.

Sceledrus

Iniuria es;
Falsum nomen possidere, Philocomasium, postulas.
Ἄδικος es tu, non *δικαία*, et meo ero facis iniuriam.

Philocomasium

Egone?

Sceledrus

Tu *ne*.

Philocomasium

Quae heri Athenis Ephesum adueni uesperi
Cum meo amatore, adulescente Atheniensi?

Sceledrus

Dic mihi,
Quid hic tibi in Epheso est negoti?

---

435 aequidem *B* queraes *B*, quæres *C* tum *B* 436 ego *om.* *C* eus *B* tenent periae *B* 438 dicere iniuria ē 439 possideret *B* 440 A dice testu non dicat ei et meo aero *B* non facis 441 ne *om.* uesperis *B* 442 mea *C* atheniensis *B* 443 est negotii est PH. age ninam germana mea *B*

Philocomasium

Geminam germanam meam
Hic sororem esse in*d*audiui; eam ueni quaesitum.

Sceledrus

Mala es.

Philocomasium

Immo ecastor stulta multum, quae uobiscum fabulem.
Abeo.

Sceledrus

Abire non sinam te.

Philocomasium

Mitte.

Sceledrus

Manufestaria es;
Non omitto.

Philocomasium

At iam crepabunt mihi manus, malae tibi,
Nisi me omittis.

Sceledrus

Quid, malum, adstas? quin tenes altrinsecus?

Palaestrio

Nihil moror negotiosum mihi esse tergum. Qui scio,
An ista non sit Philocomasium atque alia eius similis
siet?

Philocomasium

Mittis me an non mittis?

---

444 inaudiui uenio *B* 445 &castor *B* multumq' 446 SCE. Abeo a uiro *B* manufestaria res ē 447 At mihi iam crepabunt *B*, At iam crepabunt *C* male 448 qui detenes alteris insecus *B*, qui detines adtrinsecus *C* 449 quisico *B* 450 istas *B* sunt *B*, sit *C*

Sceledrus

Immo ui atque *in*uitam ingratiis,
Nisi uoluntate ibi*s*, rapiam te domum.

Philocomasium

Hospitum hoc mihi
Est domicilium, Athenis domus est.

Sceledrus

At erus *hic.*

Philocomasium.

Ego istam domum
Neque moror neque uos qui homines sitis noui neque scio.

Sceledrus

Lege agito; te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem,
Te huc, si omisero, intro ituram.

Philocomasium

Ui me cogis, quisquis es.
Do fidem, si omittis, isto me intro ituram, quo iubes.

Sceledrus

Ecce omitto.

Philocomasium

At ego abeo missa; muliebri feci fide.

Palaestrio

Sceledre, manibus amisisti praedam; tam east quam potis
Nostra erilis concubina. Uin tu facere hoc strenue?

---

451 atque uita *B*, atque una *C* ingratis *B* 452 uoluptatē *B*, uoluptate *C* ibi rapiant *B* hostium *B*, ostium *C* hom-hist *B* 453 Domicilium est *B* est acherusa ego *B*, est ac erus ego *C* 454 homini *B* nouim *B* sio *B* 455 agit..... quam *B* firmata *B* 456 suo miserat *B* uim *B* c *B* 457 itura *B* quo *om.* *B* 458 SC. muliebri fecisti *C.* 459 SC. tam ea siqueam 460 PA. uin

Sceledrus

Quid faciam?

Palaestrio

Ecfer mihi machaeram huc intus.

Sceledrus

Quid facies ea?

Palaestrio

Intro rumpam recta in aedis; quemque hic intus uidero
Cum Philocomasio osculantem, eum ego optruncabo extemp*u*lo.

Sceledrus

Uisane est ea esse?

Palaestrio

Immo edepol plane east.

Sceledrus

Sed quo modo
Dissimulabat!

Palaestrio

Abi, machaeram huc ecfer.

Sceledrus

Iam faxo hic erit.

Palaestrio

Neque eques neque pedes profectos*t* quisquam tanta audacia,
Qui aeque faciat confidenter qui*c*quam quam mulier facit.

---

461 PA. *om.* hæc fer mihi maceram *B* PA. Quid 462 SC. Introrupam rectae *B* 463 plicomasio *B* obstruncabo me *B* extemplo 464—65 *personarum nomina permutata* 464 Ui sane s. stea esset *B* plane *om C* 465 etfaer *B* 466 PA. *om.* profectos *B*, profectus *C* 467 Que *B* quiquam quam mulieres faciunt ut

Ut utrobique orationem docte diuisit suam!
Ut sublinitur os custodi cauto, conseruo meo!
Nimis beat, quod conmeatus transtinet trans parietem.

Sceledrus

Heus, Palaestrio, machaera nihil opus.

Palaestrio

Quid iam? aut quid est?

Sceledrus

Domi eccam erilem concubinam.

Palaestrio

Quid, domi?

Sceledrus

In lecto cubat.

Palaestrio

Edepol ne tu tibi malam rem repperisti, ut praedicas.

Sceledrus

Quid iam?

Palaestrio

Quia hanc attingere ausu's mulierem hinc ex proxumo.

Sceledrus

Magis hercle metuo.

Palaestrio

Sed numquam quisquam faciet quin soror
Istaec sit gemina huius. Eam pol tu osculantem hic uideras.

---

468 Ut . . . biq' *B* ducta edu·it intuā *B*, ducta ediuit ut tuam *C* 469 sublimiturus custodi . . causto *B*, subliniturus custodiit cauto *C* 470 quot *BC* tam *B* 471 Heius *B* haud quid opus est *BC* 472 hec camerile concubina *B* cubant *B* 474 qui iam *C* hic in proximo *BC*. 475 PAL *om. BC* se *B* facient *B* quis . . . . sit *B*, qui soror *C* 476 Ista sit germana huius *BC* polt' *B* hinc *B*

Sceledrus

Id quidem palam est, eam esse, ut dicis. Quid propius fuit.
Quam ut perirem, si elocutus essem ero?

Palaestrio

Ergo si sapis,
Mussitabis; plus oportet scire seruom quam loqui.
Ego abeo a te, ne quid tecum consili conmisceam,
Atque apud hunc ero uicinum; tuae mihi turbae non placent.
Erus si ueniet, si me quaeret, hic ero; hinc me arcessito.

SCELEDRUS SERUOS. PERIPLECOMENUS SENEX.

Sceledrus

Satin abi*i*t ille, neque erili negotio
Plus curat quasi non seruitute*m* seruiat?
Certo illa quidem hic nunc intus est in aedibus;
Nam egomet cubantem eam modo offendi domi.
Certum est nunc obseruationi operam dare.

Periplecomenus

Non hercle hisce homines me marem, sed feminam

---

477 Et *BC* esse iudicis *B* SC. quid *BC* 478 locutus *BC* ēē& *B*, fuissem *C* 479 Musica ... *B*, musitabis *C* seruium *B* 480 a *om.* *B*, a te *om.* *C* commisceat *B* 481 hanc *B* ero *om.* *BC* turue *B* placet *B* 482 quaerit *BC* hic me accersito *BC*

PERIPLETOMENOS *A*, PERIPLECTOMINUS *BC*

483 abit herilē *B*, erile *AC* negotium 484 quam si *C* seruitute *AB*, seruite *C* seruiant *C* 485 Certe *C* quidem illa *BC* hinc *B* est pedibus *B* 486 ego et cubante mea domo *B*, ego excubantem Ea domo *C* offendam *A*, ostendi *B* 487 opera *B* 488 hic se *A* hominis *BC* memorē sed te femina *B*

Uicini rentur esse serui militis;
Ita me ludificant. Meamne hic in uia hospitam,
Quae heri huc Athenis cum hospite aduenit meo,
Tractatam et ludificatam, ingenuam et liberam?

Sceledrus

Perii hercle; hic ad me recta habet rectam uiam.
Metuo illaec mihi res ne malo magno fuat,
Quantum hunc audiui facere uerborum senem.

Periplecomenus

Accedam ad hominem. Tun Sceledre hic, scelerum caput,
Meam ludificauisti hospitam ante aedis modo?

Sceledrus

Uicine, ausculta quaeso.

Periplecomenus

Ego auscultem tibi?

Sceledrus

Expurgare uolo me.

Periplecomenus

Tun te expurges mihi,
Qui facinus tantum tamque indignum feceris?
An quia latrocinamini, arbitramini
Quiduis licere facere uobis, uerbero?

Sceledrus

Licetne?

Periplecomenus

At ita me di deaeque omnes ament,

---

489 esset *B* 490 meamane *B*, me mane *C* inuitam *A*, inuita *BC* hospi *B*, hospita *C* 491 ospiti *B* 492 Tractata *B*, tracta *C* ludificata ingenna et libera *BC* 493 Peri *A* habet recta uia *B*, abit Recta uia *C* 494 illa hec *B* fiat *B* 495 Quantu huc *B* 496 Accedam ad hominem. PE. capud *B* 497 ludificasti *C* 499 Tune te *BC* 500 tamtamq, *B* 501 arbitrauini 503 madida ea eq' *B* omnis amet *B*

Nisi mihi supplicium uirgarum de te datur
Longum diutinumque a mane ad uesperum,
Quod meas confregisti imbrices et tegulas,
Ibi dum condignam te sectatu's simiam,
Quodque inde inspectauisti meum apud me hospitem
Amplexum amicam, quom osculabatur, suam,
Quodque concubinam erilem insimulare ausus es
Probri pudicam meque summi flagiti,
Tum quod tractauisti hospitam ante aedis meas,
Nisi mihi supplicium stimuleum de *te* datur,
Dedecoris pleniorem erum faciam tuum,
Quam magno uento plenumst undarum mare.

Sceledrus

Ita sum coactus, Periplecomene, ut nesciam,
Utrum me *ex*postulare prius tecum aequom sit,
An, si istaec non est haec neque *haec* uisast mihi,
Med expurgare haec tibi uidetur aequius;
Sicut etiam nunc nescio quid uiderim;
Itast ista huius similis nostrai tua,
Si quidem non eadem est.

Periplecomenus

Uise ad me intro; iam scies.

Sceledrus

Licetne?

Periplecomenus

Quin te iubeo; et placide noscita.

---

504 detebat' *B* 506 inbricis *B*, imbricis *C* 507 condignum *B* 508 hospite *B* 509 quo *B* sua *B* 510 quod *C* ē *B* 512 tractabisti hospitem *B* 513 tibi *C*, te *B* datur *B*, dedatur *C* 515 uentū plenus 517 postulare aequo sit *B*, æqūūst *C* 518 Nisi ista hec *B* neque istast 519 Ma *B*, Me *C* 521 Istas huius *B* nostræ 522 PE. qui sedeat *B* 524 nequin uiueo *B*, iuueo *C*

Sceledrus

Ita facere certum est.

Periplecomenus

Heus, Philocomasium, cito
Transcurre curriculo ad nos; ita negotiumst.
Post, quando exierit Sceledrus a nobis, cito
Transcurrito ad uos rursum curriculo domum.
Nunc pol ego metuo, ne quid infuscauerit,
Si hic non uidebit mulierem. Aperitur foris.

Sceledrus

Pro di immortales, similiorem mulierem
Magisque eandem, ut pote quae non sit eadem, non reor
Deos facere posse.

Periplecomenus

Quid nunc?

Sceledrus

Conmerui malum.

Periplecomenus

Quid igitur? eanest?

Sceledrus

Etsi east, non est ea.

Periplecomenus

Uidistine istam?

Sceledrus

Uidi et illam et hospitem
Conplexum atque osculantem.

---

524 heius *B* 525 Transcurrere at negotiis 526 quā do 528 quit 529 fobis 530 dii immortalis 531 utpoteq' nos it reo 532 conmerumalum 533 eamst? *B* etsi aest 534 Uidistin eam *B*, uidisti inistam *C* 535 Complexam

Periplecomenus

Eanest?

Sceledrus

Nescio.

Periplecomenus

Uin scire plane?

Sceledrus

Cupio.

Periplecomenus

Abi intro ad uos domum
Continuo; uide sitne istaec uostra intus.

Sceledrus

Licet;
Pulcre admonuisti. Iam ego ad te exibo foras.

Periplecomenus

Numquam edepol hominem quemquam ludificarier
Magis facete uidi et magis miris modis.
Sed eccum egreditur.

Sceledrus

Periplecomene, te obsecro
Per deos atque homines perque stultitiam meam
Perque tua genua,

Periplecomenus

Quid obsecras me?

Sceledrus

Inscitiae
Meae et stultitiae ignoscas. Nunc demum scio,

---

536 Uim abit 537 ista hæc domum uostra 538 admonuisti si iam ate *B* 540 facite *BC* uidet *B*, uidit et *C* 541 periplectomene 542 stultitia mea *BC* 543 tuagea *BC* 544 stultitiae meæ ignoscas *B* idem *B*, dem *C*

Me fuisse excordem, caecum, incogitabilem;
Nam Philocomasium eccam intus.

Periplecomenus

Quid nunc, furcifer?
Uidistin ambas?

Sceledrus

Uidi.

Periplecomenus

Erum exhibeas uolo.

Sceledrus

Meruisse equidem me maxumum fateor malum,
Et tuae fecisse me hospitae aio iniuriam;
Sed meam esse erilem concubinam censui,
Quoi me custodem erus addidit miles meus;
Nam ex uno puteo similior numquam potis
Aqua aeque sumi, quam haec est atque ista hospita.
Et me despexe ad te per inpluuium tuum
Fateor.

Periplecomenus

Quidni fateare id, ego quod uiderim?
Et ibi osculantem meum hospitem cum ista hospita
Uidisti?

Sceledrus

Uidi. Cur negem quod uiderim?
Sed Philocomasium me uidisse censui.

---

545 excorde *BC* 546 quis *BC* 547 uidisti *BC* 548 te quidem et *B*, te quideme *C* facior *BC* 549 fecisset *BC* alo *BC* iniuria *B*, miuiria *C* 550 Sciet *C* 552 exumo *BC* potest *A* 553 Atquam *BC* aequae *A*, aquae *C* summis *BC* atque histham *C*, a . . . . . . st *B* hospitā *C* 554 meo *A* despexi *BC* 555 quid nunc *A* fatear et *BC*, fateare et *A* uiderit *C* 556—57 *om.* *BC* 558 uidisset *BC*

Periplecomenus

Ratusne es tu me hominem esse omnium minumi preti,
Si ego me sciente paterer uicino meo
Eam fieri apud me tam insignite iniuriam?

Sceledrus

Nunc demum a me insipienter factum esse arbitror,
Quom rem cognosco; at non malitiose tamen
Feci.

Periplecomenus

Immo indigne; nam hominem seruom suos
Domitos habere oportet oculos et manus
Orationemque.

Sceledrus

Ego ne si post hunc diem
Muttiuero, etiam quod egomet certo sciam,
Dato excruciandum me; egomet me dedam tibi.
Nunc hoc mihi ignosce quaeso.

Periplecomenus

Uincam animum meum,
Ne malitiose factum id esse abs te arbitrer.
Ignoscam tibi istuc.

Sceledrus

At tibi di faciant bene.

Periplecomenus

Ne tu hercle, si te di ament, linguam conprimes.

---

559 istic me *A*, me istic *BC* minimum *BC* 560 scientē patere *BC* 561 Em *BC* itam *BC* insignitam *A* iniuria *BC* 562 a *om. BC* me tam *A* arbitro *C* 564 homine *BC* seruos suos *A*, seruo suo *C*, seruo . . . . . *B* 566 huc *BC* 567 Metuero *B* quot ego me *BC* scerto *B* scio *A* 568 excruciatum *BC* ego medidam *BC* 569 ignoscam *BC* 570 malitiosum *A* arbitre *C* 571 di *om. BC* 572 Ni *A* hercles ita *B* amant *C* conprimis *BC*

Posthac etiam illud quod scies ne sciueris
Nec uideris quod uideris.

Sceledrus

Bene me mones;
Ita facere certum est. Sed satine oratu's?

Periplecomenus

Abi.
Num quid nunc aliud me uis?

Sceledrus

Ne me noueris.
Dedit hic mihi uerba. Quam benigne gratiam
Fecit, ne iratus esset. Scio quam rem gerat:
Ut, miles quom extemplo a foro adueniat domum,
Domi conprehendar. Una hic et Palaestrio
Me habent uenalem; sensi et iam dudum scio.
Numquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.
Nam iam aliquo aufugiam et me occultabo aliquot dies,
Dum haec consilescunt turbae atque irae leniunt;
Nam nunc satis pipulo inpio merui mali.
[Uerum tamen, de me quidquid est, ibo hinc domum.]

Periplecomenus

Illic hinc abscessit. Sat edepol certo scio
Occisam saepe sapere plus multo suem;
Quine inducatur, ne id quod uidit uiderit.
Nam illius oculi atque aures atque opinio

---

573 Posthec *BC* 574 Ne *BC* 575 parcere *B*, pacere *C* esset satine oratus abit *BC* 576 PER. præmittit *B* 577 qua *C* gratia *C* 578 socios qua *B*, sodos qua *C* 579 mihi *C* exemplo *B* 580 comprehendat *BC* 582 existim ... *B*, ex ista massa *C* capiã *B*, capetam *C* 583 aut fugiam *B* aut aliqd *B*, aut aliquot *C* 584 hae *C* consiliescunt *C* 585 Namuni *A* populo *AC*, pplo *B* 586 dem quidquid *A* hic *BC* 589 Quin id adimatur *A*, Quod adi matur *B*, qd inadimitatur *C* 590 auris

Transfugere ad nos. Usque adhuc actum est probe;
Nimium festiua*m* mulier opera*m* praehibuit.
Redeo in senatum rursus; nam Palaestrio
Domi nunc apud me est, Sceledrus nunc autemst foris;
Frequens senatus poterit nunc haberier.
Ibo intro, ne, dum absum, multam commiserim.

PALAESTRIO SERUOS. PERIPLECOMENUS SENEX. PLEUSICLES ADULESCENS.

Palaestrio

Cohibete intra limen etiam uos parumper, Pleusicles.
Sinite me prius prospectare, ne uspiam insidiae sient,
Concilium quod habere uolumus; nam opus est nunc tuto loco,
Unde inimicus ne quis nostri spolia capiat consili.
[Unde inimicus ne quis nostra spolia capiat auribus.
Nam bene consultum inconsultumst, si id inimicis usuist,
Neque potest quin, si id inimicis usuist, obsit mihi.]
Nam bene *consultum* consilium surripitur saepissume,
Si minus cum cura aut cautela locus loquendi lectus est;

---

591 Transfugeret *B* adhunc *BC* 592 festiua opera *BC* peribunt *BC* 593 in senatu *A*, insinuatū *BC* rusum *A* 594 *sq.* Frequens senatus sceledrus nunc autem foras Domi nunc apud me poterit nunc haberier *BC* 595 aberrier *B* 596 multae sortitae fiat *A*, multi sortito fuam *BC*

SERUUS SENEX ADULESCENS *A*

597 pleus sicles *B*, pleusides *C* 598 prius perspectare *A*, per prius spectari *C* sint *BC* uolimus *A* nunc *om.* *A* 600 ne qui *A* nra *B*, nostris *C* consiliis *C* 601 *om.* *A* nostra *om.* *C* 602 inconsultum si id *B*, inconsultum si fit *C* usus *BC* 603 qui nisi inimicis *BC* usu est *C* obsi *B* 604 consultum *om.* 605 catalogos *B*, catalogo *C* lectum *BC*

Quippe qui si resciuere inimici consilium tuum,
Tuopte tibi consilio occludunt linguam et constringunt manus,
Atque eadem, quae illis uoluisti facere, illi faciunt tibi.
Sed speculabor, ne quis aut hinc a laeua aut a dextera
Nostro consilio uenator adsit cum auritis plagis.
Sterilis hinc prospectus usque ad ultumam est plateam probe.
Euocabo. Heus, Periplecomene et Pleusicles, progredimini.

Periplecomenus

Ecce nos tibi obedientis.

Palaestrio

Facilest imperium in bonis.
Sed uolo scire: eodem consilio quod intus meditati sumus
Gerimus rem?

Periplecomenus

Magis non potest esse ad rem utibile

Palaestrio

Immo † quid tibi, Pleusicles?

Pleusicles

Quodne uobis placeat, displiceat mihi?
[Quis homo sit magis meus? Quamuis loquere lepide et commode.

Palaestrio

Pol ita decet hunc facere.

Pleusicles

At hoc me facinus misere macerat
Meumque cor corpusque cruciat.

---

606 quippe hi si resciuere *A*, quippe scire siuere *BC* suum *BC* 608 illi *om.* *BC* 609 aut ab laeua *A*, autalena *B* a dextra *C*, dextera *B* 611 plateamst *BC* 612 periplectomene ut plesicles *B*, et pleusides *C* 615 ad rem non potest esse *C* ut sibile *B* 616 pleusides *C* quod nec *C* 617 me usquam us *C* lepide mee commode *B* 618 PA. *om.* hanc PER. me *om.* *B* miserā *B*, miserū *C*

Periplecomenus

Quid id est, quod cruciat? cedo.

Pleusicles

Me tibi istuc aetatis homini facinora puerilia
Obicere, ac neque te decora neque tuis uirtutibus
A te expetere, te ex opibus summis mei honoris gratia
Mihique amanti ire opitulatum atque ea te facere facinora,
Quae istaec aetas fugere facta magis quam sectari solet.
Eam pudet me tibi in senecta obicere sollicitudinem.

Palaestrio

Nouo modo tu homo amas, si quidem te quidquam quod faxis pudet;
Nihil amas, umbra es amantum magis quam amator, Pleusicles.

Pleusicles

Hancine aetatem exercere *mei* me amoris gratia!

Periplecomenus

Quid ais tu? itane tibi ego uideor oppido Acheruntícus?
Tam capularis? tamne tibi diu uideor uita*m* uiuere?
Nam equidem haud sum natus annos quinquaginta et quattuor;
Clare oculis uideo, pernix sum manibus, pedibus mobilis.

Palaestrio

Si albicapillus hic uidetur, neutiquam ab ingenio senet;
Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.

---

619 PLE. cruciant ced.. *B*, cruciat te *C* 620 PER. 621 atque *B*, neque *C* 622 Atate *B*, ea te *C* mihi 623 iret *B* atque a te *B* 624 ista haec *B* 625 obiceret sollicitudine *B* 626 PER *C* taxis 627 pleusides *C* 628 Hac inea etatē *B* mei *om.* grām *B* 630 copularis tam me *B*, capularistamine *C* uita uidere *B* 631 aut *B* annos praeter 632 Claris *B* uideor *B* manibus sum pedes *C* 633 albus capillus *B* ab *om. B*, ibi *C* senex 634 emusitata

Pleusicles

Pol id quidem experior ita esse ut praedicas, Palaestrio;
Nam benignitas quidem huius oppido adulescentulist.

Periplecomenus

Immo, hospes, magis quom periclum facies, magis nosces me*am*
Comitatem erga te amantem.

Pleusicles

Quid opus nota noscere?

Periplecomenus

Ut apud *te* exemplum experiundi habeas, ne quaeras foris.
Nam nisi qui ipse amauit, aegre amantis ingenium inspicit.
Et ego amoris aliquantum habeo humorisque etiam in corpore
Nequedum exarui ex amoenis rebus et uoluptariis.
Uel cauillator facetus uel conuiua commodus
Idem ero, neque ego oblocutor sum alteri in conuiuio.
Incommoditate abstinere me apud conuiuas commodos
Conmemini et meae orationis iustam partem persequi
Et meam partem itidem tacere, quom aliena est oratio.
Minume sputator screator sum, itidem minume muccidus,
Post Ephesi sum natus, noenum in Apulis, noenum Aminulae.

---

635 PER. esset *B* 635 sq. experior . . . quidem *om. C* 636 adolescentules *B*, adolescentule *C* 637 PER. *om.* hospis *B* periculum mea 638 Comitante merced. *B*, comitante merce te *C* nos.tā scire *B* 639 te *om.* negas foris *B*, negis foris *C* 640 Nam ipsi quod ipse *B*, Nam qui ipse *C* 641 amaris *C* me etiam 642 amoris pebus *C* 643 cauilator *B* 644 Item neque obliuiscor *B* 645 conuiuias quomodo 646 Commeminit parem *C* 647 taceret 648 Minimis putatur scrahator 649 nou enim in apulis non suminimula

Palaestrio

O lepidum senicem, omnis si quas memorat uirtutis habet,
Atque equidem plane educatum in nutricatu Uenerio.

Periplecomenus

Plus dabo, quam praedicaui, ex me uenustatis tibi.
Neque alienum ego umquam scortum subigito in conuiuio,
Neque praeripio pulpamentum neque praeuorto poculum,
Neque per uinum umquam ex me exoritur discidium in conuiuio;
Si quis ibi est odiosus, abeo domum, sermonem segrego;
Uenerem amorem amoenitatemque accubans exerceo.

Pleusicles

Tu quidem edepol omnis mores ad uenustatem uocas.

Palaestrio

Cedo tris mihi homines aurichalco contra cum istis moribus.

Pleusicles

At quidem illuc aetatis qui sit, non inuenies alterum
Lepidiorem ad omnis res nec magis qui amico amicus sit.

Periplecomenus

Tute me ut fateare faciam esse adulescentem moribus;
Ita apud omnis conparebo tibi res benefactis frequens.
Opusne erit tibi aduocato tristi, iracundo? ecce me.

---

650 semine *B*, semisemne *C* memoratur tuis 651 aeductum 652 praedicabo uenustas *B* 653 ego umquam alienum sub digitō meo cōuiuio *B*, subigito min conuiuium *C* 654 Naeque *C* pulmentum *B*, pulpamaenthum *C* peruorto *C* copulum 655 mea in *om* *B* 656 sibi odiosus ē *B* habeo secreto *B* 657 amorā amonitatem quæ accubas 658 PA. moris uenustate *C* uacet *B*, uicet *C* 659 PA. *om.* Ceteris mihi *B* hominibus *B*, hominis *C* contractū *B*, contramtum *C* histis 661 magis qd amicus amicos sint magis 662 fatear et adulescente *C* 663 conparabo *B* bona factis 664 Opus nec *B* tris stiracundo *B*, tris fura cundo *C*

Opusne leni? leniorem dices quam mutum est mare,
Liquidiusculusque ero quam uentus est fauonius.
Uel hilarissumum conuiuam hinc indidem expromam tibi
Uel primarium parasitum atque opsonatorem optumum.
Tum ad saltandum non cinaedus malacus aequest atque ego.

Palaestrio

Quid ad illas artis optassis, si optio eueniat tibi?

Pleusicles

Huic pro meritis ut referri pariter possit gratia
Tibique, quibus nunc me esse experior summae sollicitudini.
At tibi tanto sumptui esse mihi molestumst.

Periplecomenus

Morus es.
Nam in mala uxore atque inimico si quid sumas, sumptus est;
In bono hospite atque amico quaestus est quod sumitur;
Et quod in diuinis rebus sumptumst sapienti lucrost.
Deum uirtute est, te unde hospitio accipiam apud me comiter.
Es, bibe, animo obsequere mecum atque onera te hilaritudine;
Liberae sunt aedes, liber autem egomet uolo uiuere.
Nam mihi, deum uirtute dicam, propter diuitias meas

---

665 dicis quantū ē amare *B* 666 Liquidius cuiusq' facinus *B*, faonius *C* 667 Uael *C* hilarissimus *C* conuiuium indidā 668 obsonat orā *C* 669 salutandum maiacus egestant que *B*, maiacus equestant que *C* 670 Qui attollas *B*, Quid attillas *C* optissi 671 Huius referet *C* 672 esset experiosū me 673 sumptu *B* molestus *C* ē 674 sumat 675 quetus *B*, quaetus *C* 676 sumas sumptu 677 tasenunde accipiem *B*, accipiæm *C* commitas *B*, est comitas *C* 678 Est bono *B*, Est bibe *C* onerata hilarissime *B*, oneratæ hilaritus me *C* 679 aedis liber sum ego me tuuolo *C*, ego metuo uolo *B* libere 680 uirtutē *C*

Licuit uxorem dotatam genere summo ducere;
Sed nolo mihi oblatratricem in aedis intro mittere.

Pleusicles

Cur non uis? nam procreare liberos lepidumst onus.

Periplecomenus

Hercle uero liberum esse tete, id multo lepidiust.

Palaestrio

Tu homo et alteri sapienter potis es consulere et tibi.

Periplecomenus

Nam bona uxor, si ea deduci potis sit usquam gentium,
Ubi ea possit inueniri? Uerum egone eam ducam domum,
Quae mihi numquam hoc dicat: „Eme, mi uir, lanam, unde tibi pallium
Malacum et calidum conficiatur tunicaeque hibernae bonae,
Ne algeas hac hieme“; hoc numquam uerbum ex uxore audias;
Uerum prius quam galli cantent, quae me e somno suscitet,
Dicat: „Da, mi uir, calendis meam qui matrem munerem;
Da qui faciam condimenta; da quod dem quinquatribus
Praecantrici, coniectrici, ariolae atque aruspicae,
Flagitium, si nihil mittetur, quae supercilio spicit;
Tum plicatricem clementer non potest quin munerem;
Iam pridem, quia nihil abstulerit, suscenset ceraria;

---

681 sumo *C* 682 oblatraticem introducere *A* 683 PAL. Qur *C* lepidus sonus 684 esse ut *B*, esse it *C* lepidius est *A*, est lepidius *BC* 685 ē consuleret *B*, est consulere *C* 686 PER. *om.* uxor sua deducta ē quā *B*, uxor sua deductust situs quam *C* 687 eam possim inueniri *B*, ea possi inueniri *C* 688 dicate memini uir *B* tanam *BC* 689 Malam cum *BC* mihi bernæ *BC* 690 aleas *B* ex *om.* *B* 691 calli *C* e *om.* *BC* 692 da mihi *B*, dat mihi *C* q' *B* uenerit *BC* 693 faciat conclamando *B*, faciat condiat dan *C* det 694 Preccatrici *B*, Precatatrici *C* coct . . ci *A*, conectrici *B*, conlectrici *C* 695 Flagitum est si *C* q' *C*, *om.* *B* 696 patricam *BC* daementer *C* potest ēē hinc quā *B*, pota est hinc quā *C* 697 ceriaria *A*

Tum obstetrix expostulauit mecum, parum missum sibi.
Quid? nutrici non missuru's quicquam, quae uernas alit?“
Haec atque horum similia alia damna multa mulierum
Me uxore prohibent, mihi quae huius similis sermones serat.

Palaestrio

Di tibi propitii sunt; nam hercle si istam semel amiseris
Libertatem, haud facile in eundem rursum restitues locum.

Pleusicles

At illa laus est, magno in genere et in diuitiis maxumis
Liberos hominem educare, generi monumentum et sibi.

Periplecomenus

Quando habeo multos cognatos, quid opus sit mihi liberis?
Nunc bene uiuo et fortunate atque ut uolo atque animo ut lubet.
Mea bona *in* morte cognatis didam, inter eos partiam;
Hi apud me aderunt, me curabunt, uisent quid agam, quid uelim;
Prius quam lucet adsunt, rogitant noctu ut somnum ceperim.
Eos pro liberis habebo, qui mihi mittunt munera.
Sacruficant; dant inde partem mihi maiorem quam sibi;
Abducunt ad exta me ad se; ad prandium, ad cenam uoca*nt*.

698 obsetrix *A*, obstrex *BC* 699 Quii *BC* 700 huius similias *C* 701 prohibenti *BC* simile *B* sermoni *BC* serant 702 sunt *om. A* hercle nam si ista *BC* 703 aut *BC* cacilc *C* in te eundem *BC* rusum restituis locum *A*, rursum restitue succum *B*, rusum restitues uocum *C* 704 generet et *C* masumis *BC* 705 homines *A* educaret *BC* 706 opus mihi *A*, opus fit mihi liberis *BC* 707 PE. *C* ei *C* fortunato *BC* atquā *BC* ut animo ut *A* libaet *C*, uolet *A* 708 Meam *BC* bonam ea morte cognatim *BC* dicam *BC* partim *BC* 709 Licet apud te *B*, Li aput me *C* ederunt *BC* uisam *B*, uisant *C* agant *B*, agam *C* hic quid *BC* uelint *B*, uelit *C* 710 lucentat sunt *C* rogitat noctū somnum *C* somnium caeperiam *BC* 711 habeo quam mittunt *BC* 712 dent *C*, dus *B* 713 at extra *B* se prandium *BC* uocat *BC*

Ille miserrumum se retur, minumum qui misit mihi.
Illi inter se certant donis; egomet mecum mussito;
Bona mea inhiant; me certatim nutricant et munerant.

Palaestrio

Nimis bona ratione nimiumque apte structam uitam habes;
Et tibi sunt gemini et trigemini, si te bene habes, filii.

Periplecomenus

Pol si habuissem, satis cepissem miseriarum *e* liberis.
Continuo excruciarer animi, si ei forte fuisset febris,
Censerem emori; cecidisset ebrius aut de equo uspiam,
Metuerem ne ibi defregisset crura aut ceruices sibi.

Palaestrio

Huic homini dignum est diuitias esse et diu uitam dari,
Qui et rem seruat et se bene habet suisque amicis usuist.

Pleusicles

O lepidum caput! Ita me di deaeque ament, aequom fuit
Deos parauisse, uno exemplo ne omnes uitam uiuerent.
Sicut merci pretium statuit qui est probus agoranomus;
Quae probast mers, pretium ei statuit, pro uirtute ut ueneat,
Quae inprobast, pro mercis uitio dominum pretio pauperet;
Itidem diuos dispertisse uitam humanam aequom fuit;

---

714 miser summum *C* 715 Ille *C* ego et mucum *BC* musito *BC* 716 me *om. BC* nutricunt et munera *BC* 717 PA. *om.* ad te et tuam uitam *A*, ad te et tua multa *B*, atte et tua multam *C* uides *BC* 718 PA. triticemini *BC* 719 PE. *om.* Polosi *C* habuisset *BC* cepisse *BC* e *om. BC* 720 *om. BC* 721 cecidissetne dequo *BC* suscipiā *B*, suspiam *C* 722 defrigisset *C* adceruices *BC* 723 PA. *om.* esset *BC* dare *BC* 724 ecrem *C* et qui bene *BC* uult *C*, *om. B* 725 medietaq' amet *B*, media eaq' aemaet *C* qm̄ *B* 726 parauisset *BC* omnis *BC* 727 Sicuti *BC* merti *C* 727—28 qui . . . statuit *om. BC* 728—29 mers—inprobast *om. A* ueniat *BC* 729 inproba si *BC* mercedis *B* pauper erit 730 disperdisset *BC*

Qui lepide ingeniatus esset, uitam ei longinquam darent,
Qui inprobi essent et scelesti, îs adimerent animam cito.
Si hoc parauissent, et homines essent minus multi mali
Et minus audacter scelesta facerent facta, et postea,
Qui homines probi essent, esset îs annona uilior.

Periplecomenus

Qui deorum consilia culpet, stultus inscitusque sit,
Quique eos uituperet. Nunc istis rebus desisti decet.
Nunc uolo opsonare, ut, hospes, tua te ex uirtute et mea
Meae domi accipiam benigne, lepide et lepidis uictibus.

Pleusicles

Nihil me paenitet iam quanto sumptui fuerim tibi.
Nam hospes nullus tam in amici hospitium diuorti potest,
Quin, ubi triduum continuum fuerit, iam odiosus siet;
Uerum ubi dies decem continuos sit, ea est odiorum Ilias;
Tametsi dominus non inuitus patitur, serui murmurant.

Periplecomenus

Seruiendae seruituti ego seruos instruxi mihi,
Hospes, non qui mihi inperarent quibusue ego essem obnoxius.
Si illis aegrest mihi quod uolup est, meo remigio rem gerunt;

---

731 ingenuatus *BC* ei *om. BC* longinguam A 732 Quin probiest scaelæs hisus *C* adhimerant *BC* animum *A* 733 parauisset hominis esset *BC* 734 faceret *BC* 735 hominis *BC* 736 concilia culpe *BC* insictusque *BC* 737 Quidque *B*, Quid quæ *C* nunciam isti *B*, nuntiam isti *C* 738 uolo obsonare uelut *B*, uolomobsonoraetlut *C* tuam *C* te *om B* tua *B* 739 demi *BC* 740 quantum *A* sumptum fuerimihibi *A* 741 hoc pusillus *B*, hoc pis nullus *C* tam inimici *BC* deuorti *AC* 742 sit *BC* 743 ite astodorum illas *BC* 744 uitiis sit *B*, uitus sit *C* partitur *A* murmurat *BC* 745 Seruienti seruitute *BC* ego miser nos *C* introduxi *B*, introuxi *C* 746 inpararent *BC* ue *om. BC* essem *om. B*, aessae *C* 747 illius egressi *BC* mihi id quod *A*, mihi inicit quod *B*, mihi incit quod *C* uolupis *BC* me horem remigio *BC* gero *BC*

Tamen id quod odiost faciundumst cum malo atque ingratiis.
Nunc, quod occepi, opsonatum pergam.

Pleusicles

Si certumst tibi,
Commodulum opsona, ne magno sumptu; mihi quiduis sat est.

Periplecomenus

Quin tu istanc orationem hinc ue*te*rem atque antiquam amoues?
Proletario sermone nunc quidem, hospes, utere.
Nam ii solent, quando accubuere, ubi cena adpositast, dicere:
„Quid opus fuit hoc, *hospes*, sumptu tanto nostra gratia?
Insaniuisti hercle; nam idem hoc hominibus sat erat decem“.
Quod eorum causa opsonatumst, culpant et comedunt tamen.

Palaestrio

Fit pol illud ad illud exemplum. Ut docte et perspecte sapit!

Periplecomenus

Sed eidem homines numquam dicunt, quamquam adpositumst ampliter:
„Iube illud demi; tolle hanc patinam; remoue pernam; nihil moror;
Aufer illam offam porcinam; probus hic conger frigidus;

---

748 odiose *BC* facihundum ficum *C* malū ingratis *B*, malum atque mingratis *C* 749 certus *BC* 750 Cum modolum *C* nemo agnum sumptum mihi *B*, suptūihi *C* quiduissata ē 751 Quantu uerem 752 Nam proletario hospis 753 hii *B* accubueret 754 hospes *om.* sumpto *C* tanta *B* 755 sata erant 756 obsonatu si culpante 757 ad illud *om. C* perspeciē *B*, perspetie *C* 758 idem hominis umquā *B* dicut *C* appositum *B* 759 denui tolli *B* perdam *B* 760 portinam *C* hinc concer

Remoue, abi aufer"; neminem eorum ha*e*c adseuerare audias.
Sed procellunt se et procumbunt dimidiati, dum appetunt.

Palaestrio

Bonus bene ut malos descripsit mores!

Periplecomenus

Haud centesima*m*
Partem dixi atque, otium rei si sit, possum expromere.

Palaestrio

Igitur id quod agitur, huic r*e*i primum praeuorti decet.]
Nunc hoc animum aduortite ambo. Mihi opus est opera tua,
Periplecomene; nam ego inueni lepidam sycophantiam,
Qui admutiletur miles *us*que caesariatus, atque uti
Huic amanti ac Philocomasio hanc ecficiamus copiam,
Ut hic eam abducat habeatque.

Periplecomenus

Dari istanc rationem uolo.

Palaestrio

At ego mihi anulum dari istunc tuum uolo.

Periplecomenus

Quam ad re*m* usui est?

Palaestrio

Quando habebo, igitur ratione*m* mearum fabricarum dabo.

Periplecomenus

Utere, accipe.

Palaestrio

Accipe a me rursum rationem doli,
Quam institui.

761 aufert *C* nemine *B* hac 763 decepsit *B*, descipsit *C* centesima 764 resistit *B*, reis istit *C* 765 hic primum 766 huc *B* 767 Periplectomene lepidē 768 milesque 769 philocomasiū hac et fitiamus *C* 770 abduc ita beatque dare 771 quamatre 772 rationemearum 773 PLE. accipe rufum *C*

Periplecomenus

Perpur*i*gatis damus tibi ambo operam auribus.

Palaestrio

Erus meus ita magnus moechus mulierum est, ut neminem
Fuisse aeque neque futurum credam.

Periplecomenus

Credo ego istuc idem.

Palaestrio

Atque Alexandri praestare praedicat formae suam;
Itaque omni*s* se ultro sectari in Epheso memorat mulieres.

Periplecomenus

Edepol qui te de isto multi opinentur menti*ri*er;
Sed ego ita esse ut dicis teneo pulcre; proin, Palaestrio,
Quam potis tam uerba confer maxume ad conpendium.

Palaestrio

Ecquam tu potis reperire forma lepida mulierem,
Quoi fa*lla*ciarum corpus *us*que sit plenum et doli?

Periplecomenus

Ingenuamne an libertinam?

Palaestrio

Aequi istuc facio, dum modo
Eam des quae sit quaestuosa, quae alat corpus corpore,
Quoique sapiat pectus; nam cor non potest, quod nulla habet.

---

774 Perpurgatis ambo damus tibi 775 PAL. *om.* moeccus *C* cec' *B* 776 Fuisset atque credo. PLE istunc 777 formam *B*, forma *C* *Sequitur versus:* Sed (Se *C*) procumbunt in mensam dimidiati petunt 778 omni 779 PER. *om.* cupiunt non mentier *B*, metier *C* 780 palesirio 782 PL. *B* Et quam 783 fatiarum corpusque 784 Ingenuumne hanc atque istuc faciundū modo *B*, atque istuc faciom dummodo *C* 785 Eeamq' diesq' *C* 786 iam

Periplecomenus

Lautam uis an quae nondum sit lauta?

Palaestrio

Siccam, sucidam;
Quam lepidissumam potis quamque adulescentem maxume.

Periplecomenus

Habeo eccillam meam clientam, meretricem adulescentulam.
Sed quid ea usus est?

Palaestrio

Ut ad te eam iam deducas domum
Itaque eam huc ornatam adducas: ex matronarum modo
Capite compto crinis uittasque habeat adsimuletque se
Tuam esse uxorem; ita praecipiundumst.

Pleusicles

Erro, quam insistas uiam.

Palaestrio

At scietis. Sed ecqua ancillast illi?

Periplecomenus

Est prime cata.

Palaestrio

Ea quoque opus est. Ita praecipi*to* mulieri atque ancillulae,
Ut simulet se tuam esse uxorem et deperire hunc militem,

787 PER. *om.* *B* uisamque *B* lautā sic con suodam *C* 788 quāquā *B*, quāquē *C* 789 PER. *om.* *B* hec illam *BC* clientam meam *A*, meam clientem *B*, meam dientam *C* electricē *B*, e letricem *C* 790 Sed te quid ausus *B*, Sed qui te ausus *C* est A ut *A* delucas *C* 791 ex *om.* *BC* 792 at simul eq' *B* 793 Tam *BC* uxorem esse *B* insistias *C* 794 stetis *B* haec qua *A*, haecque *BC* primicata 795 Eea *C* praecipio 796 perire *B* huc *C*

Quasique hunc anulum faueolae dederit, ea porro mihi,
Militi ut darem, quasique *ei* ego rei sim interpres.

Periplecomenus

Audio.
Ne me surdum esse arbitreris, sodes, ego recte meas
Auris ut*or*.

Palaestrio

. . . .
Ei dabo; *a* tua mihi uxore dicam delatum et datum,
Ut sese ad eum conciliarem. Ille eius modi est: cupiet miser;
Qui nisi adulterio studiosus rei nulli aliae est inprobus.

Periplecomenus

Non potui*t* reperire, si ipsi Soli quaerundas dares,
Lepidiores duas ad hanc rem quam ego *habeo*; habe animum bonum.

Palaestrio

Ergo adcura, sed propere opus est. Nunc tu ausculta, Pleusicles.

Pleusicles

Tibi sum obediens.

Palaestrio

Hoc facito: miles domum ubi aduenerit,
Memineris ne Philocomasium nomines.

Pleusicles

Quem nominem?

Palaestrio

Diceam.

---

797 Quasi *C* hoc *AB*, huc *C* famose ancille *B*. famæsæ ancille *C* 798 ei *om.* sum interpes *B* 799 PA *præfigunt BC* surdum ueruerauit si audis *B*. surdum ueruerat uit si audis *C* rectis *C* meis *BC* 800 *om. BC* 801 ..dabo *A* Dabo tuam *B*, Dabo tua *C* uxorem 802 sedeat mecum *B*, sese aut eum *C* conciliare *C* 803 alia ē 804 potui reperiri *B* 805 Lepidioris hanc aerā *B* ego ab *B*, ego habe *C* 806 ad curas et properā *B*, properas *C* mi pleusicles *B*, mi pleusides *C* 807 huc facito. PA. *B*, hoc facto. PA.*C* 808 quam *C*

Pleusicles

Nempe eandem quae dudum constitutast.

Palaestrio

Pax, abi.

Pleusicles

[Meminero; sed quid meminisse id refert, *rogo* ego te tamen.

Palaestrio

Ego enim dicam tum, quando usus poscet; interea tace.
Ut, quom etiam hic aget, *tu* actutum partis defendas tuas.

Pleusicles

Eo ego intro igitur?

Palaestrio

Et praecepta sobrie ut cures face.]

PALAESTRIO SERUOS. LUCRIO PUER.

Palaestrio

Quantas res turbo, quantas moueo machinas!
Eripiam ego hodie concubinam militi,
Si centuriati bene sunt manuplares mei.
[Sed illum uocabo. Heus Sceledre, nisi negotium,
Progredere ante aedis; te uoco Palaestrio.

Lucrio

Non operaest Sceledro.

Palaestrio

Quid iam?

Lucrio

Sorbet dormiens.

809 constituit ast *B* abis 810 qui *C* rogo *om.* 811 poscit 812 ut nunc etiam *B* agit tu *om.* 813 Ego ego facte *C* 816 manipularis *B*, manipulares *C* 817 heius *B* 818 uoca *B* 819 opere ē *B*, opera est *C* dormes *B*

Palaestrio

Quid, sorbet?

Lucrio

Illud „stertit“ uolui dicere;

Sed quia consimile est, quom stertas, quasi sorbeas. —

Palaestrio

Eho an dormit Sceledrus intus?

Lucrio

Non naso quidem;

Nam eo magnum clamat. Tetigit calicem clanculum,

Dum misit nardum in amphoram cellarius.

Palaestrio

Eho tu, sceleste, qui illi suppromus; eho —

Lucrio

Quid uis?

Palaestrio

Qui lubitumst illi condormiscere?

Lucrio

Oculis, opinor.

Palaestrio

Non te istuc rogito, scelus.

Procede huc; periisti iam, nisi uerum scio.

Prompsisti tu illi uinum?

Lucrio

Non prompsi.

Palaestrio

Negas?

---

820 steterit *B*, sterterit *C* 821 quod stercas *B* 822 Eo *B* nonaso *B* 824 Dormis ita arcliminā phorā *B*, domi sitam ardimi nam amphoram *C* cellararius *C* 825 Eoh *B* suppm' seho *B* 826 Quid lubitum est? 827 istic *B* rogitos *C* 328 LU. Procede huic *B* 829 PA. Promsisti *B*

Lucrio

Nego hercle uero; nam ille me uetuit dicere.
Neque equidem heminas octo exprompsi in urceum,
Neque illic calidum exbibit in prandium.

Palaestrio

Neque tu bibisti?

Lucrio

Di me perdant, si bibi,
Si bibere potui.

Palaestrio

Quid iam?

Lucrio

Quia enim obsorbui;
Nam nimis calebat, amburebat gutturem.

Palaestrio

Alii ebrii sunt, alii poscam potitant;
Bono suppromo et promo cellam creditam.

Lucrio

Tu hercle idem faceres, si tibi esset credita;
Quoniam aemulari non licet, nunc inuides.

Palaestrio

Eho an umquam prompsit antehac? responde, scelus.
Atque ut tu scire possis, *e*dico tibi:
Si falsa dicis, † uotio, excruciabere.

---

830 ille metuit *B* 831 feminas expromisi in hurctum *C* 832 ille hic exuiuit *B*, exiuit *C* 833 tubi iusti *C* biui *C* 834 Sibere *C* potuisti 835 caluit ambureuat *B*, cale uitam bure uat *C* 836 PAL. *om.* ebri *C* alia postquā potatā *B*, alii potest campota itam *C* 837 et promo *om. C* 838 LU. *om.* diem sit. 840 PAL. *om.* Eho numquam promisit *B* 841 dico 842 palsa excruciaberet

Lucrio

Ita*n* uero? ut tu ipsi me dixisse delices,
Post *e* sagina ego eicia*r* cellaria,
Ut tibi qui promptet alium suppromum pares.

Palaestrio

Non edepol faciam; age eloquere audacter mihi.

Lucrio

Numquam edepol uidi promere; uerum hoc erat:
Mihi imperabat, ego promebam postea.

Palaestrio

Hoc illi crebro capite sistebant cadi.

Lucrio

Non hercle tam istoc ualide cassabant cadi.
Sed in cella erat paulum nimis loculi lubrici;
Ibi erat bilibris aula sic propter cados;
Ea saepe deciens conplebatur *in* die;
Plenam atque inanem fieri *uidi identidem*;
Ubi bacchabatur aula, cassabant cadi.

Palaestrio

Abi intro, iam. Uos in cella uinaria
Bacchanal facitis; iam hercle ego erum adducam a foro.

Lucrio

Perii; excruciabit me erus, domum si uenerit,
Quom haec facta scibit, quia sibi non dixerim.

---

843 LU. *om.* Ita ipse 844 e *om.* eicia 845 si promtis *B*, si proptis *C* subpromis *B*, supromis *C* paris 846 age te loquere 848 imperauit *B*, inperauat *C* prome *B* 849 Hic illecebro *B*, illi celebro *C* sistebat *B*, sistebas *C* 850 *om. A* istoc cessauit *B*, cassauat *C* 851 erit 852 uilibris auilis hic 853 deiciens *B* completur *B*, compleuatur *C* in *om.* 854 Ea plenam fieri plena maxuma 855 Uidi *B* auia cassabat *BC* 856 Abi ablintro *C* 857 adducta fore *B*, adducata fore *C* 858 excruciauit 859 Quomodo *B* sciuit *B* dixerit

Fugiam hercle aliquo atque hoc in die*m* extollam malum.
Ne dixeritis obsecro huic uostra*m* fidem.

Palaestrio

Quo te agis?

Lucrio

Missus sum ali*quo*; iam huc reuenero.

Palaestrio

Quis misit?

Lucrio

Philocomasium.

Palaestrio

Abi; actutum redi.

Lucrio

Quaeso tamen, tu meam partem, infortunium
Si diuidetur, me absente accipito tamen.

Palaestrio

Modo intellexi, quam rem mulier gesserit:
Quia Sceledrus dormit, hu*n*c subcustodem suum
Foras ablegauit, dum ab se huc transire*t*; placet.]
Sed Periplecomenus quam ei mandaui mulierem
Nimis lepida forma ducit. Di hercle hanc rem adiuua*n*t.
Quam digne ornata incedit, haud meretricie.
Lepide hoc succedit sub manus negotium.

---

860 die extollat 861 uostra 862 Quod tu *B*, Quot tu *C* alio ian *C* 864 infortinum 865 Si id uidetur *B* 866 qua *C* 867 huc 868 Foris a dum ab *B* transire 869 periplectomenus 870 adiuuat *B*, at uiuat *C* 871 aut 872 negotium. Periplectomenus milphidippa acrotelantum palest.

PERIPLECOMENUS SENEX. ACROTELEUTIUM *MERETRIX*. PALAESTRIO *SERUOS*.

Periplecomenus

Rem omnem tibi, Acroteleutium, tibique una, Milphidippa,
Domi demonstraui in ordine. Hanc fabricam fallaciasque
Minus si tenetis, denuo uolo percipiatis plane;
Satis si intellegitis, aliud est quod potius fabulemur.

Acroteleutium

Stultitia atque insipientia *mecastor maxuma* haec sit,
Me ire in opus alienum aut tibi mea*m* operam pollicitari,
Si ea in opificina nesciam aut mala esse aut fraudulenta.

Periplecomenus

At melius est monerier.

Acroteleutium

Meretricem conmoneri
Quam sane magni referat, nihil clam est. Quin egomet ultro,
Postquam adbibere aures meae tuae rorem orationis,
Tibi dixi miles quem ad modum potesset deasciari.

Periplecomenus

At nemo solus satis sapit; nam ego multos saepe uidi
Regionem fugere consili prius quam reperta*m* habere*nt*.

PERIPLECTOMENUS SENEX MILPHIDIPPA ANC̄ ACROTELANIUM PALESTRIO *B*, *om.* *C*

873 acretele tibi ut unum *B*, acretele tibi ut ium *C* 874 hac *C* 875 netetis *B* percipiatisuplane *C* 876 quid *C* 877 Stultitiaque insipientiā falsa hesit *B*. insapientiā falsta haesit *C* 878 Mei rei in *B* mea opera *B* 879 eam opificinam nesciat

880 PA. Aut *C* meliust *C*, melius *B* commoueri *B* 881 ego insustro *B*, ego infustro *C* 882 adhibere *B* auris meae et *C* tuam moram 883 potisset assecla rei *B*, deas darei *C*

885 repcrta habere

Acroteleutium

Si quid faciundumst mulieri male atque malitiose,
Eae ibi inmortalis memoriast meminisse et sempiterna;
Si bene quid aut fideliter faciundumst, eadem eueniet
Obliuiosa extemplo ut*i* fiat, meminisse nequeat.

Periplecomenus

Ergo istuc metuo, quoniam erit uobis faciundum utrumque;
Nam id proderit mihi, militi male quod facietis ambae.

Acroteleutium

Dum nescientes quid bonum faciemus, ne formida.
Mala mulieres natae aui peioribus conueniunt.

Periplecomenus

Ita uos decet. Consequimini.

Palaestrio

Cesso ego illis obuiam ire?
Uenire saluom gaudeo. Lepide hercle ornatus cedit.

Periplecomenus

Bene opportuneque obuiam es, Palaestrio. Em tibi adsunt,
Quas me iussisti adducere et quo ornatu.

Palaestrio

Eu, noster esto.
Palaestrio Acroteleutium salutat.

---

887 Ea sibi *B*, Eea sibi *C* meminisset 888 aut quid aut faciundum si eadē ueniunt 889 Obliuiose exemplo ut fiant nequeunt *B*, neque eunt *C* 890 metu *C* quo uenit 891 militia 892 nescientis quod *B* faciamus *B* 893 PE. Mala mulier est A. ne pauet *B*, Mala milla mer est. A. ne pauet *C* conueniuit *C* 894 A. Cesso 895 Uenere incedit 896 PE. *om.* obuia *B* palestridem *B*, plestridem *C* 897 ne uisisti *C* adduceret et equo A. eunosteresio 898 acroteleuticum

Acroteleutium

Quis hic, am*a*bo est,
Qui tam pro nota nominat me?

Periplecomenus

Hic noster architectust.

Acroteleutium

Salue, architecte.

Palaestrio

Salua sis. Sed dic mihi, ecquid hic te
Onerauit praeceptis?

Periplecomenus

Probe meditatam utramque duco.

Palaestrio

Audire cupio quem ad modum; ne quid peccetis, paueo.

Periplecomenus

Ad tua praecepta de meo nihil his nouom adpos*i*ui.

Acroteleutium

Nempe ludificari militem tuum erum uis?

Palaestrio

Exlocuta es.

Acroteleutium

Lepide et sapienter, commode et facete res paratast.

Palaestrio

Atque huius uxorem *esse* te uolo adsimulare.

Acroteleutium

Fiet.

---

898 qui sic ambo est 899 Quid *B* notā mittat notā. PE. hic *B*, notam minat notā. PE. e hic *C* 900 saluasisis et *B*, saluasissiet *C* haec quid 901 ducam *B* 902 nequit paueno *B*, paueuo *C* 903 his posui *B*, his nououat posui *C* 904 est 905 AC. *om.* facite parate 906 huis *C* uxorem tu adsimulari fiat

Palaestrio

Quasi militi animum adieceris simulare.

Acroteleutium

Sic futurumst.

Palaestrio

Quasique ea res per me interpretem et tuam ancillam curetur.

Acroteleutium

Bonus uates poteras esse, nam quae sunt futura dicis.

Palaestrio

Quasique anulum hunc ancillula tua abs te detulerit a*d* me,
Quem *porro* ego militi darem tuis uerbis.

Acroteleutium

Uera dicis.

Periplecomenus

Quid istis nunc memoratis opust, quae conmeminere?

Acroteleutium

Meliust.

Nam, mi patrone, hoc cogitato: ubi probus est architectus,
Bene lineatam si semel carinam conlocauit,
Facile esse nauem facere, ubi fundata constitutast.
Nunc haec carina satis pro*be* fundata et bene statutast;
Adsunt fabri architecto, quae faciant haud inperiti.
Si non nos materiarius remoratur, quod opus qui det,
Noui indolem nostri ingeni, cito erit parata nauis.

---

907 PA *om. B* adieris *C* A *om* 908 PA *om.* Quasique res est *B*, Quasiquaeae res aest *C* interpetem *C* ancillam eicceretur *B*, ancilla ceretur *C* 909 uatis num qui 910 ancillulā *B*, ancillam *C* tuā ame 911 Quarē *B* porro *om.* 912 PA*C* opus est comminere *B* melius est *B* 914 Sene *C* liniatam 916 hic profundata benc et statutast 917 eabri *C*, muliebria *B* architectique a te amant *B*, ate amea ut *C* 918 materarius

Palaestrio

Nempe tu nouisti militem, meum erum?

Acroteleutium

Rogare mirumst.

Populi odium quidni nouerim, magnidicum, cincinnatum,
Moechum unguentatum?

Palaestrio

Num ille te nam nouit?

Acroteleutium

Numquam uidit.

Qui nouerit me, quis ego sim?

Palaestrio

Nimis lepide fabulare.

Eo potuerit lepidius pol fieri.

Acroteleutium

Potin ut hominem

Mihi des, quiescas cetera? ni ludificata lepide
Ero, culpam omnem in me inponito.

Palaestrio

Age igitur intro abite;

Insistite hoc negotium sapienter.

Acroteleutium

Alia cura.

Palaestrio

Age, Periplecomene, has nunc iam duc intro; ego ad forum illum

920 mirus *C* 921 qum noueriut *B*, quinni nouerit *C* magnidicunt *C* 922 Menechmum guentatum *B* illa eam *B*, illa et aenam *C* 923 sum *B* 924 potiuerim 926 agite intro *B* 928 periplectomene adnuntiā *B*, periplectomenae as nuntiam *C* egom *C*

Conueniam atque illi hunc anulum dabo. atque praedicabo
A tua uxore mihi datum esse eamque illum deperire.
Hanc ad nos, quom extemplo a foro ueniemus, mittito*te*,
Quasi clanculum ad *me* missa sit.

Periplecomenus

Faciemus; alia cura.

Palaestrio

Uos modo curate; ego illum probe iam oneratum huc arcessibo.

Periplecomenus

Bene ambula, bene rem gere. At ego hoc si ecficiam plane,
Ut concubinam militis meus hospes habeat hodie
Atque hinc Athenas auehat; *si* hodie hunc dolum dolamus,
Quid tibi ego mittam muneris!

Acroteleutium

Datne eapse mulier operam?

Periplecomenus

Lepidissume et compsissume.

Acroteleutium

Confido confuturum.
Ubi facta erit conlatio nostrarum malitiarum,
Haud uereor ne nos subdola perfidia peruincamur.

Periplecomenus

Abeamus ergo intro, haec uti meditemur cogitate,

---

929 hoc *B* atquem 930 Attua esset eam quam 931 Hec ad *B*, Haoit *C* quam mittito 932 dauclum *C* admissa 933 oneratur hunc acibo *B*, aciebo *C* 934 geratego ne hoc *B*, nec hoc *C* 935 concubina militis *om. B* hospis 936 habeat hodie 937 mita *C* ab se mulier *C*, absimulier *B* 938 Lepidi sum et cōmissū *B*, comisumet *C* cumfuturum 939 militiarum 940 Aut 941 Habemus

Ut adcurate et commode hoc quod agundumst exsequamur,
Ne quid, ubi miles uenerit, titubetur.

Acroteleutium

Tu morare.

PYRGOPOLINICES MILES. PALAESTRIO SERUOS.

Pyrgopolinices

Uolup est quod agas si id procedit lepide at*que ex* sententia.
Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum,
Ut latrones quos conduxi hinc ad Seleucum ducere*t*,
Qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret otium.

Palaestrio

Quin tu tuam rem cura potius quam Seleuci, quae tibi
Condicio noua et luculenta fertur per me interpretem.

Pyrgopolinices

Immo omnis res posteriores pono atque operam do tibi.
Loquere; auris meas profecto dedo in dicionem tuam.

Palaestrio

Circumspice dum, ne quis nostro hic auceps sermoni si*e*t;
Nam hoc negoti clandestino ut agerem mandatums*t* mihi.

Pyrgopolinices

Nemo adest.

---

942 *postponitur proximo* accurrate huc agendū *B* 943 Nequit *C* milis *C* morarē *C* PIRGOPOLINICIS *B* 944 Uoluptas *B* at sententia 945 hodi *C* seleuticum *B* 946 seleuticum *B* ducere 947 Que *B*, Quae *C* regnum *om. B* 948 Quin tuam *B*, Quin tuta uam *C* seleutiq' *B*, seleuticiq' *C* 950 posterioris *C* 951 duris *C* dido 952 Circumspicito cum sit 953 dandestino *C* agere mandatus

Palaestrio

Hunc arrabonem *a*moris primum a me accipe.

Pyrgopolinices

Quid? hic unde est?

Palaestrio

A luculenta atque festiua femina,
Quae te amat tuamque expetessit pulcram pulcritudinem.
Eius hunc mihi anulum ad te ancilla porro ut deferrem dedit.

Pyrgopolinices

Quid? ea*ne* ingenua an festuca facta *e* serua liberast?

Palaestrio

Uah, egone ut ad te ab libertina esse audere*m* internuntius,
Qui ingenuis satis responsare nequeas, quae cupiunt tui?

Pyrgopolinices

Nuptanest an uidua?

Palaestrio

Et nupta et uidua.

Pyrgopolinices

Quo pacto potis
Nupta et uidua esse eadem?

Palaestrio

Qui*a* adulescens nuptast cum sene.

---

954 PA. *om.* moris accepi 955 A *om. B* 956 amat cumque *B*, amatumque *C* expetisset 957 Eis *C* nunc deferret 958 ea ingenua ac facta seruare libera ast *B* 959 Uaaego me *C* abste audere 960 Quin genus *C* responderet *B*, responsaret *C* nequeas capiti uti *B*, neq'asq' cupit uti *C* 961 Nuptanst uidua *B*, Nuptanistanuida *C* quid 962 Uidua et nupta *C* adem *C*, idem *B* qui nupta *B*, nupta si *C*

Pyrgopolinices

Euge.

Palaestrio

Lepida et liberali forma est.

Pyrgopolinices

Caue mendacium.

Palaestrio

Ad tuam formam illa una dignast.

Pyrgopolinices

Hercle pulcram praedicas.
Sed quis ea est?

Palaestrio

Senis huius uxor Periplecomeni in proxumo.
Ea demoritur te atque ab illo cupit abire; odit senem.
Nunc te orare atque obsecrare iussit, ut eam copiam
Sibi potestatemque facias.

Pyrgopolinices

Cupio hercle equidem, si illa uolt.

Palaestrio

Quae cupit.

Pyrgopolinices

Quid illa faciemus concubina quae domist?

Palaestrio

Quin tu illam iube abs te abire quo lubet, sicut soror
Eius huc gemina uenit Ephesum et mater arcessuntque eam.

---

963 lepide *B* 964 pulchrum 965 hæc st *B* 965 *sq.* periplectomensi. PI. proxumo. PA. Ea 966 ab illo iucipit *B*, abilocipit *C* 967 obsettare *C* cupiam *B*, capiam *C* 969 illā *B* concubinam quando misit *B*, quando mist *C* 970 quod iubet sicunt *C* 971 uggeminam uenite et *om.* *C* accersunt quae *C*

Pyrgopolinices

Eho tu, aduenit Ephesum mater eius?

Palaestrio

Aiunt qui sciunt.

Pyrgopolinices

Hercle occasionem lepidam ut mulierem excludam foras.

Palaestrio

Immo uin tu lepide facere?

Pyrgopolinices

Loquere et consilium cedo.

Palaestrio

Uin tu illam actutum amouere, a te ut abeat per gratiam?

Pyrgopolinices

Cupio.

Palaestrio

Tum te hoc facere oportet: tibi diuitiarum adfatimst;
Iube sibi aurum atque ornamenta quae illi instruxti mulieri
Dono habere, auferre et abs te *abire* quo lubeat sibi.

Pyrgopolinices

Placet ut dicis; sed ne *et* istam amittam et haec mutet fidem,
Uide modo.

Palaestrio

Uah delicatu's; quae te tamquam oculos amet.

Pyrgopolinices

Uenus me amat.

---

972 Eon aeuius 974 faceret. PI. loquerit *B* 975 actutum illam *C* habeant *B*, habeat *C* 976 tum. PA 977 Iubi sibi *B* quae *om. B* instruxit 978 auferet abs abire *om.* quod *C* iubeat 979 ne istam amittam haec *B* 980 Uido modo *B* que etiam oculos meos *B*

Palaestrio

St, tace; aperitur foris; concede huc clanculum.
Haec celox illiust, quae hi*n*c egreditur, internuntia,

[*Pyrgopolinices*

Quae haec celox?

Palaestrio

Ancillula illius est *quae* hi*n*c egreditur foras.]
Quae anulum istunc attulit quem tibi dedi.

Pyrgopolinices

Edepol haec quidem
Bellulast.

Palaestrio

Pithecium haec est prae illa et spinturnicium.
Uiden tu illam oculis uenaturam facere atque aucupium auribus?

MILPHIDIPPA ANCILLA. MILES IDEM. SERUOS.

Milphidippa

Est ante aedis circus ubi sunt ludi faciundi mihi.
Dissimulabo, hos quasi non uideam neque esse hic etiam dum sciam.

Pyrgopolinices

Tace; subauscultemus, ecqui de me fiat mentio.

Milphidippa

Num quis nam hic prope adest, qui rem alienam potius curet quam suam;

---

981 ast tacet *B* aperiuntur foris *C* hunc *B* danculum *C* 982 illius *B* hic egredietur *B* 982—83 egreditur . . . hinc *om. C* 983 PY. *et* PA. *et* quae *om. B* hic *B* foris *B* 984 dedit 985 Belluas *B* phitecium 986 oculi suae naturam *B*, oculis ut naturam *C* 987 Tam est ludificandi 989 hæc quid *B* 990 properat ē *B*

Qui aucupet me quid agam, *ne*que de uesperi uiuat suo?
Eos nunc homines metuo mihi ne obsint neue obstent uspiam,
Dum sibi iaculum huc transmittat, quae huius cupiens corporist,
Quae amat hunc hominem nimium lepidum et nimia pulcritudine,
Militem Pyrgopolinicem.

Pyrgopolinices

Satin haec quoque me deperit?
Meam laudat speciem.

Palaestrio

Edepol huius sermo haud cinerem quaeritat.

Pyrgopolinices

Quo argumento?

Palaestrio

Quia enim loquitur laute et minume sordide.
Quid*quid* istaec de te loquitur, nihil attrectat sordide.
Tum autem illa ipsast nimium lepida nimisque nitida femina.

Pyrgopolinices

Hercle uero iam adlubescit primulum, Palaestrio.

Palaestrio

Priusne quam illam oculis uidisti?

Pyrgopolinices

Uideo id quod credo tibi.
Tum haec celocula illam absentem subigit me ut amem.

---

991 quid aquā quidē uesperi iu iat *B* 992 opte *B*, obtet *C* 993 Domosibit ac dum *B*, Domus ibit ac dum *C* transiuit atq' 994 nimiam *B* pulchritudinē *B* 995 Pilitem *B* hoc *B* deperii *B* 996 PA *om.* sermonis aut emerē *B* 997 PA Quo argumento? quia laudē *B* 998 Quid istaec quae teteq. *A*, Quid ait ista hec de te *B*. Quid ad ista hæc de te *C* 999 Tu *BC* milia ipsa *B* lepidam *B* itidē *B* 1001 iliam oculis tuis. PY. ideo *B* ut *C* 1002 Cum locuta *B*, elocutam *C* illam autem absentem metuit PA. amen *B*

Palaestrio

Hercle hanc quidem
Nihil tu amassis; mihi haec desponsast. Tibi si illa hodie nupserit,
Ego hanc continuo uxorem ducam.

Pyrgopolinices

Quid ergo hanc dubitas conloqui?

Palaestrio

Sequere hac me ergo.

Pyrgopolinices

Pedisequos tibi sum.

Milphidippa

Utinam, quoius causa *ego huc*
Foras sum egressa, conueniundi mihi potestas euenat.

Palaestrio

Erit et tibi exoptatum optinget; bonum habe animum, ne formida.
Homo quidamst qui scit quod quaeris ubi sit.

Milphidippa

Quem ego hic audiui?

Palaestrio

Socium tuorum conciliorum et participem consiliorum.

Milphidippa

Tum pol ego id quod celo haud celo.

Palaestrie

Immo et celas et non celas.

PA. *om.* hanc hercle *B* 1003 desponsatast *C* tibi *om.* *B* 1004 Quid ergo hac *B* 1005 pedis equis *B*, pedis sequus *C* ego huc *om.* 1006 Fori *B* eueniat 1007 et *om.* *B* habet *B* 1009 consiliarium 1010 etiam sed non *AC*, & etiam s, ñ *B*

Milphidippa

Quo argumento?

Palaestrio

Infidos celas; ego sum tibi firme fidus.

Milphidippa

Cedo signum, si harunc baccharum es.

Palaestrio

Amat mulier quaedam quendam.

Milphidippa

Pol istuc quidem multae.

Palaestrio

At non multae de digito donum mittunt.

Milphidippa

Enim cognoui nunc; fecisti modo mihi ex procliuo planum.
Sed hic num quis adest?

Palaestrio

Uel adest uel non.

Milphidippa

Cedo te mihi solae solum.

Palaestrio

Breuin an longinquo sermone?

Milphidippa

Tribus uerbis.

Palaestrio

Iam ad te redeo.

1011 colas *B* firma fides *B*, firme fidelis *C* 1012 bacharu ē *B*, est *C* 1013 didigito domum *B* 1014 patrem 1015 Si hic n̄c quis *B* uel est *B* sisoluē *B*, solæ solū esse *C* 1016 Breui nā *B*

Pyrgopolinices

Quid? ego hic adstabo tantisper cum hac forma et factis frustra?

Palaestrio

Patere atque adsta; tibi ego hanc do operam.

Pyrgopolinices

Propera *dum*; *sta*ndo excrucior.

Palaestrio

Pedetemptim tu hauscis tractari solitas esse huius modi mercis?

Pyrgopolinices

Age age, ut tibi maxume concinnumst.

Palaestrio

Nullumst hoc stolidius saxum.
Redeo ad te; quid me uoluisti?

Milphidippa

Quo pacto hoc Ilium accedi
Uelis, id *re*fero ad te consilium.

Palaestrio

Quasi hu*n*c depereat,

Milphidippa

Teneo istuc.

Palaestrio

Conlaudato formam et faciem et uirtutes conmemorato.

1017 formā *B* sit frustrā *B*, si sic frustram *C* 1018 Paterae *B* aequeastabi *B*, atque sta tibi *C* properando excruciet *B* 1019 hec scis tractare sole *B*, tractare soles hasce *C* 1020 concinnus nullus est *B* 1021 cilium accepi *B*, apeli *C* 1022 Uelis ut fero *B*, Uaelisit fero *C* huc depereant *B* 1023 uirtutis commemorate *B*

Milphidippa

Ad eam rem habeo omnem aciem.

Palaestrio

Tibi ut*i* dudum iam demonstraui,
Tu cetera cura, et contempla et de meis uenator uerbis.

Pyrgopolinices

Aliquam mihi partem hodie operae des denique; iam tandem ades illim.

Palaestrio

Adsum; impera, si quid uis.

Pyrgopolinices

Quid illaec narrat tibi?

Palaestrio

Lamentari
Ait illam miseram, cruciari et lacrumantem se adflictare,
Quia tis egeat, quia te careat; ob eam rem huc ad te missast.

Pyrgopolinices

Iube adire.

Palaestrio

At scin quid tu facias? face te fastidi plenum,
Quasi non lubeat; me inclamato, quia sic te uolgo uolgem.

Pyrgopolinices

Memini et praeceptis parebo.

Palaestrio

Uoco*n* ergo hanc quae te quaerit?

1024 At matiem *B*, faciem *C* PA. *om.* ut clam *B* 1025 PA. Tu 1026 iam *om. A* ilico 1027 hæc *B*, illa haec *C* tibi lamentari *B*, tibi te lamentari *C* 1028 PA. *præfigitur* 1029 scis *B* ate ate *B* missat *C* 1030 sin *B* facite *B*, făcito *C* fastili *B* 1031 sic tam 1032 uoco hanc ut querit *B*

Pyrgopolinices

Adeat, si quid uolt.

Palaestrio

Si quid uis, adi, mulier.

Milphidippa

Pulcer, salue.

Pyrgopolinices

Meum cognomentum conmemorat. Di tibi dent quaecumque optes.

Milphidippa

Tecum aetatem exigere ut liceat —

Pyrgopolinices

Nimium optas.

Milphidippa

Non me dico,
Sed eram meam, quae te demoritur.

Pyrgopolinices

Multae aliae idem istuc cupiunt,
Quibus copia non est.

Milphidippa

Ecastor haud mirum, si te habes carum,
Hominem tam pulcrum et praeclarum uirtute, forma, factis.
Deus dignior fuit quisquam homo qui esset?

Palaestrio

Non hercle humanumst corpus,
Nam uolturio plus humani credo est.

1033 adi *om.* *B* 1034 commemorauit *C*, quis commerauit *B* dent ut optes *B* 1035 exire *B* 1036 erē *B* dete moritur *B*, te demeritur *C* 1037 cupiant *C* ecastor ut mirum *B* earum *B* 1038 praeclaram *B*, preclara *C* uirtutē et formā *B* 1039 Heuis *B*, Heus *C* humanum stergeo

Pyrgopolinices

Magnum me faciam
Nunc, quo*m* illaec me sic conlaudat.

Palaestrio

Uiden tu ignauom, ut sese infert?
Quin tu huic responde; haec illaec est ab illa quam dudum *dixi.*

Pyrgopolinices

Quanam ab illarum? nam ita me occursant multae; meminisse haud possum.

Milphidippa

Ab illa quae digitos despoliat suos et tuos digitos decorat:
Nam hunc anulum *ego* ab tui cupienti huic detuli, hic *ad te* porro.

Pyrgopolinices

Quid nunc tibi uis, mulier, memora.

Milphidippa

Ut, quae te cupit, eam ne spernas;
Quae per tuam nunc uitam uiuit; sit necne, in te spes uno est.

Pyrgopolinices

Quid nunc uolt?

Milphidippa

Te conpellare et conplecti et contractare.

1040 me *om.* *B* 1041 quo *B*, *om.* *C* illic me illic uident ignauum *B* inferant *B*, inferat *C* 1042 MIL. Quin p̄sipondi *B* PA. haec illic illā *B* dixi *om.* 1043 Quam ab *B*, Quā ab *C* occursat *B* aut *B* 1045 huc *B* ego *om.* ab tui *om.* *B* cupientis huc *C* huic porro *C*, porro *B* 1046 memorat *B* qui 1047 perpetuam *B* uult si nec sit *B*, sit nec ne sit *C* 1048 nunc *om.* *C* conpellaret *B* contrectare *C*

Nam nisi tu illi fers suppetias, iam illa animum despondebit.
Age, mi Achilles, fiat quod te oro; serua illam, pulcram pulcer.

Palaestrio

Exprome benignum ex te ingenium, urbicape, occisor regum.

Pyrgopolinices

Eu hercle odiosas res! Quotiens hoc tibi, uerbero, ego interdixi,
Meam ne sic uolgo pollicitarere operam.

Palaestrio

Audin tu, mulier?
Dixi hoc tibi dudum et nunc dico: nisi huic uerri adfertur merces,
Non hic suo seminio quemquam porculeam inpertiturust.

Milphidippa

Dabitur quantum ipsus preti poscet.

Palaestrio

Talentum Philippei huic opus auri est.
Minus ab nemine accipiet.

Milphidippa

Eu ecastor nimis uilest tandem.

Pyrgopolinices

Non mihi auaritia umquam innatast; satis habeo diuitiarum.
Plus mihi auri mille est modiorum Philipp*ei*.

1049 despondit *B* 1050 achillis *B* soror *B* pulchram pulchre 1051 ubi cape *B*, iniuirbicape *C* 1052 Heu *B*, Bu *C* 1053 ne *om* *B* pollicitare *B*, polliciteres *C* 1054 uerreant uel tu *B*, uerriant fertur *C* mercis *B* 1055 proculem inpertitust *B* 1056 ipsius pretiist *B* philippium 1057 nemini *B* neue castor *B* 1058 natae̅ *B* 1059 mille *om.* *B* mosidiu̅ *B* philippi

Palaestrio

Praeter thensauros.
Tum argenti montis, non massas habet; Aetna [mons] non aeque altust.

Milphidippa

Eu ecastor hominem periurum!

Palaestrio

Ut ludo!

Milphidippa

Quid? ego ut subleui os!
Sed amabo mittite me actutum.

Palaestrio

Quin tu huic respondes aliquid,
Aut facturum aut non facturum?

Milphidippa

Quid illam miseram animi excrucias,
Quae numquam male de te meritast?

Pyrgopolinices

Iube eampse exire huc ad nos;
Dic me omnia quae uolt facturum.

Milphidippa

Facis nunc ut *te* facere aequom,
Quom, quae te uolt, eandem tu uis,

Pyrgopolinices

Non hoc insulsum ingenium.

1059 praeter thesaurus *B*, præcertensaurus *C* 1060 æthna mons *C*, *om.* *B* altos 1061 castor *B* ui sublectos PA. scite 1062 MI Sed mitte *B* respondis *B* 1063 MI. *om.* miseram et amicam crucias *B* 1064 mele de te meritast iubeam ipse *C*, male dixerit... at iubeam ipse *B* 1065 mihi uul *C* MI. *om.* te *om.* 1066 Qdq' uult *B*, Quodipte uult *C* eadem *B* insulsum hinc ingenium

Milphidippa

Quomque oratricem haud spreuisti sistique exorare ex te.

Palaestrio

Quid est?

Milphidippa

Ut ludo, nequeo hercle *e*quidem risu meo *iam* moderari.
Ob eam causam huc abs te auorti.

Pyrgopolinices

Non edepol tu scis, mulier,
Quantum ego honorem nunc illi habeo.

Milphidippa

Scio et istuc illi dicam.

Palaestrio

Contra auro alii hanc uendere potuit operam.

Milphidippa

Pol istuc tibi credo.

Palaestrio

Meri bellatores gignuntur, quas hic praegnatis fecit,
Et pueri annos octingentos uiuont.

Milphidippa

Uae tibi, nugator.

Pyrgopolinices

Quin mille annorum perpetuo uiuont ab saeclo ad saeclum.

Palaestrio

Eo minus dixi, ne haec censeret me aduorsum se mentiri.

1067 Qm̄ me *B*, Cumque me *C* hii *B*, hic *C* ixste 1068 Quid est ut ludo. PA. neque *B* quidem risum ac *B* iam *om.* moderarier 1069 MI. Ob *B*, MI. Ab *C* 1072 bellatoris cinguntur *B* pregnantis *C* 1073 PA. ue *B*, PY. ue *C* 1074 PY. *om.* Qui absacio 1075 censerit *B*

Milphidippa

Perii. quot hic ipse annos uiuet, quoius filii tam diu uiuont!

Pyrgopolinices

Postriduo natus sum ego, mulier, quam Iuppiter ex Ope natust.

Palaestrio

Si hic pridie natus foret quam ille est, hic haberet regnum in caelo.

Milphidippa

Iam iam sat amabo est; sinite abeam, si possum, uiua a uobis.

Palaestrio

Quin ergo abis, quando responsumst?

Milphidippa

Ibo atque illam huc adducam,
Propter *quam* opera est mihi. Num quid uis?

Pyrgopolinices

Ne magis sim pulcer quam sum;
Ita me mea forma habet sollicitum.

Palaestrio

Quid hic nunc stas? quin abis?

Milphidippa

Abeo.

Palaestrio

Atque adeo. audin tu? dicito docte et cordate, ut cor ei saliat.
Philocomasio dic, si est istic, domum ut transeat; hunc hic esse.

1076 qd *B* cui *B* sunt *B* 1077 natus *B* exoptuma e *B* 1078 natus *om.* *C* 1079 abea nisi possum adiuua uobis *B* 1080 abeis *B* at *B* 1081 quam *om.* pulchra quam suā *B* 1082 habent nunc hic *B* 1083 ut docte et cordate curas aluit *B* 1084 si *om.* *B* hic " huc *B*

Milphidippa

Hic cum *mea* era est. *Eae* clam nostrum hunc sermonem sublegerunt.

Palaestrio

Lepide factumst; iam ex sermone hoc gubernabunt doctius porro.

Milphidippa

Remorare. Abeo.

Palaestrio

Neque remoror neque te tango neque te — taceo.

Pyrgopolinices

Iube maturare illam exire huc. Iam istic rei praeuortemur.
Quid nunc mihi es auctor ut faciam, Palaestrio,
De concubina? nam nullo pacto potest
Prius haec in aedis recipi, quam illam amiserim.

Palaestrio

Quid me consultas quid agas? dixi equidem tibi,
Quo pacto id fieri possit clementissume.
Aurum atque uestem muliebrem omnem habeat sibi.
Quae illi instruxisti, sumat, habeat, auferat;
Dicasque tempus maxumum esse ut eat domum;
Sororem geminam adesse et matrem dicito,
Quibuscum conuecta recte deueniat domum

1085 cumera *C*, cum fera *B* Eae *om* sublegerunt sermonem *C* 1086 PA. *om.* factum sciam *B* 1087 PA. Rememorare. MI. abeo neque temoro *B*, neque te remoro *C* neque et agone que et *B* 1089 *præscribit titulum* MILES SERUUS *B* mihi nunc est 1091 haec *om.* *B* obmiserit 1093 id pacto *C* 1094 omnem muliebrem *C* tibi *B* 1096 ut sedeat *B* 1097 geminat ēē *B*, geminam esse *C* 1098 cōmita *B*, comita *C*

Pyrgopolinices

Qui tu scis eas adesse?

Palaestrio

Quia oculis meis
Uidi hic sororem eius.

Pyrgopolinices

Conuenitne eam?

Palaestrio

Conuenit.

Pyrgopolinices

Ecqui fortis uisast?

Palaestrio

Omnia
Uis optinere.

Pyrgopolinices

Ubi matrem esse aiebat soror?

Palaestrio

Cubare in naui lippam atque oculis turgidis
Nauclerus dixit, qui illas aduexit, mihi.
Is ad hos nauclerus hospitio diuortitur.

Pyrgopolinices

Quid is, ecqui fortis?

Palaestrio

Abi sis hi*n*c; nam tu quidem
Ad equas fuisti scitus admissarius,
Qui consectare qua maris qua feminas.

1099 Quid *B* ea satissē *B* 1100 esse eius aeam *B* 1101 et quid *B*, ecquid *C* fortius 1102 optinare *B*, opinare *C* aleuat *B* 1103 innabellippā atque oculi turgredis *B* 1104 Namclerus dixit quia *B* 1105 IIis *B* nos deuortetur *B* 1106 his aec qui fortis ab his *B* hic 1107 al missarius *B*, emissarius *C* 1108 marisque feminas

Pyrgopolinices

Hoc age nunc. Istuc quod das consilium mihi,
Te cum illa uerba facere de ista re uolo;
Nam cum illa sane congruus sermo tibi.

Palaestrio

Qui potius quam tute adeas, tuam rem tute agas?
Dicas uxorem tibi necessum esse ducere;
Cognatos persuadere, amicos cogere.

Pyrgopolinices

Itane tu censes?

Palaestrio

Quid ego ni ita censeam?

Pyrgopolinices

Ibo igitur intro. Tu hic ante aedis interim
Speculare, ut ubi illaec prodeat, me prouoces.

Palaestrio

Tu modo istuc cura quod agis.

Pyrgopolinices

Curatum id quidemst.
Quin si uoluntate nolet, ui extrudam foras.

Palaestrio

Istuc caue faxis; quin potius per gratiam
Bonam abeat abs te, atque illa eae quae dixi dato;
Aurum ornamenta quae illi instruxisti ferat.

Pyrgopolinices

Cupio hercle.

1110 PA. Te 1111 cum alio sane *B* conseruo tibi *B* 1112 PA. *om.* quā tu sed ē *B*, cum tute ades *C* 1113 necessus *C* 1117 illa haec *B* 1118 quot *B* 1119 Qui *A* foris 1120 Istud *C* 1121 habeatis *B* illa haeq' *B*, illa hæc quæ *C* 1122 ornamentaque *B* 1128 Cupio. PI. hercle credo *BC*

Palaestrio

Credo te facile impetrassere.
Sed abi intro; noli stare.

Pyrgopolinices

Tibi sum obediens.

Palaestrio

Num quid *uid*etur demutare *alio* atque uti
Dixi esse uobis dudum hu*n*c moechum militem?
Nunc ad me ut ueniat usust Acroteleutium,
Ancillula eius ac Pleusicles. Pro Iuppiter.
Satine ut Commoditas usquequaque me adiuuat?
Nam quos uidere exoptabam me maxume,
Una exeuntis uideo *huc* hinc e proxumo.

ACROTELEUTIUM MERETRIX. MILPHIDIPPA ANCILLA. PLEUSICLES ADULESCENS. PALAESTRIO SERUOS.

Aroteleutium

Sequimini; simul circumspicite, ne quis adsit arbiter.

Milphidippa

Neminem pol uideo nisi hunc quem uolumus conuentum.

Palaestrio

Et ego uos.

Milphidippa

Quid agis, noster architecte?

1123 impetras fere *C* 1124 intro noli ista re *B*, introndistare *C* PY. *om.* obedies *B* 1125 PA. *om.* Num qui detur *BC* demutare aut utique 1126 huc mecum 1127 usus tacero teleutium *B.* aut *addit A* 1128 aut pleusides *C* 1129 commodatas *C* me usquequaque *C* 1130 me *om. A* 1131 huc *om.* e *om. BC* Acroteleutium milphidippa pleusic palest *BC addunt.*

1132 circumspicie *C* arbier *C* 1133 pol *om. A* conuentum est et

Palaestrio

Egone architectus? uah.

Milphidippa

Quid est?

Palaestrio

Qui*a* enim non sum dignus prae te, ut figam palum in parietem.

Acroteleutium

Heia uero.

Palaestrio

Nimis facete nimisque facunde malast;
Ut lepide deruncinauit militem!

Milphidippa

At etiam parum.

Palaestrio

Bono animo es; negotium omne iam succedit sub manus.
Uos modo porro, ut occepistis, date operam adiutabilem.
Nam ipse miles concubinam intro abiit oratum suam,
Ab se ut abeat cum sorore et matre Athenas.

Pleusicles

Eu, probe.

Palaestrio

Quin etiam aurum atque ornamenta, quae ipse instruxit mulieri,
Omnia dat dono, a se ut abeat; ita ego consilium dedi.

1134 egone architectis *C* 1135 Qui indignus *B* pallium *B*, palhum *C* 1136 facite *B*, fatite *C* faciunda *B*, fecunden *C* 1137 denunciauit *B* etiam rogas *A* 1138 est 1139 ue uitabilem *B*, atiuit abilem *C* 1140 abit *A*, habiit *C* 1141 habeas 1142 ornamentam *C* instruxi *A* mulier *BC* 1143 donase *A*, dono se *BC* habeat *BC* consilium tum dedi *BC*

Pleucicles

Facile istuc quidemst, si et illa uolt et ille autem cupit.

Palaestrio

Non tu scis, quom ex alto puteo sursum ad summum escenderis,
Maxumum periclum inde esse ab summo ne rursum cadas?
Nunc haec res apud summum puteum geritur; si praesenserit
Miles, nihil ecfieri poterit huius; nunc quom maxume
Opus dolis.

Pleusicles

Domi esse ad eam rem uideo siluai satis:
Mulieres tres; quartus tute's, quintus ego, sextus senex.
Quod apud nos fallaciarum sex situmst, certo scio,
Oppidum quoduis uidetur posse expugnari.

Palaestrio

Dolis
Date modo operam.

Acroteleutium

Id nos ad te, si quid uelles, uenimus.

Palaestrio

Lepide facitis. Nunc tibi hanc ego impero prouinciam.

Acroteleutium

Inpetrabis, imperator, quod ego potero, quod uoles.

1145 tussis *C* descenderis *BC* 1146 periculum *BC* in dono esset *B*, indie esset *C* a *A* sursum *B* cadhas *C* 1147 hanc *BC* rem sapit summum *B* prosenserit 1148 nihil ecferri *A*, nihil hac ferre *C*, hac nihil ferre *B* potuit *BC* maximo *B*, maximi *C* 1149 Opus est *A*, opust *C* esset at *BC* siluae *A*, silue *C*, salue *B* 1150 Mulieres ē res *B*, Mulieres st res *C* sego *BC* 1151 falatiarum sexitū *B*, sextum st *C* 1152 poscet *B*, poset *C* expugnare 1153 it nos attet 1154 Lapide *B*, Lepidis *C* tacitis *BC* hoc tibi ego *BC* 1155 quot ego *B*

Palaestrio

Militem lepide et facete *et* laute ludificarier
Uolo.

Acroteleutium

Uoluptatem mecastor mihi imperas.

Palaestrio

Scin quem ad modum?

Acroteleutium

Nempe ut adsimulem me amore istius differri,

Palaestrio

Tenes.

Acroteleutium

Quasique istius causa amoris ex hoc matrimonio
Abierim cupiens istius nuptiarum.

Palaestrio

Omnem ordinem;
Nisi modo unum hoc: hasce esse aedis dicas dotalis tuas;
Hinc senem abs te abisse, postquam feceris diuortium;
Ne ille mox uereatur intro ire in alienam domum.

Acroteleutium

Bene mones.

Palaestrio

Sed ubi ille exierit intus, istinc te procul
Ita uolo adsimulare, prae illius forma quasi spernas tuam
Quasique eius opulentitatem reuerearis; et simul

1156 facite laute 1157 uoluntatem et scin tu *B*, et scintur *C* 1158 adsimilem *B*, at similem *C* meam orē differre titenis *B*, dittenis *C* 1159 causam *B*, cauam *C* 1160 istius omne ordinis nuptiarum *BC* 1161 asce esset *BC* dicat *BC* 1162 abisset *B*, abiesset *C* 1163 introirē in alienū damnum *C*, dampnum *B* 1164 istic *BC* 1165 tuas *BC* 1166 reuearis ret *C*, reueris *B*

7*

Formam amoenitatem illius, faciem pulcritudinem
Conlaudato. Satin praeceptumst?

Acroteleutium

Teneo. Satine est, si tibi
Meum opus ita dabo expolitum, ut inprobare non queas?

Palaestrio

Sat habeo. Nunc tibi uicissim quae imperabo *ea* discito.
Quom extemplo hoc erit factum, ubi intro haec abierit, ibi tu ilico
Facito ut*i* uenias ornatu huc ad nos nauclerico.
Causeam habeas ferrugineam et scutulam ob oculos laneam;
Palliolum habeas ferrugineum, nam is colos thalassicust;
Id conexum in humero laeuo, expalliato brachio;
Praecinctus aliqui adsimulato quasi gubernator sies.
Atque apud hunc senem omnia haec sunt, nam is piscatores habet.

Pleusicles

Quid? ubi ero exornatus, quin tu dicis quid facturus sum?

Palaestrio

Huc uenito et matris uerbis Philocomasium arcessito,
Ut, si itura siet Athenas, eat tecum ad portum cito,

1167 Formam bonitatis *B*, Forma moenitatis *C* pulcharitudinem *C* 1168 Conlaudatosa inp̄ceptust *B* 1169 Meus *B* 1170 uisscisim *C*, uis *B* non discitos *BC*, . . discito *A* 1171 Quam ?' tibi uilico *B*, tibituilico *C* 1172 ut ueniat ornatus *B*, ornatos *C* huc nauclerioco *BC* 1173 Cause hanc ferrugenas *B*, Causae hanc ferrugenes *C* et *om. BC* cultura ab *BC* lanea *BC* 1174 ferrugeneum siccolost alassicus *B*, isisco lost alassicus *C* 1175 It *C* conixum *B*, comixum *C* exfafillat obbracchio (obracchio *C*) 1176 Pretinctus *C* sis *BC* 1177 piscatoris 1178 Quid abiero *B* sim *BC* 1179 matri suæ erbis *B*, matrisuaerbis *C* 1180 itura est tethena se tecum *B*, itup̄sia ethena se atecum *C* at portuum *BC*

Atque ut iubeat ferri in nauem, si quid inponi uelit;
Nisi eat, te soluturum esse nauem; uentum operam dare.

Pleusicles

Satis placet pictura; perge.

Palaestrio

Ille extemplo illam hortabitur,
Ut eat, ut properet, ne sit matri mora.

Pleusicles

Multimodis sapis.

Palaestrio

Ego illi dicam ut me adiutore*m*, qui onus feram ad portum, roget;
Ille iubebit me ire cum illa ad portum; ego adeo, ut tu scias,
Prorsum Athenas protinam abibo tecum.

Pleusicles

Atque ubi illo ueneris,
Triduum seruire numquam te quin liber sis sinam.

Palaestrio

Abi cito atque orna te.

Pleusicles

Num quid aliud?

Palaestrio

Haec ut memineris.

Pleusicles

Abeo.

1181 Atque adiubeat *B*, atque adiuuet *C* nauim *C* inponunt *B*, impono *C* 1182 eate nauim *C* 1183 nihil iam *C* 1184 nescit matri more multis modis *C* 1185 ACR adiutore facerem adphortu rogitet *B* 1186 iussit *B* 1187 protinus 1188 Triduum te *C* liberis *B* 1189 orare

Palaestrio

Et uos abite hinc intro actutum; nam illum huc sat scio
Iam exiturum esse intus.

Acroteleutium

Celebre apud nos imperium tuumst.

Palaestrio

Agite abscedite ergo. Ecce autem commodum *a*peritur foris.
Hilarus exit, inpetrauit. Inhiat quod nusquam est, miser.

MILES. SERUOS.

Pyrgopolinices

Quod uolui, ut uolui, inpetraui per amicitiam et gratiam
A Philocomasio.

Palaestrio

Quid tam intus fuisse te dicam diu?

Pyrgopolinices

Numquam ego me tam sensi amari quam nunc ab illa muliere.

Palaestrio

Quid iam?

Pyrgopolinices

Ut multa uerba feci, ut lenta materies fuit!
Uerum postremo inpetraui ut uolui; donaui, dari
Quae uoluit, quae postulauit; *te* quoque *ei* dono dedi.

1190 hinc 1191 Nam *B*, Non *C* esset *B* cæledre ē *B*, scceledre *C* 1192 peritur 1193 Hilarius inpetrauit mihi atque nusquam *B* 1194 ut uolo 1195 Quidnam tam fuisset & dicam *B*, fuisse dicam *C* 1196 ego mittam *B*, ego quid Tam *C* 1197 ut Cum multa *C* fecit 1198 inpetrauit uoluit *C* donaui dere 1199 te *om.* quodque *C* ei *om*

Palaestrio

Etiam me? Quo modo ego uiuam sine te?

Pyrgopolinices

Age, animo bono *es*;
Equidem ego te liberabo; nam si possem ullo modo
Inpetrare ut abiret ne*c* te abduceret, operam dedi;
Uerum oppressit.

Palaestrio

Deos sperabo teque; postremo tamen,
Etsi istuc mihi acerbumst, quia ero te carendumst optumo,
Saltem id uolup est, quom ex uirtute formae *e*uenit tibi
Mea opera super hac uicina, quam ego nunc concilio tibi.

Pyrgopolinices

Quid opus uerbis? libertatem tibi ego et diuitias dabo,
Si inpetras.

Palaestrio

Reddam inpe*t*ratum.

Pyrgopolinices

At gestio.

Palaestrio

At modice decet.
Moderare animo; ne sis cupidus. Sed eccam ipsa egreditur foras.

1200 sinite *B* bono animo *B* es *om.* 1201 Et illē agotelli illibera bonā *B*, et idem ago telliberabo nam *C* posset 1202 Inpetraret *B* ut haberet *B*, *om. C* ne abducere 1203 spero *C* 1204 istud mihi acerbiumst *C* optime *B* 1205 Saltim *B*, uoluptas *B* forme *B* uenit 1206 hanc uicinam mihi 1208 Sum petras *C* imperatum gestios *B* ac modo decet *B*, ac modico dice *C* 1209 ipsam foris *C* *Adduntur nomina proxima scenæ superscripta.*

MILPHIDIPPA. ACROTELEUTIUM. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

Milphidippa

Era, eccum praesto militem.

[Acroteleutium

Ubi est?

Milphidippa

Ad laeuam.

Acroteleutium

Uideo.

Adspicito limis oculis, ne ille nos se uidere sentiat.]

Acroteleutium

Uideo. Edepol nunc nos tempus est malas peiores fieri.

Milphidippa

Tu *tu*um opus incipe.

Acroteleutium

Obsecro, tute ipsum conuenisti?

Ne parce uoci, ut audiat.

Milphidippa

Cum ipso pol sum locuta

Placide, ipsae dum lubitumst mihi, otiose, meo arbitratu.

Pyrgopolinices

Audin quae loquitur?

Palaestrio

Audio. Quam laetast, quia adiit te!

1210 et cum *B* 1211 Aspicite sententiant *B* 1212 PYR. malos *C* peioris fiere *B* 1213 Tuum espa incipiū obsecro *B*, tuum est Initium obsecro *C* 1214 uictu audiat *B* MI. *om.* secuta 1215 ipse me arbitrii *B* *Additur:* ut uolui 1216 quia ad te *B*, quia te adit *C*

Acroteleutium

O fortunata mulier es.

Pyrgopolinices

Ut amari uideor!

Palaestrio

Dignu's.

Acroteleutium

Permirum ecastor praedicas, te adisse atque exorasse;
Per epistulam aut per nuntium quasi regem adiri eum aiunt.

Milphidippa

Namque edepol uix fuit copia adeundi atque inpetrandi.

Palaestrio

Ut tu inclitu's apud mulieres!

Pyrgopolinices

Patiar, quando ita Uenus uolt.

Acroteleutium

Ueneri pol habeo gratiam, eandemque et oro et quaeso,
Ut eius mihi sit copia quem amo quemque expetesso,
Benignusque erga me ut siet; quod cupiam, ne grauetur.

Milphidippa

Spero ita futuram. Quamquam illum multae sibi expetessunt,
Ille illas spernit, segregat ab se omnis extra te unam.

Acroteleutium

Ergo istus metus me macerat, quod ille fastidiosust,

1217 MIL. mulieris *B* dignus est 1218 praedicasset *B* audisse orasse *B* 1219 asiria *B* 1221 PYR. *om.* quanto *B* uult st *B* 1222 Ueneneri *C* gratiae andemque et oro *B*, gratiam tandemque exoro *C* 1223 expetes sunt *B* 1224 me et quod *B* 1225 multa et sibi *B* 1226 segregat hec omnis *B*, segregat hasce omnis *C* extre *C* 1227 iste *B* maceret *B* fastidiosus *B*

Ne oculi eius sententiam mutent, ubi uiderit me,
Atque eius elegantia meam extemplo speciem spernat.

Milphidippa

Non faciet; habe animum bonum.

Pyrgopolinices

Ut ipsa se contempnit!

Acroteleutium

Metuo ne praedicatio tua nunc meam formam exsuperet.

Milphidippa

Istuc curaui, ut opinione illius pulcrior sis.

Acroteleutium

Si pol me nolet ducere uxorem, genua amplectar
Atque obsecrabo. Alio modo, si non quibo inpetrare,
Consciscam letum; uiuere sine illo scio me non posse.

Pyrgopolinices

Prohibendam mortem mulieri uideo. Adibon?

Palaestrio

Minume;
Nam tu te uilem feceris, si te ultro largiere.
Sine ultro ueniat, quaeritet, desideret, exspectet.
An perdere istam gloriam uis quam habes? Caue sis faxis.
Nam nulli mortali scio optigisse hoc nisi duobus,
Tibi et Phaoni Lesbio, tam sincere ut amare*tur*.

Acroteleutium

Eo intro, an tu ill*um h*uc euocas foras, mea Milphidippa?

1228 sententiam uident ubi *B* 1229 flagrautia *B* 1230 bonum animum habe ut 1233 ualet *B* 1234 quib; *B* 1235 Conciscam *B* loetum *C* uiuer& *B* 1236 mulieri uideo mulieri *B*, mulieri uideo mulierem *C* 1237 uelim largiri *B*, larguere *C* 1239 Summopere *B*, si non perdere *C* 1241 les uictā *B* uiuere *B*, muuete *C* amaret 1242 illuc euocat' *B*, euocatū C

Milphidippa

Immo o*p*periamur, dum exeat aliquis.

Acroteleutium

Durare nequeo,

Quin eam intro.

Milphidippa

Occlusae sunt fores.

Acroteleutium

Exfringam.

Milphidippa

Sana non es.

Acroteleutium

Si amauit umquam aut si parem sapientiam habet ac formam,
Per amorem si quid fecero, clementi animo ignoscet.

Palaestrio

Ut quaeso amore perdita est misera!

Pyrgopolinices

Mutuum fit.

Palaestrio

Tace, ne audiat.

Milphidippa

Quid adstitisti obstupida? cur non pultas?

Acroteleutium

Quia non est intus, quem ego uolo.

Milphidippa

Qui scis?

1243 operiamur 1244 etiam MI. *om.* foris AC. *om* est 1245 Simulauit parent *C* sapientiam hinc *B*, sapientiam hic *C* habent *B* 1246 ferero *C* 1247 perdita site *B* sit *B* 1248 qui *B* opstupi ... *B* 1249 PA. Qui

Acroteleutium

Scio edepol facile;
Nam odore nasum sentiat, si intus sit.

Pyrgopolinices

Hariolatur.
Quia me amat, propterea Uenus fecit eam ut diuinaret.

Acroteleutium

Nescio ubi hic prope adest, quem expeto uidere; olet profecto.

Pyrgopolinices

Naso pol iam haec quidem uidet plus quam oculis.

Palaestrio

Caeca *am*orest.

Acroteleutium

Tene me, obsecro.

Milphidippa

Cur?

Acroteleutium

Ne cadam.

Milphidippa

Quid ita?

Acroteleutium

Quia stare nequeo.
Ita animus per oculos meos *meus* defit.

Milphidippa

Militem pol
Tu adspexisti.

1249 facio *C*, scio *B* 1250 nasum *om. B* 1251 Quia me tu propter uenus *B* 1252 properat est *B* 1253 plus uidet cecare ē *B*, ceca ore est *C* 1254 quor *B* nec *B* adstare *B*, astare *C* Neque *B* 1255 meus *om.* fit *B*

Acroteleutium

Ita.

Milphidippa

Non uideo. Ubi est?

Acroteleutium

Uideres pol, si amares.

Milphidippa

Non edepol tu illum magis amas quam ego amem, si per te liceat.

Palaestrio

Omnes profecto mulieres te amant, ut quaeque adspexit.

Pyrgopolinices

Nescio tu ex me hoc audiueris an non: nepos sum Ueneris.

Acroteleutium

Mea Milphidippa, adi obsecro et congredere.

Pyrgopolinices

Ut me ueretur!

Palaestrio

Illa ad nos pergit.

Milphidippa

Uos uolo.

Palaestrio

Et nos te.

Milphidippa

Ut iussisti,
Eram meam eduxi foras.

1256 uidere spolia mares *B* 1257 ego mea si te perliceat *B*, ego mesi aperte liceat *C* 1258 Omnis *C* quoque *B* 1259 me ex hoc audieris 1260 PY. *om.* 1261 PY. Et 1262 eduxit foris *B*

Pyrgopolinices

Uideo.

Milphidippa

Iube ergo adire.

Pyrgopolinices

Induxi in animum ne oderim item ut alias, quando orasti.

Milphidippa

Uerbum edepol facere non potis, si accesserit prope ad te;
Dum te optuetur, interim linguam oculi praeciderunt.

Pyrgopolinices

Leuandum morbum mulieri uideo.

Milphidippa

Ut tremit atque extimuit,
Postquam te adspexit!

Pyrgopolinices

Uiri quoque armati idem istuc faciunt,
Ne tu mirere mulierem. Sed quid *illa* uolt me facere?

Milphidippa

Ad se ut eas. Tecum uiuere uolt atque aetatem exigere.

Pyrgopolinices

Egone ad illam eam, quae nupta sit? Uir eius me deprehendat.

Milphidippa

Quin tua causa exegit uirum ab se.

1263 in *om.* *B* odorē *B*, odorim *C* mutares quando honerasti *B* 1264 hercle *C* potuistu *B* 1265 obuietur *B*, obtinuetur *C* perierunt *B* 1266 uideo. MI. uiden ut tremit 1267 faciunt iube domum ire 1268 mirere melius mulierem illa *om.* me tacerit *B*, met agere *C* 1269 Adsedeas *B* uiuire *B* 1270 ad *om.* *C* uirum *C* metuendus est *B*, metuere henda st *C*, ... dat *A* 1271 Qui *B* exigit uirum obsequit. PY. *B*, uirum assequi. PY. *C*

Pyrgopolinices

Qui id facere potuit?

Milphidippa

Quia aedes dotales huius sunt.

Pyrgopolinices

Itane?

Milphidippa

Ita pol.

Pyrgopolinices

Iube domum ire;

Iam ego illi ero.

Milphidippa

Uide ne sies in exspectatione,

Ne illam animi excrucies.

Pyrgopolinices

Non ero profecto; abite.

Milphidippa

Abimus.

Pyrgopolinices

Sed quid ego uideo?

Palaestrio

Quid uides?

Pyrgopolinices

Nescio quis eccum incedit,

Ornatu quidem thalassico.

1271 quid id *C*, quid *B* 1272 aedis iubam *B*, iuuam *C* 1273 Itam *B*, ita *C* mero *B* sis exspectatione *B*, sis inspectatione *C* 1274 abire. MI. habimus *B* 1275 qui secum *B* 1276 thalasicco *B*

Palaestrio

It ad nos, uolt te profecto.
Nauclerus hic quidem est.

Pyrgopolinices

Uidelicet arcessit hanc iam hic, credo.

PLEUSICLES. PALAESTRIO. PYRGOPOLINICES.

Pleusicles

Alium alio pacto propter amorem ni sciam
Fecisse multa nequiter, uerear magis
Me amoris causa hoc ornatu incedere.
Uerum quom multos multa admisse acceperim
Inhonesta propter amorem atque aliena a bonis —
Mitto iam ut occidi Achilles ciuis passus est . . .
Sed eccum Palaestrionem, stat cum milite;
Oratio alio mihi demutandast mea.
Mulier profecto natast ex ipsa mora;
Nam quaeuis alia, quae morast aeque, mora
Minor ea uidetur, quam quae propter mulieremst.
Hoc adeo fieri credo consuetudine;

1276 Iam non uult ē *C* 1277 PAL. *præfigitur* hac *BC* itam hic credo 1278 nesciam *B*, uescium *C* 1279 Fecissē ultra *B* ue ar *B* 1281—83 *om. A* 1281 multo *C* multam *B* acceperi *B* 1282 Inhonestū propter amore *B* alienū 1283 achillis cuius *C* 1284 pelestrionem *C* militi *B* 1285 allo *B*, illo *C* demutandas *B* 1287 Namq' uis *B* quā ora st *B* 1288 mulierē sibi *B*

Nam ego hanc arcesso Philocomasium. Sed foris
Pultabo. Heus, ecquis hic est?

Palaestrio

Adulescens, quid est?
Quid uis? quid pultas?

Pleusicles

Philocomasium quaerito;
A matre illius uenio. Si iturast, eat;
Omnis moratur; nauem cupimus soluere.

Pyrgopolinices

Iam dudum res paratast. I Palaestrio,
Aurum, ornamenta, uestem, pretiosa omnia
Duc adiutores tecum ad nauem qui ferant.
Omnia conposita sunt; quae donaui, auferat.

Palaestrio

Eo.

Pleusicles

Quaeso hercle propera.

Palaestrio

Non morabitur.

Pyrgopolinices

Quid istuc, quaeso? Quid oculo factumst tuo?

Pleusicles

Habeo equidem hercle oculum.

Pyrgopolinices

At laeuom dico.

1291 et quis *B* 1292 Quid tu ais *B*, Quid tu es *C* pholo comasium *C* 1293 itura sedeat *B* 1294 nauim *C* absoluere *C* 1295 Ian *A* paratas si *B*, paratast *C* 1296 preciose *B*, preciosum *C* omne ut ferat 1297 Dum nauim *C* qui pereant *B* 1298 donaui ut ferat *C* 1299 PY. Non 1300 Quia istuc *B* oculus factus *B* 1301 PA. Habeo *B* at *om.* *B* dica *B*

Pleusicles

Eloquar.
Maris causa hercle hoc oculo utor minus bene;
Nam si abstinuissem a mare, *eo* tamquam hoc uterer.
Sed nimis morantur me diu. Eccos exeunt.

PALAESTRIO. PHILOCOMASIUM. PLEUSICLES. PYRGOPOLINICES.

Palaestrio

Quid modi *fl*endo quaeso hodie facies?

Philocomasium

Quid ego ni fleam?
Ubi pulcerrume egi aetatem, abeo.

Palaestrio

Em hominem tibi,
Qui a matre et sorore uenit.

Philocomasium

Uideo.

Pyrgopolinices

Audin, Palaestrio?

Palaestrio

Quid uis?

Pyrgopolinices

Quin tu iubes ecferri omnia quae isti dedi?

1302 Moris hoc ago oculo *C* minem 1303 abstinuissa et *B*, abstinuisset *C* amorē quem tamquam hoc utere 1304 mediū *B* *Extremo versui adduntur nomina proximæ scenæ superscripta.* 1305 fendo ne *BC* 1306 pulcherrimā etatem *B*, pulcherrume egaetatem *C* abeo. PA. muni hominem *C*, uideo. PA. ab eo homine *B* 1307 uenite *B* uideom audistis in *B*, uideo. PAL. audistin *C* 1308 PY. *om.* qui intus iubes et fori *B*

Pleusicles

Philocomasium, salue.

Philocomasium

Et tu salue.

Pleusicles

Materque et soror
Tibi salutem me iusserunt dicere.

Philocomasium

Saluae sient.

Pleusicles

Orant te ut eas, uentus operam dum dat, ut uelum explicent.
Nam matri oculi si ualerent, mecum uenissent simul.

Philocomasium

Ibo, quamquam inuita facio; nam pietas sic uolt.

Pleucicles

Sapis.

Pyrgopolinices

Si non mecum aetatem egisset, hodie stulta uiueret.

Philocomasium.

Istuc crucior, a uiro me tali abalienarier;
Nam tu quemuis potis es facere ut afluat facetiis,
Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.
Eam nobilitatem amittundam uideo.

Pyrgopolinices

Ah ne fle.

1310 Sibi 1311 eant *C*, ad *B* opheram dum dant *B* ut ut *B* uallem *B*, uallam *C* explicet 1312 oculis ualerent *B* moechum *C*, haec nunc *B* cenissent *C* simul est 1313 iuitā *B* omni pietas sit eo ... chant sapis *C*, scio PL. chant sapis *B* 1314 PY. *om.* uiuere *B* 1315 PH. *om.* tali me *C*, et alia *B* 1316 quamuis ē *B* ut fluat facetis *BC* 1317 propter *B* animum fortior *B* 1318 nobilitatem amittendam uide om̄a hec flet. PH. nequeo *B*, nobilita tē uide omnia haec fle .. non queo *C*

Philocomasium

Non queo,

Quom te uideo.

Pyrgopolinices

Habe bonum animum.

Philocomasium

Scio ego quid doleat mihi.

Palaestrio

Nam nihil miror, si lubenter, Philocomasium, hic eras
Formaque huius, mores, uirtus animum adtin*u*ere hic tuum,
Quom ego seruos, quando adspicio hunc, lacrumem quia diiungimur.

Philocomasium

Obsecro, licet conplecti prius quam proficisco?

Pyrgopolinices

Licet.

Philocomasium

O mei oculi, o mi anime.

Palaestrio

Obsecro, te*ne* mulierem,

Ne adfligatur.

Pyrgopolinices

Quid istuc quaesost?

Palaestrio

Qui*a* abs te abit, animo male
Factumst huic repente miserae.

1319 Qm̄ *B* PY. *om.* PA. scio *B* inquit 1320 PA. *om. B* 1321 Formā huius morem hic animum attinere hic 1322 Quem *C* lacrumum quiadiungitur 1323 PH. *et* PY. *om.* 1324 Oh mihi omei *C* PA. *om.* te 1325 PY. *om.* quepost qui abste 1326 miserat currit et

Pyrgopolinices

Curre intro atque ecferto aquam.

Pleusicles

Nihil aquam moror; quiescat malo Ne interueneris,
Quaeso, dum res*i*pi*s*cit.

Pyrgopolinices

Capita inter se nimis nexa hisce habent;
Non placet. Labra ab labellis *au*fer; nauta, caue malum.

Pleusicles

Temptabam, spiraret an non.

Pyrgopolinices

Aurem adpostam oportuit.

Pleusicles

Si magis uis, *e*am omittam.

Pyrgopolinices

Nolo; retine; adiuta comiter.
Exite atque ecferte huc intus omnia quae isti dedi.

Palaestrio

Etiam nunc saluto te, *Lar* familiaris, prius quam eo.
Conserui conseruaeque omnes, bene ualete et uiuite;
Bene quaeso inter uos dicatis et recte absenti tamen.

Pyrgopolinices

Age, Palaestrio, bono animo es.

1326 intrē atque certo *B*, intromatq; certo *C* 1327 PH. moror quod malo 1328 respicit PY. *om.* uexam hinc habet 1329 labrā ab lauellis fer inaut acemalum *C*, fer admacellum *B* 1330 spirarent non aurem at nostam hoportuit *C*, non aut eū ad nostā hoc oportuit *B* 1331 PL. *om. B* amo mittam nolo retineat flo miser 1332 PY. Exite hec ferte 1333 lar *om.* ero 1334 conseruiaeque *C* omnis 1335 etme absenti 1336 est

Palaestrio

*E*heu, neque*o* quin fleam,
Quom abs te abeam.

Pyrgopolinices

Fer aequo animo. Sed quid hoc? quae res? quid uideo *ego?*

Philocomasium

O lux, salue.

Pleusicles

Iam resipisti?

Philocomasium

Obsecro, quem amplexa sum
Hominem? Perii; sumne ego apud me?

Pleusicles

Ne time, uoluptas mea.

Pyrgopolinices

Quid istuc est negoti?

Pleusicles

Animus hanc modo hic reliquerat,
Metuoque —

Palaestrio

Ut timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis.

Pyrgopolinices

Quid id est?

1336 heu neque quiin *C* fleat 1337 animo PA. scio ego quid doleat mihi. *Tum novo versu* PH. Sed quid hoc queris quid uideo uix salue *B*, PH. Set inquit hoc queris quid uideo lux salue *C* 1339 perusumne *C* 1340 PA. animus 1341 PA. *om.* proalla *C*, proilla *B* 1342 idē

Palaestrio

Nos secundum ferri nunc per urbem haec omnia,
Ne quis hoc tibi uitio uortat.

Pyrgopolinices

Mea, non illorum dedi;
Parui ego illos facio. Age, ite cum dis beneuolentibus.

Palaestrio

Tua ego hoc causa dico.

Pyrgopolinices

Credo.

Palaestrio

Iam uale.

Pyrgopolinices

Et tu bene uale.

Palaestrio

Ite cito; iam ego adsequar uos; cum ero pauca *uolo* loqui.
Quamquam alios fideliores semper habuisti tibi
Quam me, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium,
Et si ita sententia esset, tibi seruire malui
Multo quam alii libertus esse.

Pyrgopolinices

Habe animum bonum.

Palaestrio

Heu me, quom uenit mihi in mentem, ut mores mutandi si*e*nt,
Muliebres mores discendi, obliuiscendi stratiotici.

1343 tibi hoc uitio *om. B* 1344 Paruos *B* agite cum *C*, agite tecum *B* 1345 credo iam 1346 uos adsequar *B* cum ego pauca eloqui 1347 fidelioris *C* 1348 gratia *C* 1349 maui *C* 1350 libertatis *B* 1350 *sq.* esset. PY. habeo bonum animum. PA. haeum. 1351 quom *cett. om. B* Com *C* moris mutandi sint *C* 1352 Muliebris moris *C* stratiosi *B*, stratiost *C*

Pyrgopolinices

Fac sis frugi.

Palaestrio

Iam non possum; amisi omnem lubidinem.

Pyrgopolinices

I, sequere illos; ne morere.

Palaestrio

Bene uale.

Pyrgopolinices

Et tu bene uale.

Palaestrio

Quaeso ut memineris; si forte liber fieri occeperim,
Mittam nuntium ad te, ne me deseras.

Pyrgopolinices

Non est meum.

Palaestrio

Cogitato *i*dentidem, tibi quam fidelis fuerim.
Si id facies, tum demum scibis, tibi qui bonus sit, qui malus.

Pyrgopolinices

Scio et perspexi saepe animum tuum antehac.

Palaestrio

Hodie maxume
Scies. Immo hodie morum factum faxo post dices magis.

Pyrgopolinices

Uix reprimor, quin te manere iubeam.

1353 PA. *om.* 1355 ot *C*, *om* *B* fieri occeperit 1356 athene ne *B* 1357 dent idem 1358 sciuisti qui *B* 1359 sæpe uerum cum antehac hodie 1360 PA. Scies hodiem eorum *C*, hodie eorum *B* 1361 mare *C*

Palaestrio

Caue istuc feceris.
Dicent te mendacem nec uerum esse, fide nulla esse te.
[Dicant seruorum praeter me esse fidelem neminem.]
Nam si honeste censeam te facere posse, suadeam;
Uerum non potest; caue faxis.

Pyrgopolinices

Abi; iam patiar, quidquid est.

Palaestrio

Bene uale igitur.

Pyrgopolinices

Ire meliust strenue.

Palaestrio

Etiam nunc uale.

Pyrgopolinices

Ante hoc factum hu*nc* sum arbitratus semper seruom pessumum;
Nunc fidelem mihi esse inuenio. Quom ego*m*et mecum cogito,
Stulte feci, qui hunc amisi. Ibo hinc intro nunc iam
Ad *a*mores meos; *s*ed, sensi, hinc sonitum fecerunt fores.

1362 esset fidelent ulla *B*, fidele nulla *C* 1363 esset 1364 censeat 1365 abilam *C* 1366 PA. *om.* PA. ire melius ē trenue PY. 1367 PY. *om.* huc 1368 Eum fidele *C* inuento ego et 1369 fecit amisit introuinciam *B* 1370 At mores *B*, Acmores *C* et sensit foris

PYRGOPOLINICES MILES. PUER.

Puer

Ne me moneatis; memini ego officium meum.
Ego iam conueniam illum; ubi ubi est gentium,
Inuestigabo; operae non parcam meae.

Pyrgopolinices

Me quaerit illic; ibo huic puero obuiam.

Puer

Ehem, te quaero. Salue, uir lepidissume,
Cumulate commoditate, praeter ceteros
Duo di quem curant.

Pyrgopolinices

Qui duo?

Puer

Mars et Uenus.

Pyrgopolinices

Facetum puerum.

Puer

Intro te ut eas obsecrat;
Te uolt, te quaerit teque exspectans *de*perit;
Amanti fer opem. Quid stas? quin intro is?

Pyrgopolinices

Eo.

Puer

Ipsus illic sese iam inpediuit in plagas.
Paratae insidiae sunt; in saltu stat senex,

1371 nemini *B* 1372 nam 1373 inbestigabo parco mene *B* 1374 ilico hinc puero *B* 1375 Ehm *B* salue *om.* *C* 1377 arse uenus *B* 1378 intrate ut ea *B* 1379 te exspectat *B* petit *C*, *om.* *B* 1380 quid intro 1381 illicese *B*, illic se *C* 1382 instatus ad *B*, in statu stat *C*

Ut adoriatur moechum, qui formast ferox,
Qui omnis se amare credit, quaeque adspexerit
Mulier, quem oderunt qua uiri qua mulieres.
Nunc in tumultum ibo; intus clamorem audio.

PERIPLECOMENUS SENEX. PYRGOPOLINICES MILES. COQUOS. LORARII.

Periplecomenus

Ducite istum; si non sequitur, rapite sublimem foras.
Facite inter terram atque caelum ut si*e*t; discindite.

Pyrgopolinices

Obsecro hercle, Periplecomene, te.

Periplecomenus

Nequiquam hercle obsecras.
Uide ut istic tibi sit ac*u*tus, Cario, culter probe.

Coquos

Quin iam dudum gestit moecho hoc abdomen adimere.
Uin faciam quasi puero in collo pendeant crepundia?

Pyrgopolinices

Perii.

1383 mecum forma si 1384 omni *B* quemque *C* Mulierē *B*, Mulieres eum *C* quasi uiri *B* mulieris PERIPLECTOMENUS *B* COCUS *B* *Titulum om. C* 1387 sublim̄ *B* 1388 sit descendite *B* 1389 periplectomene *AC*, periplecto mane *B* nec quicquam *B* 1390 istuc *B* actus 1391 CO. *om.* meco *B* abdomo *B* 1392 Ut pendeat *B*

Periplecomenus

Haud etiam; numero hoc dicis.

Coquos

Iamne in hominem inuolo?

Periplecomenus

Immo etiam prius uer*ber*etur fustibus.

Coquos

Multum quidem.

Agite . . . .

Periplecomenus

Cur es ausus subigitare alienam uxorem, inpudens?

Pyrgopolinices

Ita me di ament, ultro uentumst ad me.

Periplecomenus

Mentitur; feri.

Pyrgopolinices

Mane, dum narro.

Periplecomenus

Quid cessatis?

Pyrgopolinices

Non licet mihi dicere?

Periplecomenus

Dic.

Pyrgopolinices

Oratus sum, ad eam ut irem; *ex*quire rem sis.

Lorarius

Em tibi.

1393 aut CO *om.* inuoco 1394 PE. *om.* pus *C* ueretur *BC* 1395 *om. BC* 1396 alienū *B* 1397 dianiment *C* uentu stat *B* eri *B* 1399 *om. A* Dic oratus *C*, Decoratus *B* ad te uenirē PY. *B*, ad te amuttire *C* quirere ausus . . em *C*, quare ausus em *B*

Pyrgopolinices

Oiei, satis sum uerberatus; obsecro.

Coquos

Quam mox seco?

Periplecomenus

Ubi lubet. Dispendite hominem diuorsum et distendite.

Pyrgopolinices

Obsecro hercle te, ut mea uerba audias prius quam secat.

Periplecomenus

Loquere, nondum nihili factus.

Pyrgopolinices

Uiduam hercle esse censui;
Itaque ancilla, conciliatrix quae erat, dicebat mihi.

Periplecomenus

Iura te non nociturum esse homini de hac re nemini,
Quod tu hodie hic uerberatu's aut quod uerberabere,
Si te saluom hinc amittemus Uenerium nepotulum.

Pyrgopolinices

Iuro per Iouem et Mauortem me nociturum nemini,
Quod ego hic hodie uapularim; iureque id factum arbitror,
Et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia.

Pyrgopolinices

Quid, si id non faxis?

1400 PY. *om.* Olei *BC* PE. quam exego *B*, quam mox ego *C* 1401 PE. *om.* lupet distendite *C* dispendite 1403 niliblo factus *B*, donec factum est *C* uidea esse *B*, uiduam esse *C* 1404 quae erat *om. C* 1405 non *om. A* ē *B* hominem *BC* neminem *C* 1406 quod uerberare *C*, qm̄ uerberare *B* 1407 hic *B* mittemus *A*, mittimus *BC* nepotulam *B* 1408 Luro *C* peridū *B*, peridam *C* Martem *BC* 1409 Quid *B* uapulo *C* iure qui factum *B*, sed mihi id eque factum *C* 1410 habeo *BC*

Pyrgopolinices

Ut uiuam semper intestabilis.

Coquos

Uerberetur etiam; postibi amittendum censeo.

Pyrgopolinices

Di tibi bene faciant semper, quom aduocatus bene mihi ades.

Coquos

Ergo des minam auri nobis.

Pyrgopolinices

Quam ob rem?

Coquos

Saluis testibus
Ut te hodie hinc amittamus Uenerium nepotulum.
Aliter hinc non ibis, ne sis frustra.

Pyrgopolinices

Dabitur.

Coquos

Magis sapis.
De tunica et chlamyde et machaera ne quid speres; non feres.

Lorarius

Uerberone etiam an iam mittis?

1411 semper uiuam *A* 1412 LOR. Uerberit' *B* post tibi *BC* amitte dum *BC* 1413 qm̄ euocatus *B* mihi bene *A* adē *B*, es *C*, st *A* 1414 LOR. *B* suauis *B* 1415 uenerū ne pplm *B* 1416 Aliter ... dabitur *om. C* hinc anobis *B* LOR. *B*, *om. A* 1417 Det tunicam et clamidē *B* macra 1418 anī amittis *B*, animā amittis *C*

Pyrgopolinices

Mitis sum equidem fustibus;
Obsecro uos.

Periplecomenus

Soluite istunc.

Pyrgopolinices

Gratiam habeo tibi.

Periplecomenus

Si posthac prehendero ego te hic, carebis testibus.

Pyrgopolinices

Causam haud dico.

Periplecomenus

Eamus intro, Cario.

Pyrgopolinices

Seruos meos
Eccos uideo. Philocomasium iam profecta est? dic mihi.

Seruos

Iam dudum.

Pyrgopolinices

Ei mihi.

Seruos

Magis dicas, si scias quod ego scio;
Nam ille *quidem*, qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat.

Pyrgopolinices

Quis erat igitur?

1418 mitisseme quidē *B* 1419 PE. Obsecro uos soluite istuc *B*, istum *C* 1420 ego te *om. C* arebo cestibus *BC* 1421 aut introcarios 1423 E Iam *B*, *ceteræ personarum notæ omittuntur* et *C* 1424 ille qui *BC*, illic qui *A* ob oculum lanam *A*

Seruos

Philocomasio amator.

Pyrgopolinices

Qui tu scis?

Seruos

Scio;
Nam postquam porta exierunt, nihil cessarunt ilico
Osculari atque amplexari inter se.

Pyrgopolinices

Uae misero mihi!
Uerba mihi data esse uideo. Scelus uiri Palaestrio,
Is me in hanc inlexit fraudem. Iure factum iudico.
Si sic aliis moechis fiat, minus hic moechorum siet;
Magis metuant, minus has res studeant. Eamus ad me.

Ω

Plaudite.

1425 Quid *B* PY. Scio 1426 portam *A* exierunt *om. C* cessauerunt *B* 1427 neque *B* 1428 uir *BC* 1429 me inlexit fraude in *B*, me hinc illexit fraude *C* 1430 Sic sic *BC* moecus fuit *BC* moecorum siaet *B* 1431 studeat *B* *Ω om.*

MERCATOR.

ARGUMENTUM I.

Missus mercatum ab suo adulescens patre
Emit atque adportat scita forma mulierem.
Requirit quae sit, postquam eam uidit, senex.
Confingit seruos emptam matri pedisequam.
Amat senex hanc ac se simulans uendere
Tradit uicino. Eum putat uxor sibi
Obduxe scortum. Tum Charinum ex fuga
Retrahit sodalis, postquam amicam inuenit.

ARGUMENTUM II.

Mercatum asotum filium extrudit pater.
Is peregre missus redimit ancillam hospitis,
Amore captus. Ut uenit, naui exsilit.
Pater aduolat *et* uisam ancillam deperit;
Quoius sit, percontatur. Seruos pedisequam
Ab adulescente matri *ait* emptam ipsius.
Senex sibi prospiciens, ut amico suo
Ueniret, natum orabat, natus, ut suo.
Hic filium subdiderat uicini, pater
Uicinum. Praemercatur ancillam senex.
Eam domi deprehensam coniunx illius
Uicini scortum insimulat; protelat uirum.
Mercator exspes patria fugere destinat;
Prohibetur a sodale, qui patrem illius
Orat cum suo patre *una*, nato ut cederet.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Heidelbergensis (C), Ambrosiani (A), ubi apparuit.

I, 2 Emittatque *B* 4 Conficit 5 hanc ad se *B*, hanc se ad *C* 6 cum *C* 7 Obduxisti cor tuum *B* charuium *C*

II, 1 adsotiū *B*, a se dum *C* 2 milis militis *B* 3 uehit naue *B* 4 et *om.* 5 serui pedis aequam *B* 6 adulescentē *B* ait *om.* 8 Uenire *B* 10 Uicinus 13 expers 14 Prohibere 15 una *om.* *Post versum additur* absente cum lenone perfido

PERSONAE FABULAE.

Charinus adulescens
Acanthio seruos
Demipho senex
Lysimachus senex
Lorarius
Eutychus adulescens
Pasicompsa meretrix
Dorippa mulier
Syra anus ancilla
Coquos

CHARINUS ADULESCENS.

Duas res simul nunc agere decretumst mihi:
Et argumentum et meos amores eloquar.
Non ego item facio ut alios in comoediis
Ui uidi amoris facere, qui aut nocti aut dii
Aut soli aut lunae miserias narrant suas,
Quos pol ego credo humanas querimonias
Non tanti facere, quid uelint, quid non uelint;
Uobis narrabo potius meas nunc miserias.
[Graece haec uocatur Emporos Philemonis;
Eadem Latine Mercator Macci Titi.]
Pater ad mercatum hi*n*c me meus misit Rhodum;
Biennium iam factumst, postquam abii domo;
Ibi amare occepi forma eximia mulierem.
Sed ea ut sim implicitus dicam, si operaest auribus
Atque ad uortendum huc animum adest benignitas.
[Et hoc parum equidem more *a*matorum instititi:
Per mea conata doctus quae sum inde, explico.

---

1 ducere nc̄st *B* 2 amoris *C* 3 idem *B*, idest *C* 4 Ui *om.* quia *B* noctu aut die 5 au narras *B* 6 humanis *B* querimoniis 7 Non tacere quid *B* uelin uelintque *B*, uelint aut quid *C* 9 emporus 10 mactici *B*, mattici *C* 11 hic meneus *B* rodus *B*, rhodus *C* 13 Abii amare occepit *B*, occepi amare *C* 14 eam sit *B* flicam *C* opera est 15 aduortendam ut 16 Fit *B* parum ēē more matorum *B*, maiorum *C* 17 me *C* perconatus sum uossumq' inde exilico

Nam amorem haec cuncta uitia sectari solent,
Cura, aegritudo nimiaque elegantia.
Haec non modo illum qui amat, sed quemque adtigit,
Magno atque solido multat infortunio,
Nec pol profecto quisquam sine grandi malo,
Praequam res patitur, stud*u*it elegantiae.
Sed amori accedunt etiam haec, quae dixi minus:
Insomnia, aerumna, error et terror, fuga,
Ineptia stultitiaque adeo et temeritas,
Incogitantia, excors inmodestia,
Petulantia et cupiditas, maliuolentia;
Inhaeret etiam auiditas, recti incuria,
Inopia, contumelia et dispendium,
Multiloquium, pauciloquium. Hoc eo fit, quia,
Quae nihil adtingunt ad rem nec sunt usui,
Ea amator profert saepe aduorso tempore;
Hoc, pauciloquium, rursum idcirco praedico,
Quia nullus usquam amator adeost callide
Facundus, quae in rem sint sua*m* ut possit loqui.
Nunc uos mihi irasci ob multiloquium non decet;
Eodem, quo amorem, Uenus mihi hoc legauit die.
Illuc reuorti certum, ut conata eloquar.]
Principio *ut ex e*phebis aetate exii
Atque animus studio amotus puerili est meus,
Amare ualide coepi hic meretricem. Ilico

---

18 uitias sectare *B* 19 Curam *B* 20 illumq; amat *C* attingit *C* 21 solitudo mutat *B* 22 grande *B* 23 studit *B*, studet *C* 24 quod dixi minus *B*, quae diximus *C* 24 errore terrore *B* ct fuga *C* 26 temeritast 28 male uolentia *B* 29 Ineret *B* residia iniuria 31 parū loquium hoc ideo 32 sunt uidi *B*, suntus uidi *C* 33 Tam proferri 34 sumit circo *B* 35 umquam *C* adeos callide *B*, adeo callidus *C* 36 Facundusque in rem insit sua 38 ueů *C* mihi hac *B*, hac mihi *C* legaū *C* 39 certum et conata *B*, certum iconata *C* 40 Principio atque animus phoeb; etate exiit *B*, etate exiit phoebus *C* 41 puerilest meust *B*, pueril; st mecūst *C* 42 meritricem *C*

Res exsulatum ad illam clam abibat patris;
Leno inportunus, dominus eius mulieris,
Ui summa, ut quidque poterat, rapiebat domum.
Obiur*i*gare pater haec noctes et dies,
Perfidiam, iniustitiam lenonum expromere:
Lacerari ualide suam rem, illius augerier.
Summo haec clamore; interdum mussa*ns* conloqui
Abnuere, negitare adeo me natum suum.
Conclamitare tota urbe et praedicere,
Omnes cauerent mutuitanti credere.
Amorem multos inlexe in dispendium;
Intemperantem, non modestum, iniurium
Trahere, ex*ha*urire me quod quirem ab se domo.
Ratione pessuma a me ea, quae ipsus optuma
Omnis labores inuenisset perferens,
*A*moris ui diffunditari ac didier.
Conuicium tot me annos iam se pascere;
Quod nisi puderet, ne luberet uiuere.
Sese, extemplo ex ephebis postquam excesserit,
Non ut ego *a*mori neque desidiae in otio
Operam dedisse, neque potestatem sibi
Fuisse; adeo arte cohibitum esse *se* a patre;
Multo opere inmundo rustico se exercitum,
Neque nisi quinto anno quoque solitum uisere

---

43 Rex exultaū *C* iam 45 Ui sumat quoque *B*, Uisum atquicque *C* rapib' *B* 46 Obiurgaret *B*, Obiugare *C* 47 expromeret *B* 49 mussa *C*, missa *B* 50 Abnueret *B* necitaria deo *B*, negitari adeo *C* 51 Conclamitaret *B* praediceret *B* 52 tenerent mutuanti *B*, mutu tanti *C* 53 inlexit 55 Traheret *B* exurire querem *B* domum 56 Rationem pessumam ea eaq' *B*, Ratione pessuma eaque *C* ipsius *B* 57 inuenisse *C* perferis 58 Mori sui difunditari *B*, Mores uidi funditari *C* diedere *C*, die heret *B* 59 Coniurium *B*, Conuirium *C* si pasceret 60 luderet ne luderet uiueret *B* 61 exphebis *B* excesseris 62 Nonne mori insidiae *B* 63 dedisset potestam *C* 64 Fuisset *B* esset *B* se *om.* 65 rusticos *C* 66 Nequē *B* misi *C* quicto *B* positum ē *B*, positum uisere *C*

Urbem, atque extemplo inde, ut spectauisset peplum,
Rus rursum confestim exigi solitum a patre.
Ibi multo *plu*rimum se familiarium
Laborauisse, quom haec pater sibi diceret:
Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi item metes;
Tibi denique istic pariet laetitiam labos.
Postquam recesset uita patrio corpore,
Agrum se uendidisse atque ea pecunia
Nauem, metretas quae trecentas tolleret,
Parasse atque isse mercis uectatum undique
Adeo dum, quae tum haberet, peperisset bona.
Me idem decere, si ut deceret me forem.
Ego me ubi inuisum meo patri esse intellego,
Atque odio me esse, quoi placere aequom fuit,
Amens amansque ui animum offirmo meum.
Dico esse iturum me mercatum, si uelit;
Amorem missum facere me, dum illi obsequar.
Agit gratias mihi atque ingenium adlaudat meum,
Sed mea promissa non neglexit persequi.
Aedificat nauem cercurum et mercis emit;
Parata naui inponit; praeterea mihi
Talentum argenti ipsus sua adnumerat manu;
Seruom una mittit, qui olim puero paruolo
Mihi paedagogus fuerat, quasi uti mihi foret
Custos. His sic confectis nauem soluimus,
Rhodum uenimus, ubi, quas merces uexeram,

68 rusum *B* exigit 69 Ibo *C* primum 70 Laboragisse qm̄ *B* 71 occasus *B*, occasis *C* eris *B* eidem metis 72 isti *B* babos *C* 73 recessit corpora *B* 74 uendidisset *B* atque a *C* 75 Nauim *C* 76 Parasset eā semper scis *B*, eā sempercis *C* uectatā *C* 77 questum peperisse *C* 78 diceret si ut diceret 79 esset *B* 80 hodio *B* esset me *B*, esse me *C* quod placeret 81 amasque *B* ut animum 82 esset *B* mercatus *B* 85 non excleit *B* 86 nauim C gubernatorum *B*, gerariā *C* mercis sue *B* 87 Patranaui *B* 88 ipse abuumerat 89 uana *B* 91 isset nauim *C*

Omnis, ut uolui, uendidi ex sententia;
Lucrum ingens facio praeter quam mihi meus pater
Dedit aestimatas merces; ita peculium
Conficio grande. Sed dum in portu illi ambulo,
Hospes me quidam adgnovit; ad cenam uocat.
Uenio; decumbo acceptus hilare atque ampliter.
Discubitum noctu ut imus, ecce ad me aduenit
Mulier, qua mulier alia nullast pulcrior;
Ea nocte mecum illa hospitis iussu fuit.
Uosmet uidete quam mihi ualde placuerit:
Postridie hospitem adeo; oro, ut uendat mihi;
Dico eius pro meritis gratum me et munem fore.
Quid uerbis opus est? *emi* mihi atque aduexi heri.
Eam me aduexisse nolo resciscat pater.
Modo eam reliqui ad portum in naui et seruolum.
Sed quid currentem seruom a portu conspicor,
Quem naui abire uetui? Timeo, quid siet.

ACANTHIO SERUOS. CHARINUS ADULESCENS.

Acanthio

Ex summis opibus uiribusque usque experire, nitere,
Erus ut minor opera tua seruetur. Age dum, Acanthio,
Abige abs te lassitudinem; caue pigritiae praeuorteris.
Simul enicat suspiritus — uix suffero hercle anhelitum —
Simul autem plenis semitis qui aduorsum eunt; aspellito,

---

94 facto 95 peculum *B* 100 quam *B* pulchior *C* 101 illi *B* 103 ora *B* 105 opus uerbis *B* est *om. B* emi *om.* 103 rescitat *B* 107 tam *C* 108 quod *C* 109 ue. tuite meo *B* sit *C*

ACHANTIO SERUOS *et* ADULESCENS *om. C*

111 agendum achantio *ut semper* 112 Accepi *B* 113 emicat *B* spiritus *C* 114 plenissimetis *C*, plenissime *B* aspellite *C*

Detrude, deturba in uiam. Haec discip*u*lina hic pessumast,
Currenti, properanti haud quisquam dignum habet decedere
Ita tres simitu res agendae sunt, quando unam occeperis,
Et currendum et pugnandum et autem iurigandumst in uia.

Charinus

Quid illuc est, quod ille tam expeditam exquirit cursuram sibi?
Cura*e*st, negoti quid sit aut quid nuntiet.

Acanthio

Nugas ago.
Quam restito, tam maxume res in periclo uortitur.

Charinus

Mali nescio quid nuntiat.

Acanthio

Genua hunc cursorem deserunt.
Perii, seditionem facit lien, occupat praecordia.
[Perii, animam nequeo uortere; nimis nihil*i* tibicen siem.]

Charinus

At tu edepol sume laciniam atque absterge sudorem tibi.

Acanthio

Numquam edepol omnes balineae mihi hanc lassitudinem eximent.
Domin an foris dicam esse erum Charinum, ego animi pendeo.
[Quid illud sit negoti, lubet scire ex hoc me, ut sim certus.]

115 Detrudetur iam in *B* disciplina 116 heu *B* 117 Itres *B* simul *C* 118 iurgandum est *C* 119 illud *B* expedite 120 Curast 121 resisto 124 nihil tibi censiem 125 eximeant *B* 126 sume tibi laciniam *C* 127 Domi nam *B* CH. Ego 128 illuc *C* scire me ex metuit *B*, metu ut *C*

At etiam adsto? at etiam cesso foribus facere hisc*e* as-
sulas?
Aperite aliquis. Ubi Charinus erus? dominest an foris?
Num quisquam adire ad ostium dignum arbitratur?

Charinus

Ecce me,
Acanthio, quem quaeris.

Acanthio

Nusquamst disciplina ignauior.

Charinus

Quae te malae res agitant?

Acanthio

Multae, ere, te atque me.

Charinus

Quid est negoti?

Acanthio

Peri*i*mus.

Charinus

Principium *id* inimicis dato.

Acanthio

At tibi sortito id optigit.

Charinus

Loquere id negoti, quidquid est.

Acanthio

Placide; uolo adquiescere.
Tua causa rupi ramices; iam dudum sputo sanguinem.

---

129 ACH. At as stro *C* his cassulas 130 charinū seruus *B* domine stant fores *B* 133 res mala *B* multa ecецte *B* 134 perimus 135 id *om.* 138 ramites *B*, tramites *C*

Charinus

Resinam ex melle Aegyptiam uorato; saluom feceris.

Acanthio

At edepol tu calidam picem bibito; aegritudo abscesserit.

Charinus

Hominem ego iracundiorem quam te noui neminem.

Acanthio

At ego maledicentiorem quam te noui neminem.

Charinus

Sin, saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo?

Acanthio

Apage istiusmodi salutem, *cum* cruciatu quae aduenit.

Charinus

Dic mihi, an boni quid usquamst, quod quisquam uti possiet
Sine malo omni, ut ne laborem capias, quom illo uti uoles?

Acanthio

Nescio ego istaec; philosophari numquam didici neque scio;
Ego bonum, malum quo accedit, mihi dari haud desidero.

Charinus

Cedo tuam mihi dexteram, age dum, Acanthio.

Acanthio

Em, dabitur; tene.

Charinus

Uin tu te mihi esse obsequentem an neuis?

---

141 ego *om. C* 144 cum *om.* 145 possit 146 aut 148 quod *B* accidit *C* 149 mihi tuam *B* dextram agendum hem *C* 150 obesse sequentem anne uis

Acanthio

Opera licet

Experiri, qui me rupi causa currendo tua,
Ut, quae scirem, scire actutum tibi liceret.

Charinus

Liberum

Caput tibi faciam paucos *cis* mensis.

Acanthio

Palpo percutis.

Charinus

Egon ausim tibi usquam quidquam facinus falsum proloqui?
Quin iam, priusquam sum elocutus, scis si mentiri uolo.

Acanthio

Ah!

Lassitudinem hercle uerba tua mihi addunt; enicas.

Charinus

Sicine mihi obsequens es?

Acanthio

Quid uis faciam?

Charinus

Tun? Id, quod uolo.

Acanthio

Quid *id* est igitur, quod uis?

Charinus

Dicam.

Acanthio

Dice; at enim placide uolo.

---

151 quam me *B* 153 cis *om.* 155 eloquius *B* scisset *B*, scisse *C* ach *C*, ha *B* 157 CHAR. *om.* sitiine *B* CHAR. Quid ACH. tum *B* 158 CHAR. Quid est ACH. Dicam. CHAR. Dice. ACH. At placidē *B*

Charinus

Dormientis spectatores metuis ne ex somno excitem?

Acanthio

Uae tibi! Tibi equidem a portu adporto hoc.

Charinus

Quid fers? dic mihi.

Acanthio

Uim, metum, cruciatum, curam iurgiumque atque inopiam.

Charinus

Peri*i*, tu quidem thesaurum huc mihi adportauisti mali. Nullus sum.

Acanthio

Immo es —

Charinus

Scio iam, miserum dices.

Acanthio

Tu dixti; ego taceo.

Charinus

Quid istuc est mali?

Acanthio

Ne rogites; maxumum infortuniumst.

Charinus

Obsecro, dissolue iam me; nimis diu animi pendeo.

Acanthio

Placide; multa exquirere etiam prius uolo, quam uapulem.

---

159 excites 160 ad portu *B* 162 Peri *B*, Per *C* hunc *C* 163 dixi g̃ taces *B*, dixti ego taceo *C* 165 iamne *B*

Charinus

Hercle uero uapulabis, nisi iam loquere aut hinc abis.

Acanthio

Hoc sis uide, ut palpatur! Nullust, quando occepit, blandior.

Charinus

Obsecro hercle oroque ut, istuc quid sit, actutum indices,
Quandoquidem mihi supplicandum seruolo uideo meo.

Acanthio

Tandem indignus uideor?

Charinus

Immo dignus.

Acanthio

Equidem credidi.

Charinus

Obsecro, num nauis periit?

Acanthio

Saluast nauis; ne time.

Charinus

Quid alia armamenta?

Acanthio

Salua et sana sunt.

Charinus

Quin tu expedis,
Quid siet, quod me per urbem currens quaerebas modo?

Acanthio

Tu quidem ex ore orationem mihi eripis.

---

167 Hercule *C* nisiaiam *B* habis *B* 168 si *B* palpator *C* 169 hercule *C* *Post h. v. 168 repetit B* 173 ornamenta *B*

Charinus

Taceo.

Acanthio

Tace.

Credo, si boni quid ad te nuntiem, instes acriter,
Qui nunc, quom malum audiendumst, flagitas me ut eloquar.

Charinus

Obsecro hercle te, istuc ut tu mihi malum facias palam.

Acanthio

Eloquar. quandoquidem me oras. Tuus pater

Charinus

Quid meus pater?

Acanthio

Tuam amicam

Charinus

Quid eam?

Acanthio

Uidit.

Charinus

Uidit? Uae misero mihi!
Qui potuit uidere?

Acanthio

Oculis.

Charinus

Quo pacto?

---

176 quid boui *C* 177 audiendum si *B* 178 hecle *C* uti *C* palum *B* 179 meocras *B* 180 quidam *B* *Sequitur v.* Hoc quod te interrogo, responde. AC. Quin tu, si quid uis, roga. *i. e. 211*

Acanthio

Hiantibus.

Charinus

In hinc dierectus? nugare in re capitali mea.

Acanthio

Qui, malum, ego nugor, si tibi, quod me rogas, respondeo?

Charinus

Certen uidit?

Acanthio

Tam hercle certe, quam ego te aut tu me uides.

Charinus

Ubi eam uidit?

Acanthio

Intus intra nauem, ut prorae adstitit,
Et cum ea confabulatust.

Charinus

Perdidisti me, pater.
Eho tu, eho tu, quin cauisti, ne eam uideret, uerbero?
Quin, sceleste, *eam* abstrudebas, ne eam conspiceret pater?

Acanthio

Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis,
Armamentis conplicandis, conponendis thomicibus.
Dum haec aguntur, lembo aduehitur tuus pater pauxillulo,
Neque quisquam hominem conspicatust, donec intra uisus est.

---

182 In hoc *B*, i hinc *C* capitalia *B* 183 respondebo *B* 185 ACH. uidit intus *B* nauim *C* prope *B* 186 confabulatus est 137 Eho tu hoc cauisti *B* neue *C* uerber *C* 188 sclestie *C* eam *om.* 190 et componendis studuimus 191 lempo *C* 192 conspicatus *B* in naui super

Charinus

[Nequiquam mare subterfugi saeuis tempestatibus:]
Equidem me iam censebam esse in terra atque in tuto loco;
Uerum video *med* ad saxa ferri saeuis fluctibus.
Loquere porro, quid sit actum.

Acanthio

Postquam adspexit mulierem,
Rogitare occepit, quoia esset.

Charinus

Quid respondit?

Acanthio

Ilico
Occucurri atque interpello, matri te ancillam tuae
Emisse illam.

Charinus

Uisusne est tibi credere id?

Acanthio

Etiam rogas?
Sed scelestus subigitare occepit.

Charinus

Illamne, obsecro?

Acanthio

Mirum, quin me subigitaret.

Charinus

Edepol cor miserum meum,
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.
Perii.

193 subt'atuis temptabitus *B* 194 Et quidem *C* meo *B* 195 me 196 Loquero *B* actutum *C* 197 cui *B*, cuius *C* 198 Occurri *C* matrie ancillam *B* 199 uisunt *B*, uisum *C* 200 subigitari *B* 201 meum miserum *C*

Acanthio

Em, istuc unum uerbum dixisti uerissumum.

Charinus

[Stultitia istaec est. Quid faciam? Credo, non credet pater,
Si illam matri meae emisse dicam; post autem mihi]
Scelus uidetur, me parenti proloqui mendacium.
Neque ille credet neque credibilest, forma eximia mulierem
Meae me emisse ancillam matri.

Acanthio

Non taces, stultissume?
Credet hercle; nam credebat iam mihi.

Charinus

Metuo miser,
Ne patrem prehendat, ut sit gesta res, suspicio.
Hoc, quod te rogo, responde.

Acanthio

Quin tu, si quid uis, roga.

Charinus

Num esse amicam suspicari uisus est?

Acanthio

Non uisus est.
Quin quidque, ut dicebam, mihi credebat.

Charinus

Uerum, ut tibi quidem
Uisus est.

---

203 hem *C* 204 CHAR. *om.* 208 Eam me 211 ACH. quaeso quid rogas? 212—14 ACH. Non sed credebat, *omissis mediis C*

Acanthio

Non, sed credebat.

Charinus

Uae mihi misero! nullus sum.

Sed quid ego hic in lamentando pereo, ad nauem non eo?

Sequere.

Acanthio

Si istac ibis, commodum obuiam uenies patri.

[Postea adspicit te timidum esse atque exanimatum, ilico]

Retinebit, rogitabit, unde illam emeris, quanti emeris;

Timidum temptabit te.

Charinus

Hac ibo potius. Iam censes patrem

Ab*i*isse a portu?

Acanthio

Quin e*a* ego huc praecucurri gratia,

Ne te opprimeret inprudentem atque electaret.

Charinus

Optume.

DEMIPHO SENEX.

Miris modis di ludos faciunt hominibus,

Mirisque exemplis somnia in somnis danunt.

Uelut ego nocte hac quae praeteriit proxuma

---

215 nauim *C* 217 aspicite timidum *B* 218 illa meneris *B* 219 ibi *B* 220 Abisse quine ego huc *B*, quin ego hac *C* 221 eiectaret *C* 222 duludos *B* 223 clamant *B*, donaut *C* 224 proxuma in somnis *C*

In somnis egi satis et fui homo exercitus.
Mercari uisus mihi sum formosam capram.
Ei ne noceret, quam domi ante habui capram,
Neu discordarent, si ambae in uno essent loco,
Posterius quam mercatus fueram, uisus sum
In custodelam simiae concredere.
Ea simia adeo post haud multo ad me uenit;
Male mihi precatur et facit conuicium;
Ait sese illius opera atque aduentu caprae
Flagitium et damnum fecisse haud mediocriter.
Dicit capram, quam dederam seruandam sibi,
Suae uxoris dotem ambedisse. Oppido
Mihi illud uideri mirum, ut una illaec capra
Uxoris simiai dotem ambederit.
Instare factum simia, atque hoc denique
Respondet: ni properem illam ab sese abducere,
Ad me domum intro ad uxorem ducturum eam.
Atque oppido hercle bene uelle illi uisus sum,
Ast non habere, quoi commendarem capram,
Quo magis, quid facerem, cura cruciabar miser.
Interea ad me haedus uisust adgredirier;
Infit mihi praedicare, sese ab simia
Capram abduxisse, et coepit inridere me.
Ego enim lugere atque abductam illam aegre pati.
Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,
Nequeo inuenire; nisi capram illam suspicor
Iam me inuenisse, quae sit aut quid uoluerit.
Ad portum hinc abii mane cum luci simul.

---

225 ful *B* 228 nisi ambo nunc essent *B* 230 custodiam si aecongredere *B* 233 se illius caprā opera *B* 234 dapnum *C* 236 dote *C* ambe dedisse *B*, ampedisse *C* 237 una ancilla et una capra *B* 238 simiæ dotem *C*, simia dote *B* ederit *B* 241 meam *B*, meum *C* 242 *proximo postponitur* 244 Qua magis *A*, Quod agis *BC* 245 hedus ad me *B* uisus est *B*, uis.. *C* 246 sesse *A* 247 adduxisse *A* cepit *B* inrideri me *A* 248 ludere *AB* abductam conquiri *B*, illam abductam conqueri *C* 249 Hoc quod *B* 252 luce *BC* semul *C*

Postquam id quod uolui transegi, ibi ego conspicor
Nauem ex Rhodo, quast heri aduectus filius.
Conlubitum est illuc mihi nescio qui uisere.
Inscendo in lembum atque ad nauem deuehor,
Atque ibi ego adspicio forma eximia mulierem,
Filius quam aduexit meus matri ancillam suae;
Quam ego postquam adspexi, non ita amo ut sani solent
Homines, sed eodem pacto ut insani solent.
Amaui equidem hercle ego olim in adulescentia;
Uerum ad hoc exemplum numquam, ut nunc insanio.
Unum quidem hercle iam scio, periisse me;
Uosmet uidete ceterum, quanti siem.
Nunc hoc profecto sic est: haec illa est capra.
Uerum hercle simia illa atque haedus m*ihi malum*
Apportant, atque eos esse quos dicam hauscio.
Sed conticiscam; nam eccum it uicinus foras.

LYSIMACHUS DEMIPHO, SENES II. LORARIUS. DU.

Lysimachus

Profecto ego illunc hircum castrari uolo,
Ruri qui nobis exhibet negotium.

Demipho

Nec omen illud mihi nec auspicium placet;
Quasi hircum metuo ne me uxor castret mea,
Ac metuo ne illaec simiae partes ferat.

---

253 id hic quod *B*, hic id quod *C* uoluit *B* transegi atque ego *BC* 254 nauim *C* 255 illud *C*, *om. B* miser *B* 256 Escendum limbum *B*, Ascendi in lembum *C* nauim *C* aduehor *BC* 257 Atque ego illam *B*, atque ego illic *C* exumia *C* 259 adspexei *A* sanei *A* 260 insanei *A* 261 hercle equidem *BC* 264 qui siem *B*, quanti sim *C* 266 Sed simia illa atque hedus timeo quid uelint *BC* 267 *om. BC* 268 conticescam *C* uicinum eccum exit foras *BC* *In titulo* DU *om. B* 269 illū circum *B* 270 Rura que *B* exibent *B* 271 illuc *C* mihi auspitium *B* 272 Quasi id qm̄ *B* uxorme *BC* 273 Atque illius haec nunc simiae partis *BC*

Lysimachus

I tu hinc ad villam atque istos rastros uilico
Pisto ipsi facito coram ut tradas in manum.
Uxori facito ut nunties negotium
Mihi esse in urbe, ne me exspectet; nam mihi
Tris hodie lites iudicandas dicito.
I et hoc memento dicere.

Lorarius

Num quid amplius?

Lysimachus

Tantumst.

Demipho

Lysimache, salue.

Lysimachus

Euge, Demipho,
Salueto. Quid fit? quid agis?

Demipho

Quod miserrumus.

Lysimachus

Di melius faxint.

Demipho

Di hoc quidem faciunt.

Lysimachus

Quid est?

Demipho

Dicam, si uideam tibi esse operae aut otium.

---

274 ullam *C* 275 ut coram *A* radas *C* 278 litis 279 Ei et *B*, Fiet *C* 280 lisymache *B* eugae *A* 281 salue o *BC* quid agis quid fit 282 faxim *B* fatiant *C* 283 operam

Lysimachus

Quamquam negotium est, si quid uis, Demipho,
Non sum occupatus umquam amico operam dare.

Demipho

Benignitatem tuam mihi experto praedicas.
Quid tibi ego aetatis uideor?

Lysimachus

Acheruntícus,
Senex uetus, decrepitus.

Demipho

Peruorse uides;
Puer sum, Lysimache, septuennis.

Lysimachus

Sanun es,
Qui puerum te esse dicas?

Demipho

Uera praedico.

Lysimachus

Modo hercle in mentem uenit, quid tu diceres:
Senex quom extemplo est, iam nec sentit nec sapit;
Aiunt solere eum rursum repuerascere.

Demipho

Immo bis tanto ualeo quam ualui prius.

Lysimachus

Bene hercle factum, et gaudeo.

285 amicum *A* 286 exporto *A* 287 acherunticas *B* 289 lusimache *B* septuensis sanū es *C* 290 praedio *B* 293 rusum *B*

Demipho

Immo si scias,
Oculis quoque etiam plus iam uideo quam prius.

Lysimachus

Benest.

Demipho

Malae rei dico.

Lysimachus

Iam istuc non benest.

Demipho

Sed ausimne ego tibi eloqui, si quid uelim?

Lysimachus

Audacter.

Demipho

Animum aduorte.

Lysimachus

Fiet sedulo.

Demipho

Hodie ire occepi in ludum litterarium,
Lysimache. Ternas scio iam.

Lysimachus

Quid, ternas?

Demipho

Amo.

Lysimachus

Tun capite cano amas, senex nequissume?

---

295 si *om.* *BC* 297 mala ere dico *B*, mala redico *C* non bonum est *BC* 298 eloqui fideliter *A* 300 eire *A* in ludum occepi literarum *BC* 301 scio (*pro* amo) *A* 302 senex nequissime homo *A*

Demipho

Si canum seu istuc rutilum siue atrumst, amo.

Lysimachus

Ludificas nunc tu me hic, opinor, Demipho.

Demipho

Decide collum stanti, si falsum loquor.
Uel, ut scias me amare, cape cultrum ac seca
Digitum uel aurem uel tu nasum uel labrum;
Si mouero me seu secari sensero,
Lysimache, auctor sum ut me amando enices.

Lysimachus

Si umquam uidistis pictum amatorem, em illic est;
Nam meo quidem animo plane decrepitus senex
Tantidem est, quasi sit signum pictum in pariete.

Demipho

Nunc tu me, credo, castigare cogitas.

Lysimachus

Egon te?

Demipho

Nihil est iam, quod tu mihi suscenseas.
Fecere tale ante alii spectati uiri.
Humanum amare est, atque id ui optingit deum.
Ne sis me obiurga; hoc non uoluntas me inpulit.

---

303 rutilunst *A* atruust *A* 304 heic *A* 305 si falsum stati *B*, si falsum ad te *C* loquar *BC* 306 sias *C* ac *om.* *BC* 307 nassum *A* 308 Sei *A* secare censeor *B* 309 amando hic ē *B* 310 inquā uidisti *C* hem *C* 311 animo uetulus decrepitus *BC* 312 Tantidest *A*, Tam idem est *B* quasi si signum *C* 315 Facere *B* aliei *A* spectate *B* uirei *A* 316 Humanum amare est humanum autem ignoscere est *BC* 317 Nescis me *B*, nescis ne *C* obiurgare *B*

Lysimachus

Qui*n* non obiurgo.

Demipho

At ne deteriorem tamen

Hoc facto ducas.

Lysimachus

Egon te? Ah, ne di siuerint.

Demipho

Uide sis modo etiam.

Lysimachus

Uisumst.

Demipho

Certen?

Lysimachus

Perdis me.

Hic homo ex amore insanit. Num quid uis?

Demipho

Uale.

Lysimachus

Ad portum propero; nam ibi mihi negotiumst.

Demipho

Bene ambulato.

Lysimachus

Bene uale.

Demipho

Bene sit tibi.

Quin mihi quoque etiamst ad portum negotium;

---

318 Qui 319 egone athene desiuerint *B*, athene dessiuerint *C* 323 ualete *B*, ualeto *C* 324 etiam si *B*

Nunc adeo ibo illuc. Sed optume gnatum meum
Uideo, eccum. Opperiar hominem; hoc nunc mihi uiso opust,
Huic persuade*re* quomodo potis si*e*m,
Ut illam uendat ueue det matri suae;
Nam ei dono aduexe audiui. Sed praecauto opust,
Ne hic illam me animum adiecisse aliqua sentiat.

CHARINUS ADULESCENS. DEMIPHO SENEX.

Charinus

Homo me miserior nullus est aeque, opinor,
Neque aduorsa quoi plura sint sempiterna.
Satin quidquid est, quam rem agere occepi,
Proprium nequit mihi euenire quod cupio?
Ita mihi mala res aliqua obicitur,
Bonum quae meum conprimit consilium.
Miser amicam mihi paraui animi causa, pretio eripui,
Ratus clam patrem *me* meum posse habere.
Is resciuit et uidit et perdidit me.
Neque, is quom roget, quid loquar. cogitatumst;
Ita animi decem in pectore incerti certant;
Nec, quid corde nunc consili capere possim.
Scio; tantus cum cura meost error animo,
Dum serui mei perplacet mihi consilium,
Dum rursum haud placet nec pater potis uidetur
Induci, ut putet matri ancillam emptam esse illam.
Nunc si dico ut res est, atque illam mihi me

325 optum ec natum *B* 326 operiar *B* uisost opus 327 persuade sim 328 ille uendat ne uendat matri *B* 329 Nam idoneo *B* praecautost opus 331 atque *B* 333 occepit *B* 334 nequid *B* 338 me *om.* 340 Nequis *B* cogitat unde est *B* 343 meus terror *B* 344 mei serui *C*

Emisse indico, quemadmodum existumet me?
A me illam abstrahat, trans mare hinc uenum asportet.
Scio, saeuos quam sit; domo doctus dico.
Hocinest amare? Arare mauelim quam sic amare.
Iam hinc olim *me* inuitum domo extrusit ab se;
Mercatum ire iussit; ibi hoc malum ego inueni.
Ubi uoluptatem aegritudo uincat, quid ibi inest amoeni?
Nequiquam abdidi, abscondidi, abstrusam habebam;
Muscast meus pater, nihil potest clam illum haberi;
Nec sacrum nec tam profanum quidquamst, quin ibi ilico adsit;
Nec, qui rebus meis confidam, mihi ulla spes in corde certast.

Demipho

Quid illuc est, quod solus secum fabulatur filius?
Sollicitus mihi nescio qua re uidetur.

Charinus

Attatae.
Meus quidem hic pater est, quem uideo; ibo, adloquar. Quid fit, pater?

Demipho

Unde incedis? quid festinas, gnate mi?

Charinus

Recte, pater.

Demipho

Ita uolo; sed istuc quid est, tibi quod conmutatust color?
Num quid tibi dolet?

---

349 Atque illam 350 doctus igitur 351 hoccinest *C* 352 me *om.* extruxit *B* 355 abscondi *C* abstruxsam *B*, abstusam *C* 356 pater meus *C* 357 quicquam si quid *B* 358est in corde *C* 359 est *om. C* solū *B* fabuletur *C* 360 atate *C*, at tace *B* 361 pater hic quidem *B* ibo *om. B* 362 DE. *om. C* 363 quid commutatust *B*

Charinus

Nescio quid meo animo est aegre, pater;
Poste hac nocte non quieui satis me*a* ex sententia.

Demipho

[Per mare ut uectu's. nunc oculi terram mirantur tui.

Charinus

Magis, opinor —

Demipho

Id est profecto, uerum actutum abscesserit.]
Ergo edepol palles. Si sapias, eas ac decumbas domi.

Charinus

Otium non est; mandatis rebus praeuorti uolo.

Demipho

Cras agito, perendie agito.

Charinus

Saepe ex te audiui, pater:
Rei mandatae omnis sapientes primum praeuorti decet.

Demipho

Age igitur; nolo aduorsari tuam aduorsum sententiam.

Charinus

Saluos sum, si quidem isti dicto solida et perpetuast fides.

Demipho

Quid illuc est, quod ille a me solus se in consilium seuocat?
Iam non uereor, ne eam me amare hic potuerit resciscere;
Quippe *h*aud etiam quidquam inepte feci, amantes ut solent.

365 postea *C* me 368 palle *C* 370 Cras agi opere die agito *B* 373 dicito *B* 374 illa me *C*, mea me *B* sed *B* 375 uereo *C* illam 376 aut faciam ante ut *B*

Charinus

Res adhuc quidem hercle in tutost; nam hunc nescire sat scio
De illa amica, quod si sciret, esset alia oratio.

Demipho

Quin ego hunc adgredior de illa?

Charinus

Quin ego hinc me amolior?
Eo ego, ut quae mandata amice amicis tradam.

Demipho

Immo mane;
Paucula etiam sciscitare prius uolo.

Charinus

Dic, quid uelis.

Demipho

Usquin ualuisti?

Charinus

Perpetuo recte, dum quidem illic fui;
Uerum in portum huc ut sum aduectus, nescio qui animus mihi dolet.

Demipho

Nausea edepol factum credo; uerum actutum abscesserit.
Sed quid ais? ecquam tu aduexti tuae matri ancillam Rhodo?

Charinus

Aduexi.

---

377 huc *B* 379 agredior *C* 380 amicū amicis *B*, amicus amicis *C* 381 Pauca *C* suscitare *B* 382 Usque *B*, usquene *C* 383 quia nimis *B* 384 Nause *B* 385 aduexit *B*, aduexi *C* ancillam ancillam e rhodo *C*

Demipho

Quid? ea ut uidetur mulier?

Charinus

Non edepol mala.

Demipho

Ut moratast?

Charinus

Nullam uidi melius mea sententia.

Demipho

Mihi quidem *item* edepol uisa est, quom illam uidi.

Charinus

Eho an uidisti, pater?

Demipho

Uidi; uerum non ex usu nostro est neque adeo placet.

Charinus

Qui uero?

Demipho

Quia *enim* non nostra formam habet dignam domo.
Nihil opus nobis ancilla, nisi quae texat, quae molat,
Lignum caedat, pinsum faciat, aedis uerrat, uàpulet,
Quae habeat cotidianum familiae coctum cibum.
Horunc illa nihilum quidquam facere poterit admodum.

Charinus

Ea causa equidem illam emi, dono quam darem matri meae.

Demipho

Ne duas neu te aduexisse dixeris. — Di me adiuuant;
Labefacto paulatim. — Uerum, quod praeterii dicere,

388 item *om.* 389 nostro sine que *B* 390 quia non 392 pensum 393 familia *B* 394 Horum ancilla nihil umquam *B* 395 illam mi *B* 396 Netuas *B* neue CH. di 397 DE. Labefacto

Neque illa matrem satis honeste tuam sequi poterit comes,
Neque sinam.

Charinus

Qui uero?

Demipho

Quia illa forma matrem familias
Flagitium sit si sequatur. Quando incedat per uias,
Contemplent, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent,
Uellicent, uocent, molesti sint; occentent ostium;
Inpleantur elogiorum meae fores carbonibus;
Atque ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meae
Mihique obiectent lenocinium facere. Nam quid eost opus?

Charinus

Hercle qui tu recte dicis, et tibi *equidem* adsentior.
Sed quid illa nunc fiet?

Demipho

Recte; ego emero matri tuae
Ancillam uiraginem aliquam non malam, forma mala,
Ut matrem addecet familias, aut Syram aut Aegyptiam;
Ea molet, coquet, conficiet pinsum, pinsetur flagro,
Neque propter eam quidquam eueniet nostris foribus flagiti.

Charinus

Quid si igitur reddatur illi, unde empta est?

Demipho

Minume gentium.

400 flagiciumst *C* 401 omnes *om. C* nuteat *C* nectent 402 nocent molestis innocent *B* 403 meae fores carbonibus elegeorum 405 obicient *B* lenocinum *C* 406 dices *B* equidem *om.* 408 uiracinem *B* 409 ssram *C* egipciam *C*, cypiam *B* 410 coquet *om. C* pensum pensetur 411 flagiti minime gentium *B*

Charinus

Dixit se redhibere, si non placeat.

Demipho

Nihil istoc opust:
Litigari nolo ego neque tuam autem accusari fidem.
Multo edepol, si quid faciundumst, facere damni mauolo
Quam opprobramentum aut flagitium muliebre huic fieri domo.
Me tibi illam posse opinor luculente uendere.

Charinus

Dum quidem hercle ne minoris uendas, quam ego emi, pater.

Demipho

Tace modo; senex est quidam, qui olim mandauit mihi
Ut emerem ad istanc faciem.

Charinus

At mihi quidam adulescens, pater,
Mandauit *ut* ad illam faciem, ita ut illa est, emerem sibi.

Demipho

Uiginti minis opinor posse me illam uendere.

Charinus

At, ego si uelim, iam dentur septem et uiginti minae.

Demipho

At ego —

---

413 adhibere *B* placet *B* opus *B* 414 ego uos quam tuam 416 exferri *B*, ecferri *C* 419 qui illam mandauit 421 Mandauit ad 424 ad dantur

Charinus

Quin ego, inquam.

Demipho

Ah nescis, quid dicturus sum; tace.
Tris minas adcudere etiam possum, ut triginta sient.

Charinus

Quo uortis te?

Demipho

Ad illum, qui emit.

Charinus

Ubinamst is homo gentium?

Demipho

Eccillum uideo. Iubet quinque me addere etiam nunc minas.

Charinus

Hercle illunc di infelicent, quisquis est.

Demipho

Ibidem mihi
Etiam nunc adnutat; addam sex minas.

Charinus

Septem minis —
Numquam edepol me uincet hodie — commodis poscit, pater.

Demipho

Nequiquam poscit; ego habebo.

Charinus

At illic pol licitust prior.

---

426 CH. *om.* *C* uortisti DE. *om.* *C* ubi nastis *B* 427 Ecce illum *B* quoque *B* adere *C* 428 illuc dii felicent *B* 429 septem mihi 430 pater poscit *C* 431 habeo *B* pollicitus est *B*

Demipho

Nihili facio.

Charinus

Quinquaginta poscit.

Demipho

Non centum datur.
Potin ut ne licitere aduorsum *mei* animi sententiam?
Maxumam hercle habebis praedam. Ita ille est, quoi emitur, senex:
Sanus non est ex amore illius; quod posces, feres.

Charinus

Certe edepol adulescens ille, quoi ego emo, efflictim perit
Eius amore.

Demipho

Multo hercle ille magis senex, si tu scias.

Charinus

Numquam edepol fuit neque fiet ille senex insanior
Ex amore quam ille adulescens, quoi ego do hanc operam, pater.

Demipho

Quiesce, inquam; istanc rem ego recte uidero.

Charinus

Quid ais?

Demipho

Quid est?

Charinus

Non ego illam mancupio accepi.

432 Nihil *B* 433 neut *B* liceret *B*, litigere *C* mei *om.* 434 qui mentitur *B* 436 Certo *C* efflectim *B* 440 agis 441 accepi sed ille illam accepit. DE. sine

Demipho

Sed ille illam accipiet; sine.

Charinus

Non potes tu lege uendere illam.

Demipho

Ego aliquid uidero.

Charinus

Post autem communist illa mihi cum alio; qui scio,
Quid sit ei animi, uenirene eam uelit an non uelit?

Demipho

Ego scio uelle.

Charinus

At pol ego esse credo aliquem, qui non uelit.

Demipho

Quid id mea refert?

Charinus

Quia illi suam rem esse aequomst in manu.

Demipho

Quid ais?

Charinus

Communis mihi illa est cum alio; is nunc hic non adest.

Demipho

Prius respondes, quam rogo.

Charinus

Prius tu emis, quam uendo, pater.
Nescio, inquam, uelit ille illam necne abalienarier.

---

442 communest *B*, communis est *C* 444 uelit *posterius om. B* 446 Quid de me *B* rem suam *B* in naui *B* 448 cum illo hic nunc *B* 449 ille *om. A* nec me *B* ab aliena *C*

Demipho

Quid? illi quoidam, qui mandauit tibi, si emetur, tum uolet;
Si ego emo illi, qui mandauit, tum ille nolet? Nihil agis.
Numquam edepol quisquam illam habebit potius quam ille, quem ego uolo.

Charinus

Certumnest?

Demipho

Censen certum esse? Quin ad nauem iam hinc eo;
Ibi uenibit.

Charinus

Uin me tecum illo ire?

Demipho

Nolo.

Charinus

Non places.

Demipho

Meliust te, quae sunt mandatae res tibi, praeuortier.

Charinus

Tu prohibes.

Demipho

At me incusato; te fecisse sedulo.
Ad portum ne bitas, dico iam tibi.

Charinus

Auscultabitur.

450 DE. *om. C* Sed ille quidam *A* 450—451 Quid illic quidam qui mandauit tum (cum *C*) ille nolet. nihil agis *BC* 452 edepol quisquam edepol *A* 453 Certum est *BC* nauim *C* 454 placet *B* 455 Melius itē *B*, melius te *A* tres *B* praeuotier *C* 456 At tu excusato *C*, At tu excusatio *B* 457 uitas *B*, bites *C* deico *A*

Demipho

Ibo ad portum. Ne hic resciscat, cauto opust; non ipse emam,
Sed Lysimacho amico mandabo; is se ad portum dixerat
Ire dudum. Me moror, quom hic adsto.

Charinus

Nullus sum; occidi.

CHARINUS EUTYCHUS, ADULESCENTES II. C

Charinus

Pentheum diripuisse aiunt bacchas; nugas maxumas
Fuisse credo, praeut quo pacto ego diuorsus distrahor.
Cur ego uiuo? cur non morior? quid mihist in uita boni?
Certumst, ibo ad medicum atque ibi me toxico morti dabo,
Quando id mihi adimitur, qua causa uitam cupio uiuere.

Eutychus

Mane, mane, obsecro, Charine.

Charinus

Quis me reuocat?

Eutychus

Eutychus,
Tuus amicus et sodalis et uicinus proxumus.

Charinus

Non tu scis, quantum malarum rerum sustineam.

---

458 portum et ne *BC* 459 esse *B* deixerat *A* 460 heic *A* *In titulo* EUTEYCHUS *A*, EUTICUS *B* B II C *C*, *om. B* 463 Qur *A* ueiuo qur *A* mihi sustinuit boni *B* 464 me ibi *B* 466 qui *BC* 467 sodalis simul uicinus *BC*

Eutychus

Scio:

Omnia ego istaec auscultaui ab ostio; omnem rem scio.

Charinus

Quid id est, quod scis?

Eutychus

Tuus pater uolt uendere

Charinus

Omnem rem tenes.

Eutychus

Tuam amicam

Charinus

Nimium multum scis.

Eutychus

Tuis ingratiis.

Charinus

Plurumum tu scis. Sed qui scis esse amicam illam meam?

Eutychus

Tute heri ipsus mihi narrasti.

Charinus

Satin ut oblitus fui,

Tibi me narrauisse?

Eutychus

Haud mirum factumst.

Charinus

Te nunc consulo.

Responde, quo leto censes me ut peream potissumum?

---

469 Omni *B* iste *C* 471 tueis ingratieis *A* 472 sceis sed quei sceis meam esse amicam illam *A* 473 narrauisti *A*, *om. C* statim C 474 hau *A* 475 quo uolet occenses *B*, quo loeto censes *C*

Eutychus

Non taces? Caue tu istuc dixis.

Charinus

Quid uis me igitur dicere?

Eutychus

Uin patri sublinere pulcre me os tuo?

Charinus

Sane uolo.

Eutychus

Uisne eam ad portum

Charinus

Qui potius quam uoles?

Eutychus

Atque eximam

Mulierem pretio?

Charinus

Qui potius quam auro expendas?

Eutychus

Unde erit?

Charinus

Achillem orabo, aurum ut mihi det, Hector qui expensus fuit.

Eutychus

Sanun es?

Charinus

Pol sanus si sim, non te medicum mihi expetam.

---

476 tu *om.* *C* 477 Uim patris subliniire *B* me *om.* *C* 478 quin *A* 479 unde ateritis *BC* 480 ut *om.* *BC* 481 sei *A* medicinum *C*

Eutychus

Tanti quanti poscet, uin tanti illam emi?

Charinus

Auctarium

Adicito uel mille nummum plus quam poscet.

Eutychus

Iam tace.

Sed quid ais? unde erit argentum, quod des, quom poscet pater?

Charinus

Inuenietur, exquiretur, aliquid fiet.

Eutychus

Enicas.

Iam istuc „aliquid fiet“ metuo.

Charinus

Quin taces?

Eutychus

Muto inperas.

Charinus

Satin istuc mandatum est?

Eutychus

Potin ut aliud cures?

Charinus

Non potest.

Eutychus

Bene uale.

---

482 poscit *BC*, poss.. *A* auctorarium *A* 483 posset *A* 484 qui *B* 486 me tua *C* 487 aliquid *A*

Charinus

Non edepol possum prius quam tu ad me redieris.

Eutychus

Melius sanus sis.

Charinus

Uale, uince et me serua.

Eutychus

Ego fecero.

Domi maneto me.

Charinus

Ergo actutum face cum praeda recipias.

LYSIMACHUS SENEX. PASICOMPSA MERETRIX.

Lysimachus

Amice amico operam dedi; uicinus quod rogauit,
Hoc emi mercimonium. Mea es tu; sequere sane.
Ne plora; nimis stulte facis; oculos corrumpis talis.
Quin tibi quidem, quod rideas, magis est quam ut lamentere.

Pasicompsa

Amabo ecastor, mi senex, eloquere,

Lysimachus

Exquire quiduis.

489 meliustsanus *A* 490 praedam *C* 493 corumpis *C* 494 Quid *B*, Qui *C* 495 mei *A*

Pasicompsa

Cur emeris me.

Lysimachus

Tene ego? Ut, quod inperetur, facias.
Item atque ut, tu mihi si inperes, ego faciam.

Pasicompsa

Facere certumst
Pro copia et sapientia, quae te uelle arbitrabor.

Lysimachus

Laboriosi nihil tibi quidquam operis inperabo.

Pasicompsa

Namque edepol equidem, mi senex, non didici baiolare
Nec pecua ruri pascere nec pueros nutricare.

Lysimachus

Bona si esse uis, bene erit tibi.

Pasicompsa

Tum pol ego perii misera.

Lysimachus

Qui?

Pasicompsa

Quia illim unde huc aduecta sum, malis bene esse solitumst.

Lysimachus

Quasi dicas nullam mulierem bonam esse.

---

496 Curem prius *B*, Cur empris *C* factas *B* 497 Item quod tu certunst *A*, certust *C* 498 Laboriossi *A*, Laboriose *BC* 500 Nam *C* 501 peculia *B*, pecula *C* 502 ueis *A* 503 mali *C* 504 *post* 506 *ponunt BC* deicis *A*

Pasicompsa

Haud equidem dico.
Nec mos meust, ut praedicem, quod ego omnis scire credam.

Lysimachus

Oratio edepol pluris est huius, quam quanti haec empta est.
Rogare hoc unum te uolo.

Pasicompsa

Roganti respondebo.

Lysimachus

Quid ais tu? quid nomen tibi dicam esse?

Pasicompsa

Pasicompsae.

Lysimachus

Ex forma nomen inditumst. Sed quid ais, Pasicompsa?
Possin tu, si usus uenerit, subtemen tenue nere?

Pasicompsa

Possum.

Lysimachus

Si tenue scis, scio te uberius posse nere.

Pasicompsa

De lanificio neminem metuo, una aetate quae sit.

Lysimachus

Bonae hercle te frugi arbitro, a matura iam inde aetate
Quom scis facere offficium tuum, mulier.

---

505 cire *C* 507 unum hoc *A* 508 quod *C* deicam *A* 510 sei ussus *A* subte mentē tenere *B* 511 tenues scio *B* tenere *B* 513 Bonam *BC* te et frugi *BC* arbitror matura 514 Qm̄ *B*

Pasicompsa

Pol docta didici.
Operam accusari non sinam meam.

Lysimachus

Em, istaec hercle res est.
Ouem tibi bellam dabo, natam annos sexaginta,
Peculiarem.

Pasicompsa

Mi senex, tam uetulam?

Lysimachus

Generis Graeist.
Eam si curabis, perbonast; tondetur nimium scite.

Pasicompsa

Honoris causa quidquid est quod dabitur, gratum habebo.

Lysimachus

Nunc, mulier, ne tu frustra sis, mea non es; ne arbitrere.

Pasicompsa

Dic igitur, quaeso, quoia sum?

Lysimachus

Tuo ero redempta es rursum.
Ego te redemi; ille mecum orauit.

Pasicompsa

Animus rediit,
Si mecum seruatur fides.

---

515 hem *C* 516 Quem *BC* tibi .. llam *A*, tibi ancillam *B*, tibi ecce illam *C* dato *A* 517 mei *A* Graecist *A*, gracist *B*, grāst *C* 518 sei curabeis *A* LYS. Nimium *C* 519 habeto *A* 520 neu frustra *B* me *C* arbitrer *B* 521 Deic *A* cui' *B* redemptas *A* 522 me orauit *BC* redieit *A* 523 sei *A*

Lysimachus

Bono animo es; liberabit
Ille te homo; ita edepol deperit *te*, atque hodie primum uidit.

Pasicompsa

Ecastor iam bienniumst, quom med amare coepit;
Nunc, quando amicum te scio esse illius, indicabo.

Lysimachus

Quid ais tu? iam bienniumst, quom habet rem tecum?

Pasicompsa

Certo.
Et inter nos coniurauimus, nisi cum illo et ille mecum,
Neuter stupri causa caput limaret.

Lysimachus

Di inmortales,
Etiam cum uxore non cubet?

Pasicompsa

Amabo, an maritust?
Neque est neque erit.

Lysimachus

Nolim quidem. Homo hercle periuravit.

Pasicompsa

Nullum adulescentem plus amo.

Lysimachus

Puer est ille quidem, stulta;
Nam illi quidem haud sane diust quom dentes exciderunt.

---

524 ita *om. C* te *om.* 525 mecumrem cepit *C* 526 incabo *A* 527 tecum habet rem *BC* 528 coniurauimus ego cum aut *A* Ego cum uiro et ille cum muliere nisi cum illo aut ille mecum addunt *BC* 529 liniaret *C* Dei *A*, Dii *BC* 530 amabo amaturust *BC* 531 quidest *C* PAS homo *BC* periurabit *A* 532 PAS. *om.* 533 hau *A* diuisi *B*, diu si *C* qm̄ *B* exciderit *C*

Pasicompsa

Quid dentes?

Lysimachus

Nihil est. Sequere sis. Hunc me diem unum orauit
Ut apud me praehiberem locum, ideo quia ùxor ruri est.

DEMIPHO SENEX.

Tandem inpetraui, ut egomet me corrumperem;
Emptast amica clam uxorem et clam filium.
Certumst: antiqua recolam, et seruibo mihi.
Breue iam relicuum uitae spatiumst; quin ego
Uoluptate, uino et amore delectauero?
Nam hanc se bene habere aetatem nimio est aequius.
Adulescens quom sis, tum, quom est sanguis integer,
Rei te quaerundae conuenit operam dare;
Demum igitur, quom sis iam senex, tum in otium
Te conloces. Dum potes, ames; id iam lucrumst,
Quod uiuis. Hoc ut dico, factis persequar.
Nunc tamen interea ad me huc inuisam domum;
Uxor me exspectat iam dudum esuriens domi;

---

534 demes *C* LYS. *om. B*, PAS. *C* huc *BC* 535 aud *C* me *om. B* praeberem *A* ideo feci quia *A* 536 egomet me ut *A* 537 uxore *A* iam filio *BC* 538 Certunst *A* et re seruibo *C* 539 Decurso in spatio breue quod uitae reliquumst *BC* 542 scis *A* tecum tum *B* 543 Rei tuae quaeruudae 544 quom seis iam *A*, cum si sim *C*, cum sis *B* tunc *BC* 545 potest aue sidiam *C*, potest uersidiā *B* lucrost *BC* 546 Quod uini uis *C*, Quod uno uis *B* 547 interea tamen interea *B* *Post* 547 *BC novum versum addunt*: Interea tamen huc intro ad me inuisam domum 548 exspectanti au *B*

Iam iurgio enicabit, si intro rediero.
Uerum hercle postremo utut est, non ibo tamen,
Sed hunc uicinum prius conueniam quam domum
Redeam. Ut mihi aedis aliquas conducat, uolo,
Ubi habitet istaec mulier. Atque eccum it foras.

LYSIMACHUS DEMIPHO, SENES II. DU

Lysimachus

Adducam ego illum iam ad te, si conuenero.

Demipho

Me dicit.

Lysimachus

Quid ais, Demipho?

Demipho

Est mulier domi?

Lysimachus

Quid censes?

Demipho

Quid si uisam?

Lysimachus

Quid properas? *mane.*

Demipho

Quid faciam?

Lysimachus

Quod opust facto, facito ut cogites.

Demipho

Quid cogitem? Equidem hercle opus hoc facto existumo,
Ut illo intro eam.

549 Iam *om. C* 553 ut foras *C* DU *om. B* 555 dicis *B*
556 mane *om.* 558 exestimo *B* 559 illuc

Lysimachus

Itane uero, ueruex? intro eas?

Demipho

Quid aliud faciam?

Lysimachus

Prius hoc ausculta, atque ades;
Prius etiam est quod te facere ego aequom censeo.
Nam nunc si illo intro ieris, amplecti uoles,
Confabulari atque ausculari.

Demipho

Tu quidem
Meum animum gestas; scis, quid acturus siem.

Lysimachus

Peruorse facies.

Demipho

Quodne amem?

Lysimachus

Tanto minus.
Ieiunitatis plenus, anima foetida,
Senex hircosus, tu ausculere mulierem?
Utine adueniens uomitum excutias mulieri?
Scio pol te amare, quom istaec praemonstras mihi.

Demipho

Quid si igitur cenam faciam? Hoc si censes, coquom
Aliquem arripiamus, prandium qui percoquat
Apud te hic usque ad uesperum.

559 uerbex *C* 560 atque hoc ades *C* 561 quo *C*, qm̄ *B* 562 illuc *B* introiris *C* 563 auscultari *B* 564 sim 565 ames 566 Iam etatis *B*, ianutatis *C* 567 uirquosustu *B* 569 qm *B* 570 unum factum *B*, unum factam *C*

Lysimachus

Em istuc censeo.
Nunc tu sapienter loquere atque amatoris *modo.*

Demipho

Quid stamus? quin ergo imus atque opsonium
Curamus, pulcre ut simus?

Lysimachus

Equidem te sequor.
Atque hercle inuenies tu locum illi, si sapis;
Nullum hercle praeter hunc diem illa apud me erit;
Metuo ego uxorem, cras si rure redierit,
Ne illam hic offendat.

Demipho

Res paratast; sequere me.

CHARINUS EUTYCHUS, ADULESCENTES DUO.

Charinus

Sumne ego homo miser, qui nusquam bene queo quiescere?
Si domi sum, foris est animus; sin foris sum, animus domi est.
Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium;
Ni ex oculis lacrumae defendant, iam ardeat, credo, caput.
Spem teneo, salutem amisi; redeat an non, nescio.
Si opprimit pater, quod dixit, exsulatum abiit salus;

---

573 amatori 575 Curemus 576 illic *B* 577 Nulum *C* hercle *om. B*
ADOLESCENS II *C*
581 foris ē sum *B* 583 Ni oculos lacrime defendat *B* 585 exsolatū *B*

Sin sodalis, quod promisit, fecit, non abiit salus.
Sed tamen, etiamsi podagrosis pedibus esset Eutychus,
Iam a portu redisse potuit. Id illi uitium maxumumst,
Quod nimis tardus est aduorsum mei animi sententiam.
Sed isne est, quem currentem uideo? Ipsus est. Ibo obuiam.
Num quid restat spei? Disperii; uoltus neutiquam huius placet;
Tristis cedit. Pectus ardet; haereo; quassat caput.
Eutyche.

Eutychus

Heu, Charine.

Charinus

Priusquam recipias anhelitum,
Uno uerbo eloquere: ubi ego sum? hicine an apud mortuos?

Eutychus

Neque apud mortuos neque hic es.

Charinus

Saluos sum. Inmortalitas
Mihi data est; hic emit illam; pulcre os subleuit patri.
Inpetrabilior qui uiuat, nullus est. Dic, obsecro:
Si neque hic neque Acherunti sum, ubi sum?

Eutychus

Nusquam gentium.

Charinus

Disperii. Illaec interemit me modo *una* oratio.

---

587 tamen demsi *B*, tamen dempsi *C* 588 adportu *B* 589 mei *om. B* 590 Sed inest *Hunc versum sequuntur vv. 830 sq. suo loco redeuntes* 591 Nunc quid restat et ei 592 incedit 593 eu *B* 594 hinc eam apud *B* 596 emit mihi illam *C*, *sed* mihi *erasum* pulchros *B* 597 impenetrabilior *C* dico 598 acheronti *C* 599 una *om.*

Odiosumst orationem re magis longinquam loqui.
Quidquid est, ad capita rerum perueni.

Eutychus

Primum omnium
Periimus.

Charinus

Quin tu illud potius nuntias, quod nescio?

Eutychus

Mulier alienatast abs te.

Charinus

Eutyche, capital facis.

Eutychus

Qui?

Charinus

Quia aequalem et sodalem liberum ciuem enicas.

Eutychus

Ne di sirint!

Charinus

Demisisti gladium in *iu*gulum; iam cadam.

Eutychus

Quaeso hercle animum ne desponde.

Charinus

Nullust, quem despondeam.
Loquere porro, aut i in malam rem: quoi est empta?

Eutychus

Nescio.
Iam addicta atque abducta erat, quom ad portum uenio.

Charinus

Uae mihi!

---

600 Hodie sat st *B*, odio sane *C* oratio cum rem agas longinquum *C* 601 omnium *om. C* 602 Perimus 603 eutiche hec capital *B* 604 ciuem liberum *C* 605 deiseirint *A*, desierint *B*, deserint *C* ingulumiam *BC* 606 nullus est *BC* 607 aliam malam rem *B*, aliam rem Malam *C* 608 adducta *B* qm̄ *B*

Montes tu quidem mali in me ardentes iam dudum iacis.
Perge, excrucia, carnufex, quandoquidem occepisti semel.

Eutychus

Non tibi istuc magis diuidiae est, quam mihi hodie fuit.

Charinus

Dic, quis emit?

Eutychus

Nescio hercle.

Charinus

Em, istucinest operam dare
Bonum sodalem?

Eutychus

Quid me facere uis?

Charinus

Idem, quod me uides,
Ut pereas. Quin percontatu's, hominis quae facies foret,
Qui illam emisset, eo si pacto posset indagarier
Mulier? Heu me miserum!

Eutychus

Flere omitte, istuc quod nunc agis.
Quid ego feci?

Charinus

Perdidisti me et fidem mecum tuam.

Eutychus

Di sciunt, culpam meam istanc non esse ullam.

---

609 Montis ardentis 610 carnifexa *B*, carnufexa *C* 611 Nec 612 Eem *C* 614 pacies 615 eos *B* 616 fiere 617 CH. Quid EU. perdidisti 618 EU. *om.*

Charinus

Euge papae,
Deos absentes testis memoras; qui ego istuc credam tibi?

Eutychus

Quia tibi in manu est, quod credas; ego quod dicam, id mihi in manu est.

Charinus

De istac re *tu* argutus es, ut par pari respondeas;
Ad mandata claudus, caecus, mutus, mancus, debilis.
Promittebas, te os sublinere meo patri; ego me credidi
Homini docto rem mandare, lapidi mando maxumo.

Eutychus

Quid ego facerem?

Charinus

Quid tu faceres, men rogas? Requireres,
Rogitares, quis esset aut unde esset, qua prosapia;
Ciuisne esset an peregrinus.

Eutychus

Ciuem esse aibant Atticum.

Charinus

Ubi habitaret, inuenires saltem, si nomen nequis.

Eutychus

Nemo aiebat scire.

Charinus

At saltem hominis faciem exquireres.

Eutychus

Feci.

---

618 eugipe *C* 619 absentis *B* 620 quo dicam *C* mihi ea in 621 tu *om.* 623 sublimere *C* egomet 624 mandaris lepidi *B* mando *om. C* 625 tu *om. C* me non rogas requereres *B* 627 aiebant

Charinus

Qua forma esse aiebant?

Eutychus

Ego dicam tibi:
Canum, uarum, uentriosum, bucculentum, breuiculum,
Subnigris oculis, oblongis malis, pansam aliquantulum.

Charinus

Non hominem mihi, sed thensaurum nescio quem memoras mali.
Num quid est, quod dicas aliud de illo?

Eutychus

Tantum quod sciam.

Charinus

Edepol ne ille oblongis malis mihi dedit magnum malum.
Non possum durare; certumst exsulatum hinc ire me.
Sed quam capiam ciuitatem cogito potissumum:
Megares, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum,
Sicyonem, Cnidum, Zacynthum, Lesbumne an Boeotiam.

Eutychus

Cur istuc coeptas consilium?

Charinus

Quia enim me adflictat amor.

Eutychus

Quid tu ais? quid quom illuc, quo nunc ire paritas, ueneris,
Si ibi amare forte occipias, atque item eius sit inopia,
Iam inde porro aufugies, deinde item illinc, si item euenerit?
Quis modus tibi exsilio tandem eueniet, qui finis fugae?

630 fora *B* 631 uiarum *B* 632 pansum *C* 633 thesaurum *C* 638 Megare seretriam *B*, Megare feretriam *C* chalcitam *B*, calchitam *C* 639 zagcintum *B*, zacingthum *C* lesbiambo iotiam *B*, lesbiam boetiam *C* 641 ira *C* 642 Sibi *B* amare forti *B*, forte amare *C*

Quae patria aut domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.
Cedo, si hac urbe abis, amorem te hic relicturum putas?
Si id fore ita sat animo acceptumst, *in*certum pro certo habes.
Quanto te satiust rus aliquo abire, ibi esse, ibi uiuere,
Adeo dum illius te cupiditas atque amor missum facit!

Charinus

Iam dixisti?

Eutychus

Dixi.

Charinus

Frustra dixti; hoc mihi certissumumst.
Eo domum. patrem atque matrem ut meos salutem; postea
Clam patrem patria hac effugiam aut aliquid capiam consili.

Eutychus

Ut corripuit se repente atque abiit; heu misero mihi!
Si ille abierit, mea factum omnes dicent esse ignauia.
Certumst praeconum iubere iam quantumst conducier,
Qui illam inuestigent, qui inueniant; post ad praetorem ilico
Ibo, orabo ut conquistores det mihi in uicis omnibus:
Nam mihi nihil relicti quidquam aliud iam esse intellego.

DORIPPA MULIER. SYRA ANUS.

Dorippa

Quoniam a uiro ad me rus aduenit nuntius
Rus non iturum, flexi ego ingenium meum;

---

647 forte *C* ita sit animo *B* acceptum est certum id pro certo si habes 648 stat lustrus *B* 651 ineos *C* 653 corripiuit *C* 654 mea omnis *C* 655 lubere C 657 Ibo *om.* *C* conquisitores 660 feci

Reueni, ut illum persequar, qui me fugit.
Sed anum non uideo consequi nostram Syram.
Atque eccam incedit tandem. Quin is ocius?

Syra

Nequeo mecastor; tantum hoc onerist, quod fero.

Dorippa

Quid oneris?

Syra

Annos octoginta et quattuor;
Et eodem accedit seruitus, sudor, sitis;
Simul haec, quae porto, deprimunt.

Dorippa

Aliquid cedo,
Qui hanc uicini nostri *rite* aram augeam.
Da sane hanc uirgam lauri. Abi tu intro.

Syra

Eo.

Dorippa

Apollo, quaeso te, ut des pacem propitius,
Salutem et sanitatem nostrae familiae,
Meoque ut parcas gnato pace propitius.

Syra

Disperii; perii, misera; uae miserae mihi!

Dorippa

Satin tu sana es, obsecro? quid eiulas?

Syra

Dorippa, mea Dorippa!

662 syriam *B* 663 incedit eccam 668 rite *om.* augeram 669 SY. De *B*, SY. Da *C* DOR. eo *B*, *spatium C* 670 DO. *om. B* 672 parce *C* 673 Dispersi 674 quod uolebas *B*

Dorippa

Quid clamas, Syra?

Syra

Nescio quaest mulier intus hic in aedibus.

Dorippa

Quid, mulier?

Syra

Mulier meretrix.

Dorippa

Ueron serio?

Syra

Nimium scis sapere, ruri quae non manseris.
Quamuis insipiens poterat persentiscere
Illam esse amicam tui uiri bellissumi.

Dorippa

Credo mecastor.

Syra

I hac mecum, ut uideas simul
Tuam Alcumenam pellicem, Iuno mea.

Dorippa

Ecastor uero istuc eo quantum potest.

LYSIMACHUS SENEX.

Parumne *hoc* est malae rei, quod amat Demipho,
Ni sumptuosus insuper etiam siet?

---

675 clamas obsecro 676 mulier quae est *C* 677 serie *C* 679 quam *C* 680 pellissumi *C* 681 Ei *B* semul 682 pelicem 684 hoc *om.*

Decem si ad cenam uoc*it*asset summos uiros,
Nimium opsonauit; sed coquos, quasi in mari
Solet hortator remiges hortarier,
Ita hortabatur. Egomet conduxi coquom;
Eum demiror non uenire, ut iusseram.
Sed quinam a nobis exit? Aperitur foris.

DORIPPA MULIER. LYSIMACHUS SENEX. SYRA ANUS.

Dorippa

Miserior mulier me nec fiet nec fuit,
Tali uiro quae nupserim; heu miserae mihi!
Em, quoi te et tua quae tu habeas commendes uiro.
Em, qu*o*i decem talenta dotis detuli,
Haec ut uiderem, ut ferrem has contumelias.

Lysimachus

Perii hercle; rure iam rediit uxor mea.
Uidisse credo mulierem *illi* in aedibus;
Sed quae loquatur, exaudire hinc non qu*e*o.
Accedam propius.

Dorippa

Uae miserae mihi!

Lysimachus

Immo mihi!

Dorippa

Disperii.

686 uocasset 689 coquam 690 Sedeum *B* Sed m *C*
691 quinam hinc a 692 Misereor *B* 695 qui talentā
696 iuderem *C* 698 illi *om.* 699 quo 700 miserere *C*

Lysimachus

Equidem hercle oppido perii miser;
Uidit. Ut te omnes, Demipho, di perduint!

Dorippa

Pol hoc est, ire quod rus meus uir noluit.

Lysimachus

Quid nunc ego faciam, nisi ut *eam* adeam atque adloquar.
Iubet saluere suus uir uxorem suam.
Urbani fiunt rustici?

Dorippa

Pudicius
Faciunt quam illi, qui non fiunt rustici.

Lysimachus

Num quid delinquont rustici?

Dorippa

Ecastor minus
Quam urbani, et multo minus mali quaerunt sibi.

Lysimachus

Quid autem urbani deliquerunt? dic mihi.

Dorippa

Qu*o*ia illa mulier intust?

Lysimachus

Uidistine eam?

Dorippa

Uidi.

Lysimachus

Quoia ea sit, rogitas?

---

702 te *om B* perdunt *B*, perdiunt *C* 703 DO. *om. B* 704 LY. *om. B* eam *om.* 705 saluare *B* 708 nunquid *C* delinquon *B* 711 Quia

Dorippa

Resciscam tamen.
[Cupio hercle scire; sed tu me temptas sciens.]

Lysimachus

Uin dicam, quoia est? Illa, illa edepol — uae mihi,
Nescio quid dicam.

Dorippa

Haeres.

Lysimachus

Haud uidi magis.

Dorippa

Quin dicis?

Lysimachus

Quin, si liceat.

Dorippa

Dictum oportuit.

Lysimachus

Non possum, ita instas; urges quasi pro noxio.

Dorippa

Scio, innoxiu's.

Lysimachus

Audacter quamuis dicito.

Dorippa

Dic igitur.

Lysimachus

Dicam —

Dorippa

Atqui dicundumst tamen.

---

713 Resiscam *B* 714 cui est *B* 719 at quid *B*

Lysimachus

Illast — etiam uis nomen dicam?

Dorippa

Nihil agis;
Manufesto teneo in noxia.

Lysimachus

Qua noxia?
Istaec quidem illa est —

Dorippa

Quae illa est?

Lysimachus

Illa —

Dorippa

Iohia!

Lysimachus

Nam, si nihil usus esset, iam non dicerem.

Dorippa

Non tu scis, quae sit illa?

Lysimachus

Immo iam scio;
De istac sum iudex captus.

Dorippa

Iudex? Iam scio;
Nunc tu in consilium istam aduocauisti tibi.

Lysimachus

Immo sic sequestro mihi datast.

Dorippa

Intellego.

---

720 Illa sunt 721 innoxia es quia *C* 722 Ista 723 Iam 725 aduocasti *C*

Lysimachus

Nihil hercle istius quidquam est.

Dorippa

Numero pur*i*gas.

Lysimachus

Nimium negoti repperi; enimuero haereo.

COQUOS. EIDEM.

Coquos

Agite, ite actutum; nam mihi amatori seni
Coquendast cena. Atque quom recogito,
Nobis coquenda est, non *quoi con*ducti sumus;
Nam qui amat, quod amat, si id habet, id habet pro cibo,
Uidere, amplecti, ausculari, adloqui;
Sed nos confido onustos redituros domum.
Ite hac. Sed eccum, qui nos conduxit senex.

Lysimachus

Ecce autem perii; coquos adest.

Coquos

Aduenimus.

Lysimachus

Abi.

Coquos

Quid, abeam?

Lysimachus

St, abi.

728 purgas
LISIMACHVS DORIPPA COCVS *B*, LYSIMACHUS COCUS. EIDEM C
731 qm *B* regito *C* 732 non ducti 734 auscultare *B*
736 Eite *B*, Fite *C* 738 Abii *B* staui *C*

Coquos

Abeam*ne*?

Lysimachus

Abi.

Coquos

Non estis cenaturi?

Lysimachus

Iam saturi sumus.

Interii.

Doripa

Quid ais tu? etiamne haec illi tibi
Iusserunt ferri, quos inter iudex datu's?

Coquos

Haecin*e* tua est amica, quam dudum mihi
Te amare dixti, quom opsonabas?

Lysimachus

Non taces?

Coquos

Satis scitum filum mulieris; uerum hercle anet.

Lysimachus

Abin dierectus?

Coquos

Haud malast.

Lysimachus

At tu malus.

Coquos

Scitam hercle opinor concubinam hanc.

---

738 abeam abii *B*. abei *C* 740 Sed interii 741 interii *B* 742 Hec in 743 dixisti qm̄ *B* 744 filium amet *B* 746 hercle opinor sane *BC*

Lysimachus

Non abis?

Non ego sum, qui te dudum conduxi.

Coquos

Quid est?

Immo hercle tu istic ipsus.

Lysimachus

Uae misero mihi!

Coquos

Nempe uxor rurist tua, quam dudum dixeras
Te odisse aeque atque anguem.

Lysimachus

Egon istuc dixi tibi?

Coquos

Mihi quidem hercle.

Lysimachus

Ita me amabit Iuppiter,
Uxor, ut ego illud numquam dixi.

Dorippa

Etiam negas?

Coquos

Non, non te odisse aiebat, sed uxorem suam.

Dorippa

Palam istaec fiunt, te me odisse.

Lysimachus

Quin nego.

Coquos

Et uxorem suam ruri esse aibat.

---

748 istuc 749 rurest *B*. rus est *C* 750 atque *om*. *BA* anguis *B*. angis *C* 752 deixi *A* 753 Non *semel C* aiebat uxorem uerum *BC* 755 Et suam uxorem ru .. *A* aiebat

Lysimachus

Haec east.

Quid mihi molestu's?

Coquos

Quia me non nouisse ais.

Nisi metuis tu istanc.

Lysimachus

Sapio; nam mihi unicast.

Coquos

Uin me experiri?

Lysimachus

Nolo.

Coquos

Mercedem cedo.

Lysimachus

Cras petito; dabitur; nunc abi.

Dorippa

Heu miserae mihi!

Lysimachus

Nunc ego uerum illud uerbum esse experior netus,
Aliquid mali esse propter uicinum malum.

[Coquos

Cur hic adstamus? quin abimus? Incommodi
Si quid tibi euenit, id non est culpa mea.

Lysimachus

Quin me eradicas miserum.

Coquos

Scio iam, quid uelis;

Nempe me hinc abire uis.

Lysimachus

Uolo, inquam.

756 molestus es *C* 757 Ni *BC*, . . si *A* 758 uein *A* uolo *BC* dabo *C* 759 eu *BC* 761 esset *B* 762 heic *A* quein *A* habimus *B* 763 Si quid secus tibi euenit *A* 764 Quein *A* erradicas *A*, radicas *BC* 765 hic *B* ueis *A*

Coquos

Abibitur.

Drachmam dato.

Lysimachus

Dabitur.

Coquos

Dari ergo sis iube.
Dari potest interea, dum illi ponunt.

Lysimachus

Quin abis?]
Potine ut molestus ne sis?

Coquos

Agite, adponite
Opsonium istuc ante pedes illi seni.
Haec uasa aut mox aut cras iubebo abs te peti.
Sequiminin?

Lysimachus

Fortasse illum mirari coquom,
Quod uenit atque haec attulit. Dicam, id quid est.

Doripa

Non miror, si quid damni facis aut flagiti,
Nec pol ego patiar sic me nuptam tam male
Measque in aedis sic scorta obductarier.
Syra, i rogato meum patrem uerbis meis,
Ut ueniat ad me iam simul tecum *huc.*

Syra

Eo.

Lysimachus

Nescis, negoti quid sit, uxor, obsecro.

766 Drachman *B*, dragmam *C* darei *A* 767 Darei *A* 768 seis *A* 770 uassa *A* 771 sequimini *B* te illum 772 id *om. BC* qui *C* 773 sei *A* damnei *A* 774 seic *A* 775 aedeis seic *A* 776 ei *B* uerbeis meeis *A*, meis uerbis *C* 777 ad te iam *C* semul huc *om.* 778 nesceis *A*

Conceptis uerbis iam ius iurandum dabo,
Me numquam quidquam cum illa — Iamne abiit Syra?
Perii hercle. Ecce autem haec abiit; uae misero mihi!
At te, uicine, di deaeque perduint
Cum tua amica cumque amationibus!
Suspicione inpleuit me indignissume;
Conciuit hostis domi † uxor acerrumast.
Ibo ad forum atque haec Demiphoni eloquar,
Me istanc capillo protracturum esse in uiam,
Nisi hinc abducit, quo uolt, ex hisce aedibus.
Uxor, heus uxor, quamquam tu irata es mihi,
Iubeas, si sapias, haec *hinc* intro auferrier;
Eadem licebit mox cenare rectius.

SYRA ANCILLA. EUTYCHUS. ADULESCENS.

Syra

Era quo me misit, ad patrem, non est domi;
Rus abiisse aibant; nunc domum renuntio.
[Ecastor lege dura uiuont mulieres,
Multoque iniquiore miserae quam uiri.
Nam si uir scortum duxit clam uxorem suam,
Id si resciuit uxor, inpunest uiro;
Uxor uirum si clam domo egressast foras,
Uiro fit causa; exigitur matrimonio.
Utinam lex esset eadem, quae uxori est, uiro.

---

779 Concepteis uerbeis *A* 782 perdunt 784 Suspitionibus *B* 787 istac *B* protacturum *B* 788 his caedibus *B* 790 sapeas *B* hinc *om.* 792 qm̄ *B* 793 abisse aiebant 794—805 *leguntur post 817* 798 uiro 800 *sq.* uxori est uno uiro *omissis mediis B*

Nam uxor contentast, quae bonast, uno uiro;
Qui minus uir una uxore contentus siet?
Ecastor faxim, si itidem plectantur uiri,
Ut illa*e* exiguntur, quae in se culpam conmerent,
Plures uiri sint uidui quam nunc mulieres.]

Eutychus

Defessus sum urbem totam peruenarier:
Nihil inuestigo quidquam de illa muliere.
Sed mater rure rediit; nam uideo Syram
Adstare ante aedis. Syra.

Syra

Quis est, qui me uocat?

Eutychus

Erus atque alumnus tuus sum.

Syra

Salue, alumne *mi.*

Eutychus

Iam mater rure rediit? responde mihi.

Syra

Cum quidem salute familia*i* maxuma.

Eutychus

Quid istuc negotist?

Syra

Tuus pater bellissumus
Amicam adduxit intro in aedis.

Eutychus

Quo modo?

---

803 *sequitur* Si quis clam uxorem duxerit scortum suam 804 illa insculpam conuenirent *B* 805 sunt *C* 807 inuestigio *C* 810 alumnū *C* mi *om.* 812 a familia

Syra

Adueniens mater rure eam offendit domi.

Eutychus

Pol haud censebam istarum esse operarum patrem.
Etiam nunc mulier intust?

Syra

Etiam.

Eutychus

Sequere me.

CHARINUS ADULESCENS.

Limen superum*que* inferumque salue, simul autem uale;
Hunc hodie postremum extollo mea domo patria pedem.
Usus, fructus, uictus, cultus iam mihi harunc aedium
Interemptust, interfectust, alienatust; occidi.
Di penates meum parentum, familiai Lar pater,
Uobis mando, meum parentum rem bene ut tutemini;
Ego mihi alios deos penates persequar, alium Larem,
Aliam urbem, aliam ciuitatem; ab Atticis abhorreo.
Nam ubi mores deteriores increbrescunt in dies,
Ubi, qui amici, qui infideles sint, nequeas pernoscere,
Ubique id eripiatur, animo tuo quod placeat maxume,
Ibi quidem si regnum detur, non cupitast ciuitas.

---

817 mulier nunc *B* intus est *Sequuntur 794—805*
In titulo ADOLESCENS *om. B*

818 superam *B* uabe *C*, salue *B* 822 familiae 824 penatis 827 Ubique amici sient 828 Ubi quid *C*, Ubi qui *B* matume *C* 829 est cupita *C*, est cupida *B*

EUTYCHUS. CHARINUS.

Eutychus

Diuom atque hominum quae inperatrix atque era eadem es hominibus,
Spem *in*speratam quom optulisti hanc mihi, tibi grates ago.
Ecquisnam deus est, qui mea nunc laetus laetitia fuat?
Domi erat, quod quaeritabam. Sex sodalis repperi,
Uitam, amicitiam, ciuitatem, laetitiam, ludum, iocum.
Eorum inuentu res simitu pessumas pessum dedi,
Iram, inimicitiam, stultitiam, exitium, pertinaciam,
Maerorem, lacrumas, exsilium, inopiam, solitudinem.
Date di, quaeso, conueniendi mihi eius celerem copiam.

Charinus

Apparatus sum, ut uidetis. Abicio superbiam;
Egomet mihi comes, calator, equos, agaso, armiger;
Egomet sum mihi inperator, idem egomet mihi obedio;
Egomet mihi fero, quod usust. O Cupido, quantus es!
Nam tu quemuis confidentem facile tuis factis facis,
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.

Eutychus

Cogito, quonam ego illum curram quaeritatum.

Charinus

Certa rest,
Me usque quaerere illam, quoquo hinc abductast gentium,

---

in titulo ADOLE . CENS *addit C* 830 Dium *B* speratrix 831 speratam quam (sperat aequom *B*, sperata cum *C*) (hunc mihi tibi) hanc mihi 832 fiat *C*, fiet *B* 833 querit abiam *B* 835 Forum *C* inuentust sim tu *B*, inuenturus simitu *C* 836 *sq.* Iram inimicitiam merorem lacrimas exilium inopiam solitudinem Stultitiam exitium pertinaciam *C*, *B post* 837 *repetit*: stultitiam exitium pertinaciam 839 utut *B* 840 caltor æquus agas armier *B* 842 occupido *B*, cupido *C* 845 ego *om. C* res est *C*

Neque mihi ulla obsistet amnis neque mons neque adeo mare,
Nec calor nec frigus metuo neque uentum neque grandinem;
Imbrem perpetiar; laborem sufferam, solem, sitim.
Non concedam neque quiescam usquam noctu neque dius
Prius profecto, quam aut amicam aut mortem inuestigauero.

Eutychus

Nescio quoia uox ad auris mihi aduolauit.

Charinus

Inuoco
Uos, Lares uiales, ut me bene iuuetis.

Eutychus

Iuppiter,
Estne illic Charinus?

Charinus

Ciues, bene ualete.

Eutychus

Ilico
Sta, Charine.

Charinus

Qui me reuocat?

Eutychus

Spes, Salus, Victoria.

Charinus

Quid me uoltis?

---

850 dnis *C*, uis *B* 852 *Hinc usque ad exitum fabulæ C personarum notas omittit; in mediis versibus spatia relicta sunt* cui noxa *B* 853 uiuetis *B*, tutetis *C*

Eutychus

Ire tecum.

Charinus

Alium comitem quaerite;
Non amittunt hi me comites, qui tenent.

Eutychus

Qui sunt ei?

Charinus

Cura, miseria, aegritudo, lacrumae, lamentatio.

Eutychus

Repudia istos comites atque hoc respice et reuortere.

Charinus

Si quidem mecum fabulari uis, subsequere.

Eutychus

Sta ilico.

Charinus

Male facis, properantem qui me conmorare; sol abit.

Eutychus

Si huc item properes, ut istuc properas, facias rectius.
Huc secundus uentus nunc est; cape modo uorsoriam.
Hic fauonius serenust, istic auster imbricus.
Hic facit tranquillitatem, iste omnis fluctus conciet.
Recipe te ad terram, Charine, huc; nonne ex aduorso uides
Nubes? ater imber instat. Adspice nunc, sinistera
Caelum ut est splendore plenum *atque claritudine.*

---

856 aliuni *C* 857 hic *B* 858 lacrum uel *B* 861 commemorare *C* 864 serenus fauonius est hic *C* 865 coniciet *B* 866 Recipite non me *B* 867 Nubisater imberque aspiciae non ad sinistram atque detis *B*, aspice non at sinistera atque ut detis *C* 868 ut ė splendore *B*, ut splendore est *C* plenum ex aduorso uides

Charinus

Religionem illic *mi* obiecit; recipiam me illuc.

Eutychus

Sapis.

O Charine, contra pariter fer gradum et confer pedem.
Porrige brachium.

Charinus

Prehende. Iam tenes?

Eutychus

Teneo.

Charinus

Tene.

Eutychus

Quo nunc ibas?

Charinus

Exsulatum.

Eutychus

Quid ibi *ut* faceres?

Charinus

Quod miser.

Eutychus

Ne paue; restituam iam ego te, in gaudio antiquo ut sies.
Maxume quod uis audire, id audi*e*s; quod gaudeas,
Studio*se adportans* amicus uenio multum beneuole*ns*.
Tuam amicam

Charinus

Quid eam?

Eutychus

Ubi sit, ego scio.

---

869 illi *C* mi *om.* 870 garine 871 brachium prende CH. teneo. EU. tene 872 Quod quitibi *C* ut *om.* facere uis *B*, facer his *C* miser st *C* 873 gaudiantiq' *C*, gaudiant' *B* sis 874 id *om. B* audis 875 Studio amicus at uenio *C*, Sta ilico amicus at uenio *B* bene uoles

Charinus

Tune obsecro?

Eutychus

Sanam et saluam.

Charinus

Ubi eam saluam?

Eutychus

Ego scio.

Charinus

Ego me mauelim.

Eutychus

Potin ut animo sis tranquillo?

Charinus

Quid si mi animus fluctuat?

Eutychus

Ego istum in tran*quillo*, quieto tuto sistam; ne time.

Charinus

Obsecro te, *e*loquere *propere*, ubi sit, ubi eam uideris.
Quid taces? dic; enicas me miserum tua re*ti*centia.

Eutychus

Non longe hinc abest a nobis.

Charinus

Quin conmonstras, si uides?

Eutychus

Non uideo hercle nunc; sed uidi modo.

876 tu me atumne obsecro *C* 877 quo ego scio *B* mauetim *C*, malim *B* 878 tranquillā sint antimus fluctuant 879 trans quieto tuto *C*, tranquietu o *B* 880 te loquere ubi uederis *C* 881 recentia 882 quin (Cum *B*) ergo cōmostrasset ut uides 883 si uidit *B*, sit uidim *C*

Charinus

Quin me ut uideam facis?

Eutychus

Faciam.

Charinus

Longum istuc amantist.

Eutychus

Etiam metuis? Omnia
Conmonstrabo. Amicior mihi nullus uiuit atque is est,
Qui illam habet, neque est qu*o*i magis me melius uelle aequom siet.

Charinus

Non cura istu*n*c; de illa quaero.

Eutychus

De illa ergo ego dico tibi.
Sane hoc non in mentem uenit dudum, ut ob*icerem moram*.

Charinus

Dic igitur, ubi illa est?

Eutychus

In nostris aedibus.

Charinus

Aedis probas!
Si tu uera dicis, pulcre aedificatas arbitro.
Sed qui ego istuc credam? Uidisti an de audito nuntias?

Eutychus

Egomet uidi.

---

883 quem ego uideo *B* 884 lon .... cum istunc emittuis *C* 885 Cum monstrabor *B*, Conmonstrabor *C* 886 est qui magis *C*, est cum magis *B* me uelle me melius sient 887 curam de istuc ulla *B*, ullā *C* 888 ut tibi *B* ut ob *C* 891 quid uidistis ante audito inotias 892 Egomes *C*

Charinus

Quis eam adduxit ad uos?

Eutychus

Enim inique rogas.

[Charinus

Uera dicis?

Eutychus

Nihil Charine te quidem quidquam pudet.]
Quid tua refert, quicum istuc uenerit, dum istic si*e*t.
Est profecto.

Charinus

Opta ergo ob istu*n*c nuntium quiduis tibi.

Eutychus

Quid si optabo?

Charinus

Deos orabo, ut eius facia*n*t copia*m*.

Eutychus

Derides.

Charinus

Seruata res est demum, si illam uidero.
Sed quin ornatum hunc reicio? Heus, aliquis actutum huc foras
Exite, illinc pallium mihi ecferte.

Eutychus

Em, nunc tu mihi places.

892 ad *om.* *C* enim *om.* 894 Quid amare fert *B*, quid ima refert *C* istac istuc sit 895 CH. Est profecto. EU. *B* istuc 896 CH. Quid *B* sit *C* EU. deos *B* orato *B*, oratato *C* faciat copia 897 CH. *B* deridis seruata illa uideor 898 Sed cum ornatum *B* aliquis est hunc 899 haec ferte Hem mihi ut places

Charinus

Optume aduenis, puere; cape chlamydem, atque istic sta ilico,
Ut, si haec non sint uera, inceptum hoc itiner perficere exsequar.

Eutychus

Non mihi credis?

Charinus

Omnia equidem credo, quae dicis mihi.
Sed quin intro ducis me ad eam, ut uideam?

Eutychus

Paulisper mane.

Charinus

Quid manebo?

Eutychus

Tempus non est intro eundi.

Charinus

Enicas.

Eutychus

Non opus est, inquam, nunc intro te ire.

Charinus

Responde mihi.
Qua causa?

Eutychus

Operae non est.

Charinus

Cur?

---

900 aduenieus atque haec istinc sat 901 sit *B* incoeptum *C* itimere 902 quia edicis tibi *B* 903 Sed cum intro *B* 905 res . . . ponde

Eutychus

Quia non est illi commodum.

Charinus

Itane? Commodum illi non est, quae me amat, quam ego contra am*o*?
Omnibus me ludificatur hic modis. Ego stultior,
Qui isti credam. Non morabor; chlamydem sumam denuo.

Eutychus

Mane parumper atque haec audi.

Charinus

Cape sis, puer, hoc pallium.

Eutychus

Mater iratast patri uehementer, quia scortum sibi
Ob oculos adduxerit in aedis, dum ruri ipsa abest.
Suspicatur illam amicam esse illi.

Charinus

Zonam sustuli.

Eutychus

Eam rem nunc exquirit intus.

Charinus

Iam machaerast in manu.

Eutychus

Nunc si eo te*d* intro ducam —

Charinus

Tollo ampullam atque hinc eo.

---

906 commodi 907 contra iam *B*, contraham *C* 908 hic ludificatur me stultitior *B* 909 Quid istic reddam *C* commoratur 911 Mane *B*, *om.* *C* 912 oculis 913 Sonam 914 macharest *B*, macharast *C* 915 Nam scio *B* te ampullū *B*

Eutychus

Mane, mane, Charine.

Charinus

Erras; me decipere *es* haud potis.

Eutychus

Neque uolo edepol.

Charinus

Quin tu ergo itiner exsequi meum me sinis?

Eutychus

Non sino.

Charinus

Egomet me moror. Tu, puere, abi hinc intro ocius.
Iam in currum conscendi; iam lora in manus cepi meas.

Eutychus

Sanus non es.

Charinus

Quin, pedes, uos in curriculum conicitis
In Cyprum recta, quandoquidem pater mihi exsilium parat?

Eutychus

Stultus es; noli istuc, quaeso, dicere.

Charinus

Ah, certum exsequist,
Operam ut sumam ad peruestigandum, ubi sit illaec;

Eutychus

Quin domist.

---

916 decipere haud potest 917 edepol uolo *B* iter *B* metum *B* finis *C* 918 ego puer *B* 919 cursum *B* uescendi *B*, escendi *C* hora *B* 922 ah *om.* 923 uestigandum *B* EU. *om.*

Charinus

Nam hic quod dixit, id mentitust.

Eutychus

Uera dixi equidem tibi.

Charinus

Iam Cyprum ueni.

Eutychus

Quin sequere, ut illam uideas, quam expetis.

Charinus

Percontatus non inueni.

Eutychus

Matris iam iram neglego.

Charinus

Porro proficiscor quaesitum. Nunc perueni Chalcidem;
Uideo ibi hospitem Zacyntho; dico, quid eo aduenerim;
Rogito, quis eam *a*uexerit, quis habeat, si indaudiuerit.

Eutychus

Quin tu istas omittis nugas ac mecum huc intro ambulas?

Charinus

Hospes respondit Zacynthi ficos fieri non malas;

Eutychus

Nihil mentitust.

Charinus

Sed de amica se indaudi*u*isse autumat,
Hic Athenis esse.

---

924 CH. *om.* Nam id quod *C* 927 calcidem *C* 928 zacynto *BC* 929 Cogito uexerit si ibi inde audiuerit 930 Cum *B* naugas *C* 931 zacynno *C*, zacintho *B* 932 inaudisse *B*, inaudiissē *C* autumant

Eutychus

Calchas iste quidem Zacynthiust.

Charinus

Nauem conscendo; proficiscor ilico; iam sum domi;
Iam redii *de* exsilio. Salue, mi sodalis Eutyche.
Ut ualuisti? Quid parentes mei? ualent mater pater?
Bene uocas; benigne dicis. Cras apud te; nunc domi.
Sic decet; sic fieri oportet.

Eutychus

Eia, quae mihi somnias?
Hic homo non sanus.

Charinus

Medicari amicus quin properas *mihi?*

Eutychus

Sequere sis.

Charinus

Sequor.

Eutychus

Clementer, quaeso; calces deteris.
Audin tu?

Charinus

Iam dudum audiui.

Eutychus

Pacem componi uolo
Meo patri cum matre; nam nunc est irata

Charinus

I modo.

---

933 calcas zacyntust *B* 934 CH. *om.* ilico ea sum 935 redi exilio CH. Salue *B* mihi eutice 936 parentis metuat mater dati 937 benigna ae *B*, benignæ *C* non 938 Si fierit *B* eloquenisomnias 939 homo insanus *B* mihi *om.* 940 Seque reses

Eutychus

Propter istanc.

Charinus

I modo.

Eutychus

Ergo cura.

Charinus

Quin tu ergo i modo;
Tam propitiam reddam, quam quom propitiast Iuno Ioui.

DEMIPHO LYSIMACHUS, SENES II.

Demipho

Quasi tu numquam quidquam adsimile huius facti feceris.

Lysimachus

Edepol numquam. Caui, ne quid facerem qui fierem miser;
Nam mea uxor propter illam tota in fermento iacet.

Demipho

At ego expur*i*gationem habebo, ut ne suscenseat.

Lysimachus

Sequere me. Sed exeuntem filium uideo meum.

---

945 *proximo postponitur* *B*, facerem nix uiuum ser *C* 946 LY. *om.* facere multum miser 947 prope illam *B*, propte ellam *C* 948 ergo expurgationem

EUTYCHUS ADULESCENS. EIDEM. C

Eutychus

Ad patrem ibo, ut matris iram sibi esse sedatam sciat.
Iam redeo.

Lysimachus

Placet principium. Quid agis? quid fit, Eutyche?

Eutychus

Optuma opportunitate ambo aduenistis.

Lysimachus

Quid rei est?

Eutychus

Uxor tibi placata et placidast. Cette dextras nunc iam.

Lysimachus

Di me seruant.

Eutychus

Tibi amicam nullam esse nuntio.

Demipho

Di te perdant! Quid negoti est nam, quaeso, istuc?

Eutychus

Eloquar.
Animum aduortite igitur ambo.

Lysimachus

Quin tibi ambo operam damus.

SENES IDEM *B* C *om. B* 950 *proximo postponitur* Appatrem *C* 951 DE. fiet *B* eutice *C* 952 oportunitatem ut uenistis *B*, aut uenistis *C* 953 placida et placatast certe 956 DE. Quid *B*

Eutychus

Qui bono sunt genere nati, *si* sunt ingenio malo,
Suapte culpa genere cedunt, genus ingeni*o quo*m inprobant.

Demipho

Uerum hic dicit.

Lysimachus

Tibi ergo dicit.

Eutychus

Eo illud est uerum magis;
Nam te istac aetate haud aequom fuerat filio tuo
Adulescenti amanti amicam eripere emptam argento suo.

Demipho

Quid tu ais? Charini amicast illa?

Eutychus

Ut dissimulat malus!

Demipho

Ille quidem illam sese ancillam matri emisse dixerat.

Eutychus

Propterea igitur tu mercatu's, nouos amator, uetus puer?

Lysimachus

Optume hercle; perge *porro.* Ego adsistam hinc altrin-
secus.
Quibus est dictis dignus, usque oneremus ambo.

Demipho

Nullus sum.

Eutychus

Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam;

957 nati sunt 958 genere capiunt genus ingenium 960 aetatē 961 emptam argento eripere 962 charine atnicast *C* 965 porro *om.* ergo *C* alterin secus

Quem quidem hercle ego, in exsilium quom iret, redduxi domum;
Nam ibat exsulatum.

Demipho

An abiit?

Eutychus

Etiam loquere, larua?
Temperare istac aetate istis dece*ba*t te artibus,

[Demipho

Fateor; deliqui profecto.

Eutychus

Etiam loquere, larua?
Uacuum esse istac ted aetate his decebat noxiis.]
Itidem ut tempus anni aetate*m* aliam aliud factum condecet.
Nam si istuc ius est, senecta aetate scortari senes,
Ubi locist res summa nostra publica?

Demipho

Ei, perii miser.
[Adulescentes rei agendae isti magis solent opera*m* dare.]
Iam obsecro hercle habete uobis cum porcis, cum fiscina.

Eutychus

Redde filio.

Demipho

Sibi habeat iam, ut uolt; per me habeat licet.

Eutychus

Temperi edepol, quoniam, ut aliter facias, non est copia.

---

968 ergo *C* reduxi 969 ibit *C*, exibat *B* exilium *B* 970 decet 972 istac aetate diis decebat *B* 973 aetate conuenit 974 istuc iuus *C*, istu cuius *B* 976 agenda c̄ magis *B* opera 977 uobis habete 978 EU. *om.* filio sibi habeas. EU. per me sibi habeat 979 EU. *om.* Temper *C*, Temperare *B* copie *B*, copiæ *C*

Demipho

Supplici sibi sumat quod uolt ipse ob hanc iniuriam;
Modo pacem faciatis oro, ut ne mihi iratus siet.
Si hercle sciuissem siue adeo ioculo dixisset mihi
Se illam amare, numquam facerem ut illam amanti abducerem.
Eutyche, te*d* oro — sodalis eius es — serua et subueni.
Hunc senem para clientem; memorem dices benefici.

Lysimachus

Ora, ut ignoscat delictis tuis atque adulescentiae.

Demipho

Pergin tu autem in me superbe inuehier? Spero ego mihi quoque
Tempus tale euenturum, ut tibi gratiam referam parem.

Lysimachus

Missas iam ego istas artes feci.

Demipho

Et quidem ego dehinc iam.

Lysimachus

Nihil *agis*.
Consuetudine animus rursus te huc inducet.

Demipho

Obsecro,
Satis iam ut habeatis. Quin loris caedite etiam, si lubet.

---

980 sibi *om. C* quid 981 faciat misero ut *B* iratus est 982 loculo 983 Sed *C* 984 te esse rura et 985 para me benefiet *B* 986 LY. *om.* deliciis 987 LIS. autem huc superbe *B*, autem hia superbe *C* inuehere 989 LYS. *om.* Missus artificiet agis *om.*

Lysimachus

Recte dicis; sed istuc uxor faciet, quom hoc resciuerit.

Demipho

Nihil opust resciscat.

Eutychus

Quid istic? Non resciscet; ne time.
Eamus intro; non utibilist hic locus, factis tuis,
Dum memoramus, arbitri ut sint qui praetereant per uias.

Demipho

Hercle qui tu recte dicis; eadem breuior fabula
Erit; eamus.

Eutychus

Hic est intus filius apud nos tuus.

Demipho

Optumest. Illac per hortum nos domum transibimus.

Lysimachus

Eutyche, hanc uolo prius rem agi, quam meum intro refero pedem.

Eutychus

Quid istuc est?

Lysimachus

Suam quisque homo rem meminit. Responde mihi:
Certon scis non suscensere mihi tuam matrem?

Eutychus

Scio.

Lysimachus

Uide *modo*.

---

992 qm̄ *B* 993 LIS. Quid *B* non rescisset *C* 994 utibile si *C*, ut si *B* 995 arbitrium sint *B* 997 tuos *B* 999 magis *B* introire fero *B* 1000 honorē *B* 1001 certen *C*

Eutychus

Me uide.

Lysimachus

Sat habeo; sed quaeso hercle, etiam uide.

Eutychus

Non mihi credis?

Lysimachus

Immo credo; sed tamen metuo miser.

Demipho

Eamus intro.

Eutychus

Immo dicamus senibus legem censeo,
Priusquam abeamus, qua se lege teneant contentique sint.
Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus
Seu maritum siue hercle adeo caelibem scortarier,
Cum eo nos hac lege agemus: inscitum arbitrabimur,
Et per nos quidem hercle egebit qui suum prodegerit.
Neu quisquam posthac prohibeto adulescentem filium,
Quin amet et scortum ducat, quod bono fiat modo.
Si quis prohibuerit, plus perdet clam, *quam* si praebuerit palam.
Haec adeo uolo ex hac nocte primum lex teneat senes.
Bene ualete atque, adulescentes, haec si uobis lex placet,
Ob senum hercle industriam uos aequom est clare plaudere.

1002 Uideo me fide. LIS. satis habeo id quaeso (i dq' se *C*) 1003 [EV] Γ. Non *B* [LIS] A. Immo *B* 1004 [D] B. Eamus *B* [E] Γ. Immo *B* leges [LIS] A. censeo *B* 1005 habeamus 1006 [LIS] A. Annos gnatus *B* querit *B* 1007 maritum seu hercle scotarier *B* 1008 hic 1010 filia 1212 clam si prohibuerit 1013 adeo ut ex *B*, adō ut ex *C*

COMMENTARIUS

IN

MILITEM GLORIOSUM.

Pleusicles adolescens nobilis Atheniensis Philocomasium meretricem amabat; sed dum rei publicæ causa Naupactum proficiscitur, Pyrgopolinices miles, quum apud lenam puellæ matrem se insinuasset, per fraudem et vim Philocomasium in navem coniecit et Ephesum secum abduxit. Palæstrio, Pleusiclis servus, ut hoc hero nuntiaret, profectus a piratis captus est. Hi Pyrgopolinici eum dono dederunt, in cuius ædibus quum puellam invenisset eamque comperisset nihil magis cupere quam ut Athenas ad priorem amatorem reverteretur, epistola missa herum Ephesum arcessivit. Is ad Periplecomenum paternum hospitem devertitur, cuius ædes vicinæ atque adeo contiguæ militis ædibus erant. Palæstrio communi pariete perfosso amantibus conveniendi copiam facit; quos ubi osculantes vidit alter militis servus, ne hoc domino nuntiet, festivis dolis efficit. Nam geminam Philocomasii sororem Ephesum advenisse simulans puellamque per parietem transeuntem modo hic modo illic ostendens conservum eo perducit, ut non unam sed duas se vidisse credat. Sed ut miles puellam a se dimittat, fraude efficitur ad ingenium eius aptissima. Erat enim vanus ille homo adulter fœdissimus omnesque mulieres sui cupidas esse putabat. Itaque cum Periplecomeno consilium initur, ut meretricem quandam uxorem suam esse simulet, ea autem militis amore se perire simulans anulo misso eum ad se invitet. Homo turpissimus tali adulatione facile captus, ut novo amori vacuum locum faciat, Philocomasium sponte dimittit donis insuper additis, ipse amoris potiendi causa vicini ædes intrat. Quo facto corripitur et verberatur nec ante dimittitur, quam summo timore

perculsus et μὴ μνησικακήσειν promisit et servis se verberantibus pecuniam dedit.

Hoc argumento audito plerosque arbitror iudicaturos esse, egregiam inde fabulam fieri posse optimoque poeta dignam; nam et rerum et personarum varietate excellit, et pericula gravissima iis rebus superantur. quæ in ipso argumento insunt, alterorum virtute et audacia, alterorum stupiditate et nequitia. Nihilo minus fuerunt qui reprehenderent, ac non unum sed duo argumenta esse dicerent tenui vinculo coniuncta, unde effici putarunt. Plautum non unam fabulam Græcam imitatum esse, sed duas contaminasse; Lusciano enim convicio gaudent viri docti. Quod quum Ladewigius et Lorenzius probare conati essent, quamvis Brixius prudenter reiecerit, F. Schmidtius tamen (Annal. phil. supplem. IX. p. 391) denuo pluribus exposuit; quasi integræ fabulæ esset argumentum illud de pariete perfosso et servo ludibrio habito, ac non omnes dicturi fuerint, tum demum finitam esse fabulam, ubi puella liberata esset milesque pænas dedisset. Sin autem hoc ipsum, ut Philocomasium a milite liberata amatori reddatur, legitimum fabulæ argumentum esse dicit et poetam, quod eius simplicitate parum contentus aliarum id rerum varietate distinxerit, vituperat, paucos, credo, sibi habebit assentientes. Longitudo autem fabulæ quem offendit, is et aliis additamentis inquinatam esse et eius scenæ, quæ vulgo actus tertii prima dicitur, maximam partem (v. 617—765) a Plauto alienam videri reputet. Mihi nulla causa esse videtur. cur non unam aliquam Græcam fabulam Plauto obversatam esse credam, ita quidem ut solita et iure concessa addendi omittendi mutandi licentia uteretur.

Græcum fabulæ nomen Ἀλαζών fuit, v. 86, auctor ignotus est. Menander quidem pariete perfosso ita ut ex vicinis ædibus puella clam intrare possit, in Phasmate usus est, quod quum iam Donatus ad Terentii Eunuch. v. 9 commemorasset, nuper invento fragmento illius fabulæ confirmatum est (v. Jernstedt. Fragmenta Porphyriana Comoediæ Atticæ, Petrob. 1891 p. 151 sqq.) Quod nostræ fabulæ argumentum eodem artificio nititur, notari debet, sed nihil inde effici posse videtur. Ipsum autem illud commentum de pariete perfosso ex India repe-

tendum putavit Dunlop, History of Roman literature I p. 200, quia exstet in collectione fabularum Arabicarum, quæ Latine versa inscribitur „Septem magistrorum sapientium". Sed in antiquioribus harum fabularum corporibus, Hebraico et Græco, et hæc fabula desideratur et Petroniana illa de muliere Ephesia, ut suspicari liceat utramque ex Latinis litteris additam esse (v. Ussing, Den yngre attiske Komedie og dens latinske Bearbejdere p. 43. Zarncke in Mus. Rhen. XXXIX p. 1 sqq.). Gravius est, quod eadem in narrationibus Arabicis M I noctium invenitur, quo ex Latino fonte eam immigrasse non est veri simile. Sed nihil obstat, quo minus post Alexandri magni ætatem Græca apud Persas aliasque gentes vulgata esse credamus, ut ne inde quidem probari possit, Indum aut Persam potius quam Græcum hominem primum huius fabulæ auctorem fuisse, v. Ribbeck. Alazon p. 72. sq.

Ne quo tempore quidem fabula scripta sit, pro certo definiri potest; nam nec Seleucus rex non addito cognomine nominatus nec legatio Atheniensium Naupactum ad Ætolos missa aliud probant, nisi quod sponte apparet, ad novæ comœdiæ ætatem fabulam pertinere. Latine dicta est **Miles gloriosus**; nam qui ex interpretatione adiectivi Græci v. 87 „Gloriosum" nec ultra appellatam esse contenderunt (Lessingius et Fleckeis.), ii vel loco, quem in fabularum ordine tenet, vel argumento acrosticho refutantur (cf. Mus. Rhen. XXII p. 303 sq.). Inter priores autem Plauti fabulas Militem gloriosum numerare licet, si quidem v. 213 Nævius poeta etiam nunc vivus commemoratur, quem a. 204 a. Chr. n. mortuum esse antiqui commentarii testabantur (Cic. Brut. 15, 60). Mira etiam inter Plautinas fabulas numerorum simplicitate insignis est; nam absunt omnino quæ proprie cantica appellare solemus; omnia vel senariis scripta sunt vel septenariis, et his quidem trochaicis et iambicis, semel (v. 1007—88) anapæsticis.

Ex hac fabula ut ex uberrimo fonte quot postea fluxerint vel fabulæ vel fabularum partes et personæ, enumerare longum est. Quid enim frequentius est in antiquis Italorum, Hispanorum, Gallorum, Anglorum comœdiis quam milites isti gloriosi (capitani) horrendis nominibus insignes, ignaviam animi inani

iactantia tegentes? Hi autem quum ex ipsa hominum vita tum magis etiam ex Plauto et Terentio expressi sunt. Ad Plauti Pyrgopolinicem, ut aliqua proferam exempla, proxime accedunt Galli poetæ Joannes Antonius de Baif in „Le Brave“, Cyranus Bergerac in „Le pédant joué“, Scarron in „Jodelet“, imprimis Cornelius in „L'Illusion comique“; ad Thrasonem Terentii propius accedunt Petrus Aretinus in „La Talanta“ et Holbergius nostras in „Jacob v. Thybo“.

Milites gloriosi, qui in fabulis comœdiæ mediæ et recentioris tam sæpe occurrunt, mercenariorum militum duces sive redemptores sunt*); nam inde ab initio quarti a. Chr. n. sæculi pleraque bella non regum solum, sed etiam liberarum civitatum mercenario milite gerebantur. Eiusmodi homines sæpe a comicis ridentur; nec enim virtute et fortitudine, sed vana gloriatione nomen sibi faciebant, bella pugnasque crepantes, quibus numquam interfuerant, ignavi et stupidi, nullis blanditiis non facile credentes nec ludibrio se haberi animadvertentes, plerumque divitiis afluentes, quas cum meretricibus profundebant. Iactantiæ causa nomina sibi imponebant magnifica, ex belli gloria petita et interdum longitudine insignia. Noti sunt Thraso ex Eunucho Terentii, Cleomachus Bacchidum, Stratophanes Truculenti, Antamoenides Poenuli, Polymachaeroplagides Pseudoli, Therapontigonus Platagidorus Curculionis; in hac fabula nominatur *Pyrgopolinices,* quasi turrium urbiumque expugnator. Huic additur parasitus, *Artotrogus*, quasi ἀρτότρωξ, panivorus, appellatus, cf. „Miccotrogus“ Stich. 245. *Palæstrio* servus appellatur, cuius dolo et quasi luctandi arte et exercitatione tota res geritur. *Pleusicles* est adolescens, quasi navigando gloriam consecutus; veram nominis formam præbent AB v. 597; ante Ritschelium ex C ceterisque Pleusides scribebatur. *Periplecomenus* senex dicitur fideli cura adolescentem amplectens; in codd. Periplectomenus est, quod quum nihil esset, Ritschelius Proleg. Trin. p. LXXXVIII verum nomen restituit; superiores „Periplectomenes“. *Philo-*

*) De persona militis copiosius egerunt Lorenzius in editione fabulæ p. 243 sqq. et Ribbeckius, Alazon p. 34 sqq.

comasium puella appellatur quasi comisationes (*κώμους*) amans, *Acroteleutium* meretrix quasi omnia superans; *Milphidippæ* nomen nemo explicavit; Milphio etiam in Poenulo servi nomen est. *Sceledrus* militis servus num verum nomen obtineat, ignoramus; sunt qui *σκελεφρόν*, i. e. aridum, macilentum, fuisse putent. Utut est, in paronomasia vocis q. e. scelus ludit Plautus v. 291. 332. 496. *Lucrio*, alter militis servus, cur a lucro appellandus esset aut cur Latino potius quam Græco nomine diceretur, nulla causa fuit. Fleckeisenio Ann. phil. CI p. 846 *Λυρκίων* fuisse videbatur, et Goetzius Lurcionem appellat. Buggius in Opusc. phil. ad Madvig. p. 158 codicum scripturam tuetur, ut sit *Λοκρίων* a Locrensibus, ut *Cario* v. 1390 et 1421 *Καρίων* a Caribus.

In recensenda fabula palimpsestus Ambrosianus, cuius iam exstat accuratissimum Studemundi apographon post mortem eius a Seyfferto editum (1889) maxime in priore fabulæ parte opem tulit non exiguam. Exstant paginæ, quæ versus continuerunt 1—73, 147—213, 251—280, 346—408, 469—502, 540—613, 682—749, 789—859, 987—1063. 1117—1183, 1242 ad finem; sed ex vv. 792—1063 et 1242—1383 perpauca legi potuerunt.

Militem gloriosum cum commentariis Germanice scriptis ediderunt Lorenzius bis et Brixius bis, cum commentario Anglico R. Y. Tyrrelius ter. Contextum cum apparatu critico ed. Ribbeckius 1881, Goetzius in altera editione Ritscheliana 1891. Danice vertit J. Forchhammer 1884.

Argumentum I.

Hoc Ritschelius copiose tractavit in Ind. schol. Bonn. $18^{41}/_{42}$, Opusc. II. p. 404 sqq.

2 post *dum* hiatur, et 3 in cæsura. — 4. *eidem* trisyllabum, v. Proleg. p. 216. — 5. Excidit aliquid; *seruos ille* addidi; alii aliter. — *forat*, cf. Most. 53. — 6. *Geminis*;

„immo vicinis dicendum erat“ Br. Etiam *in aedibus* parum recte dici iam antiqui editores animadverterunt potiusque dativum requiri. Ritschelius pro *clam* „scite“ scripsit, Ribb. „scitus“. Proximo autem versu Ritsch.: „Liceret ut clam convenire“, Ribb. Goetz. cum Pio: „Licere ut quiret“. Mihi probabilior videtur Acidalii emendatio pro „quiret“ *qui* scribentis, *ut qui* est enim i. q. quo, v. ad Asin. 501. add. Capt. 242. Trin. 639. — 8. *Oberrans* R. — 9. *Ridicule is* Seyffert. Philol. XXV p. 439; non ridiculis aut ridiculariis, sed fallaciis luditur. — 13. *in domo* ed. pr.

Argumentum II.

1. *ingenuam* Philocomasium fuisse in ipsa fabula nusquam legitur. Ex. v. 492 iniuria hoc effecisse argumenti auctorem veri similiter suspicatur Brix. — 2. *Naupactum is* Pylades. — 4. *inuitam* Saracenus. — 7. *Ad erum* olim em. — 8. *deuortitur* R. coll. 134 et 242. — 11. *geminam* Scutarius. *mulieris* Camerarius. — 12. *adesse* Pyl. — 13. *clientam*, v. 789. — 14. *sperat* Scutarius.

Prima scena, quæ militem et parasitum inter se colloquentes habet, illum iactantiæ, hunc adulationis egregium exemplar quamvis ad argumentum fabulæ explicandum non sit necessaria, tamen minime aliena est; nam militis ingenium tam lepide exponit, ut spectatores ridendi eius studio capiantur, eamque eius stupiditatem et vanitatem ostendit, ut eum suis vitiis captum iri facile appareat. Parasitus autem quod in reliqua fabula nullas partes habet, eius modi πρόσωπα προτατικά

apud antiquos non raro inveniuntur. Ribbeck. Alazon p. 58 affert Gymnasium Cistellariæ, Thesprionem Epidici, Grumionem Mostellariæ, Acanthionem Mercatoris, apud Terentium Sosiam Andriæ, Davum Phormionis, Hecyræ Philotin et Syram. Errarunt igitur sine dubio, qui hanc scenam non ex Alazone, unde reliqua fabula ducta est, sed ex alia nescio qua fabula Græca Plautum duxisse putarunt, nec quæ de Menandri Colace ex prologo Eunuchi Terentianæ accipimus, Beckero (Quæstion. Plautin. p. 83) persuadere debuerunt, ut ad illam fabulam hanc scenam referret; Diphili autem *Αἱρεσιτείχης*, de qua Ritschelius cogitabat, minus etiam nota est. Itaque Schmidtius etiam, quamvis secundum, qui usurpatur, actum fabulæ aliunde petitum putaret, hanc tamen scenam cum reliqua fabula arte coniunctam esse statuit.

1—4. affert Priscian. de metr. Terent. p. 421. *Curate*, satellites alloquitur. — 2. *olim*, i. e. illo tempore, cf. Poen. 353. Trin. 525. Trucul. 67. Verg. Æn. VIII, 391. — *sudum*, i. e. serenum, cf. Rud. 122: „Quin tu in paludem is exsicasque harundinem, Qui pertegamus villam, dum sudum est". Cic. Fam. XVI, 18, 3. Non. p. 31. — 3. *contra* cum *praestringat oculorum aciem* iungendum, cf. 123, al.; conseritur manus cum aliquo, non contra aliquem. — 4. *aciem in acie*, quæsita eiusdem vocis repetitio. Hiatur ante extremum creticum, vid. Proleg. p. 183. Locum afferunt Pseud. Ascon. in Divin. 46. Non. p. 34. Apuleius de deo Socratis 11. — 5 affert Donatus in Adelph. Prol. 15. — 7. *feriatam* Saracenus. — 8. *Quae misere gestit* præeuntibus aliis R., cf. Cist. 129. Ter. Andr. 520. Heaut. 190. Ad. 522. 667. Hor. Sat. I, 9, 14. Codicum (de A ambiguum testimonium est) scripturam „misera" quasi solam Plautinam frustra defendunt Seyff. Stud. p. 8 et Br.; Pyrgopolinices machæram suam miseram non erat dicturus. Deinde pro corrupto *fratem* R. ex nescio cuius coni. „stragem", sed tum „hostium", non „ex hostibus" dicendum erat. Melius igitur Muretus „farctum", Gronov. „offam", Bergk. „frusta", cf. Aristoph. Eq. 372: *περικόμματ᾽ ἐκ σοῦ σκευάσω*; (de Theophr. Char. 8: *πολὺν τὸν ζωμὸν γεγονέναι* anceps iudicium est); ego olim „cratem". — 9. *ubi* . . . *hic*,

cf. Pseud. 603. Rud. 1021: „Ubi tu hic habitas?“ Trin. 873: „Lesbonicum quaero in his regionibus ubi habitet.“ Ter. Andr. 965. — 11. *Tam* Both.. cf. Madv. Gr. Lat. 301 c not. 2. Pers. 531: „tam matulam“. Cic. ad Q. Fr. I, 1, 6, 19: „tam corruptrice provincia“. — *Mars* ed. pr. *se* add. Both. *haud* A. — 12. *ad tuas*, cf. Ter. Eun. 681: „Ne comparandus hic quidem ad illum est“. infra 964. Merc. 419. Varr. L. L. IX, 28. Liv. III, 26, 2. — 13. *Quemne*, i. e. Isne quem, v. ad Amph. 690. Continuatur interrogatio, sed de persona, non de loco, quæritur. Sequuntur nomina ridicula et vanitatis causa ficta (cf. Curcul. 444 sqq. al.) sed in codd. corrupta. Campis Camerarius nomen dedit „Gurgustidoniis“ quasi a gurgustio, Guietus „Gurgulioniis“ parum feliciter, Ritschelius aut „Gorgonidoniis“ aut „Crocodiloniis“, quorum posterius mihi probatur, sed ut *Corcodiloniis* scribam, nam corcodilum Latini dicebant, v. Proleg. p. 209; item Schoene Mus. Rhen. XVIII p. 162. — 14. *Bumbomachides* Pyladi debetur, *Clytomestoridysarchides* (Clut.) Ritschelio; illo prœlii strepitus, hoc celebritas male imperando parta significatur. Posteriori nomini quod codd. genetivi formam dant, pater significari potuit, v. Riese in Mus. Rhen. XXI p. 478, sed veri similius est cognomen poetam posuisse, ut Curc. 408. — 15. *Neptuni nepos*; Antigonus Gonatas, Macedoniæ rex, Neptuni filium appellari se voluit. — 16. *cum*, cf. 659. Pseud. 157. Enn. ap. Cic. Cat. m. 1, 1: „ille vir haud magna cum re“. ann. ad. Men. 1017. *armis* ed. pr. — 17. *legiones* Nonius p. 97: „Difflare est flatu disturbare cet.“ — 18. *aut* ed. pr. — Quum *peniculum tectorium*, i. e. penicillum, quo tectorium parietibus inducitur, foliorum modo difflare ventum non posse vidissent viri docti, Turnebus „paniculam tectoriam“ scribi voluit, arundinem intelligens qua tegebantur ædes (Rud. 123); sed paniculæ arundineæ pro arundinibus poni non possunt, v. Plin. H. N. VIII, 117. Non maiore iure Salmasius lanuginem arundinum intellexit, quam tectorio admisceri solitam esse dicit, quod unde sciat ignoro. Permanserunt tamen in eiusmodi enarrationibus, v. Lorenz. Philol. XXX p. 598, ac Ritsch. etiam „paniculum“ eadem vi scripsit, præf. Stichi p. XVII. Mihi

peniculus scribendum videtur; peniculi enim est tectorium per totum parietem spargere et diffundere. — 19. *quidemst* A. — 20. *Praeut*, v. ad Amph. 370. — *tu quae numquam* cet., hæc parasitus secum. — 22. *gloriarum*. iactantiæ. — *quam* cet. post ablativum abundant, v. ad Asin. 432. Plin. H. N. XXXV, 10. — *illic;* de variato demonstrativo in eadem persona v. ad Capt. 543. — 23. Pro „et“, quod in A omissum est, *ei* scribendum esse apparet. De hiatu v. Proleg. p. 224. Haupt.: „egomet me ei“; Ribb.: „Me sibi is habeto“. — 24. Parasitus se ipse reprehendit, quod se alio migraturum esse dixerat; nam in mentem venit, unum tamen apud militem longe optimum esse; nusquam enim melius præberi epityrum. Versum corruptum post varios conatus Ritschelius Ann. phil. XCVII p. 342 in eandem formam redegit, quam ipse ante multos annos probaveram. Adiuvabat Varro L. L. VII, 86: „Apud Plautum: Si unum epityrum estur insane bene“. De interpungendi ratione v. Bugg. Opusc. ad Madvigium p. 162; cf. Men. 598. infra 1161. „*Epityrum*“ ait Varro „vocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia usa. Id edi vehementer quum vellet dicere, dicit insane, quod insani faciunt omnia vehementer“. *Nisi*, v. ad Aul. 357. *Epityrum* ex olivis fit accurate conditis cum variis herbis, v. Cat. R. R. 119. Colum. XII, 47. — *illi*, i. e. apud illum, quod in codd. substitutum videtur contra numeros. — *estur*, v. ad Most. 230. — *insanum* A, v. ad Bacch. 757, cf. „nimium“ infra 994. — 25. *Eccum*, sc. me, cf. Ter. Heaut. 829. — *Edepol*. Sermonem, quem interruptum ægre tulit miles, renovat. *uel*, exempli causa, v. ad. Curc. 611. — 26. *praefregisti* A. — *brachium* parum considerate et ridicule dicitur in animali, ut non iniuria stupeat miles; nam quod apud posteriores, ut Plin. H. N. XI, 214, priores animalium pedes brachia dicuntur, ad Plautum non pertinet. — 27. *Illud dicere uolui*, v. ad Amph. 380. — 28. *At* cet. „*Ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ ἐρᾳδιούργουν*“, Lamb. — *indiligenter* prima correpta, v. Prol. p. 203, cf. v. 58. — *iceram* A. — 29. *conisus* simplici n, producta vocali o, scribebant, cf. Gell. II, 17, 8. Fleckeis, Fünfzig Artikel p. 14. — 30. *elephanti* Pylades. *transminceret* et A et B pr. m. teste Studem. Herm.

I p. 293, ut iam Bugg. divinaverat Tidskr. f. Phil. VI p. 9, verbum non aliunde notum, sed formatum ut eminere, prominere, al. — 31. *Nolo istaec hic nunc* sc. narrari. — *Ne ... quidem* pluribus interiectis ut Trucul. 538: „Ne mi unum uerbum quidem bonum dixit". Cic. pro Cæc. 25, 73. — *quidemst* A. — 32. *narrare* et A et B. — 33 sq. parasitus secum. — *hasce* A. — 34. *Peraudienda* et A et B; tuentur Klotz. et Bugg. Opusc. ad Madv. p. 162. Pro subiecto est proximum „quidquid", ut Poen. 483 sq. „quemquem offenderant, accidebant". Vulgo cum Guieto ex C: „Auribus perhaurienda haec sunt", aut similia. — *Dentire* dicuntur pueri, quorum dentes cum dolore proveniunt. Parasitus fame laborans dentibus suis eundem dolorem tribuit. — 36. *Ehem* A. — 37. *Factum hercle est* A. Gnathonis sequitur consilium Ter. Eun. 251 sq. — 38. Ante Geppertum (Stud. II p. 22) edebatur: „PY. Habes tabellas? AR. Uis rogare?" vulgoque interpretabantur „Rogasne?" parum Latine, unde Acidal. „Hui, rogare!" ego: „Quis rogare?" i. e. Potesne rogare? cf. ad Most. 516. Alii Boxhorni sententiam secuti „rogare" interpretantur: milites conscribere vel sacramento rogare; quumque hoc huic loco parum conveniret, vv. 38—41 post v. 71 posuerunt, quasi illa verbi vis aut constaret aut veri similis esset. Immo aliæ sunt tabellæ v. 73. quibus Pyrgopolinices mercenariorum suorum numerum conscriptum habebat, aliæ Artotrogi, quibus gesta militis consignaverat et, si quid novi ei in mentem veniebat, consignabat. Has tabellas quærit miles, quem statim interrumpens parasitus: „Num eas interrogare vis?" — 40. *mores tuos me* A. — *meditate*, v. ad Bacch. 543. — 41. *praeolat* R. ex A. De structura verbi v. ad Amph. 317, de forma ad Most. 41. — 43. *Scytholatronia* A. — 44. In A utrum Sardis, an Sardes, an Sardos fuerit, non liquet. Sardis pro antiqua nominativi forma capiendum, v. R. Opusc. II p. 649. Buecheler. Lat. Decl. p. 37. — 45. Pro *homines* Studem. Ann. phil. XCIII p. 62 „omnes" voluit. — *uno die*, cf. Poen. 472. — 49. *memoria es* A. — Post *optuma* hiatur; Ribb. „offae me monent" repugnante etiam A. — *Offae*. Plin. H. N. XVIII, 84: „Ennius

obsidionis famem exprimens offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat". Vulgo offa pultis dicitur, v. Cic. Divin. I, 15, 27. II, 35, 73. — *monent* A. — 50. *tale facies quale* et *edes* A. — 51. *Communicabo* construitur ut impertire, participare infra 234. — 53. *occideras* A, pro occidisses, v. Madv. Gr. Lat. 348 c; cf. infra 1107. 1349. — 54. Immo, inquit, non machæra hebes facta est, sed iis vitam concessi, quia pedites erant contemptu digni. *At peditastelli* ex A restituit Studem. Herm. I p. 282. *peditastellus* deminutivum est peditastri ut oleastellus (Colum. XII, 49 extr.) oleastri. Contemptim sic dicuntur pedites ut „parasitaster" Ter. Ad. 779, „surdaster" Cic. Tusc. V, 40, 116, „Antoniaster" id. ap. Quintil. VIII, 3, 22, „catulaster" Priscian. III p. 618. — *siui* A. — 55. *omnes* priore correpta, v. Proleg. p. 200. — 56. *Pyrgopolinicem te.* Lor. Philol. XXX p. 612 ordinem invertebat; sed vel sic mire languet nominis appositio; immo *unum* non cum „inuictissumum" iungendum est, sed cum militis nomine; præter eum ait nullum in terra exstare Pyrgopolynicem. — 57. *inuictissumum* R. præf. Stich. p. XVII. — 58. *ted* Both. — 59. *Uel*, exemplum affert, cf. 25. — *heri* fere semper codd. Plautini, v. Ritsch. Opusc. II p. 225, eaque antiquior forma videtur Quintiliano I, 7, 22. — 60. *Quid eae* R. — 61. *Achilles*, cf. infra 1050. Lucian. Dial. mer. 13, 3: *Τίνι με τότε πάντες εἴκαζον;* ΧΗΝ. *Τίνι δὲ ἄλλῳ ἢ Ἀχιλλεῖ;* — 62. *inquam est* A. — 61—63. Servius ad Buc. 5, 58 et ad Georg. II. 393: „antiqui *ergo* pro „merito" dicebant. Plautus in Milite: „Hicine Achilles est? inquit mihi. Immo eius frater, inquam est. Ergo, mecastor pulcer est." *inquit mihi* etiam A, quae ex 63 huc male inlata esse credidit Fleckeis. Ann. phil. CXIII p. 272. Contra Ribbeckius „Sana" inquit „omnia et plane ad Italorum etiam nostræ ætatis morem conformata, qui in sermonibus narrandis „dice" usquequaque inferciunt, cf. 178". Sed hoc aliud est; hic proximo demum versu ad singularem numerum transiri ostendunt verba *Ibi illarum altera*, ut recte ed R. consentiente etiam A; cf. Epid. 241. Proximum est, ut *inque id mihi* corrigamus, quamquam improbante Ritschelio; cf. ad Pseud.

539 et ad Aul. 781. Bacch. 878. — *Ergo*, ut Achillis fratrem decet, v. ad Amph. 172. — 64. *liberalis*, cf. 963. Epid. 44. Pers. 131. 543. Ter. Andr. 123. Eun. 473. — *Caesariem* magnam miles alit iactantiæ causa, quo magis torvus et terribilis videatur, cf. Aristoph. Ran. 925: *ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους, δείν' ἄττα μορμορωπά.* Inde hanc personam *ἐπίσειστον* appellabant, v. Poll. IV, 147: *Τῷ δ' ἐπισείστῳ, στρατιώτῃ ὄντι καὶ ἀλαζόνι καὶ τὴν χροίαν μέλανι καὶ τὴν κόμην, ἐπισείονται αἱ τρίχες.* cf. infra 768. 921. — 65. *illo* A. *cubant* edd. — 66. *aibant* R. — *Quaen* A, cf. v. 13. — 67. *pompam* magnificum spectaculum. — *illa* Scioppius. — 68. *Nimiast* A et Donatus ad Ter. Eun. 4, 7, 19 et Ad. 3, 3, 45. — *Immo itast* A. — 69. *Molestae* medio correpta v. Proleg. p. 201. — *ambiunt*, cf. Ter. Andr. 373, ubi scripserim: „Nisi senis uides amicos, oras, ambis". — *exobsecrant* A, cf. Asin. 244. — 70. *Uidere* A. *arcessi* item. — 73. *heri* ed pr., Loewius ex A. — 74. *Latrones*, *ibus* Nonius p. 486 et Donatus ad Ter. Eun. 3, 1, 42. De latronibus, i. e. mercenariis, v. ad Bacch. 25; de pronominis forma v. ad Curc. 506. Bücheler Lat. Decl. p. 68. — *dinumerem* Donat. — 75 sq. laudat Servius ad Æn. XII, 7. — 77. *Regi* et *diem* olim em. — 78. *Age eamus* olim emendatum.

Palæstrio servus exit argumenti explicandi causa. Prologi igitur partibus fungitur; huius autem, ut Donati verbis utar in argumento Phormionis, officium ante actionem quidem rei semper est; verum tamen et post principium fabulæ inducitur, ut apud Plautum in Milite glorioso et apud ceteros magnæ auctoritatis veteres poetas. Rem commemoravi Proleg. p. 162, Plautique alterum huius rei exemplum attuli Cistellariam; ex Græcis præter Iphigeniam Aulidensem etiam Aristophanis Equites et Vespas afferre potueram, quarum narratio illic a v. 40, hic a v. 54. incipit. Hæc igitur scena quin ab initio Plautinæ fabulæ pars fuerit, dubitare non licet; sed in principio eius non negamus inesse quæ scrupulum obiiciant. Nam si vere traditum est Plauti temporibus præter senatores reliquum po-

pulum stantem ludos spectasse, v. Proleg. p. 163, versus 81—83 eius non esse apparet, his autem proxima usque ad 87 artissime coniuncta sunt. Hos igitur si quis uncis secludat, non improbem, duos primos versus cur damnem, non video, nec magis histrionem, quum sua adderet, Plautinum principium temere abiecisse credo. Lorenzius eumque secutus Brixius non solum vv. 79—87 a Plauto abiudicant, sed etiam 88—94 tertio cuidam auctori tribuunt; equidem non tantum iudicio meo confido.

80. *benignitas*, cf. Merc. 15. Men. 16. — 81. *auscultare* ed. pr. — „*nollet*" pro *nolet* error est, cui frustra patrocinatur R. præf. Stich. p. XV. — 83. cf. Rud. 31. — 84. *Comoediai* Scioppius, cf. 103. — *quam nos* Pyl.; R. cum aliis „quam modo". — 86. *est* Pylades. — 87. *Id*, quod Græce ἀλαζών dicitur. — 88. *Ephesumst* Ribb., quoniam in codd. est „epesū ē", „quod non magis" inquit „oblitterandum quam Abydum Lampsacum Cyzicum Epidamnum Orchomenum Epidaurum Corinthum alia neutra. Aspiratio Græcorum vocabulorum, quam a Plautina ætate alienam fuisse constat, deest etiam in argum. II, 4: epessū B." — *illest* Seyff. Stud. p. 18. Lipsius „inde est" voluerat. — 90. *Stercoreus;* Lor. contulit Cas. 114. Pers. 406. — 91. cf. 778. — 92. *deridiculo est* Acidal., cf. Amph. 675. Pseud. 1058. Tac. Ann. III, 57. Cas. 815: „inridiculo". — 93. *ductant* Charis. p. 79; i. e. ludibrio habent. *Labiis* autem hoc faciunt, i. e. ore proterve obtorto; quod quum sæpius facerent, consuetudinem in naturam abisse ait, ut ore contorto essent; *sauium* enim ipsum os est, v. ad Asin. 791. „*ualgum*" ait Nonius p. 25 „proprie intortum est"; ridicule autem a cruribus ad osculum transfertur. Festi locus p. 375 nimis corruptus est Ceterum recte Charisius: „Labra et labia indistincte dicuntur", quum Verrius putide distinxisset, modica esse labra, labia inmodica. — 95. *Nam* quoniam non habet, quo referatur, R. hunc versum post 97 posuit; Lor., Br., Ribb. ante eum excidisse quædam censuerunt. In ann. ad Amph. 104 conatus sum codicum scripturam defendere, sed fieri potest ut vv. 95—97 posterior manus addiderit. — 96. *deuenerim* ed. pr. — 97. *ab eo cui* ed. pr. —

100. Pro corrupto „matre“ R. „altam“ posuit, Br. „itidem“, Scioppius „arte“, prob. Lor. Philol. XXXII p. 278 coll. Plin. Ep. II, 13, 5: „arte familiariterque dilexi“. VI, 8, 1: „artissime diligere“. Tyrell.: *acre*, propius a codd. et, nisi fallor, ad antiquorum orationem accommodatius, cf. Ps. 274: „amatur acriter“. *Acre* pro adverbio posuerunt Varro ap. Non. 513: „acre aeger“. Sall. ib. p. 132: „acre invadunt“. Pers. 4, 34: „acre despuat“. Apul. Met. X, 32: „nunc mite conniventibus nunc acre comminantibus pupulis“. Cf. Neue, Formenl. II, p. 659. — *Athenis Atticis*, v. ad Epid. 501. — 101. cf. Cist. 189—91: „Is amore proiecticiam illam deperit, Et illa illum contra, qui est amor suauissumus“. Donatus in Ter. Ad. 1, 1, 25: „contra, vicissim. Plautus: Ut illa illum contra, qui est amoris cultor optimus.“ — 102. *legatus fuit*, missus est, v. ad Amph. 183. — 103. *Magnai rei publicai* Lambinus ex Mario Victorino IV p. 2595. *rei* spondeicæ mensuræ ut sæpius apud Lucretium. *gratia* ed. pr. — 104. *Interibi* Acidal., cf. R. Opusc. II p. 266. — 105. *eri mei* Camer. Ne versus in diiambum exeat, alia conantur Luchs. in Studem. Stud. I p. 37, Bugg. Op. ad Madv. p. 163. Ribb. „absentis ad illam amicam eri.“ — 106. *subpalparier*, cf. ad Amph. 503. — 108. *intumum*, cf. Trucul. 82: „me fuisse huic fateor summum atque intumum“. — 110. *Sublinit os*, v. ad Aul. 660. — 112. *Conicit* Camer. — *clam matrem* olim em. — 113. *in Ephesum*, v. ad Bacch. 169. *aduehit* olim em.; „auehit“ ed. pr. fortasse recte. — 114 proximo anteposuit Acidalius. — 115. *quantum uiuos possum*, i. e. tam celeriter quam vitæ vigor efficere potest. Phrasin non aliunde notam critici varie tentarunt, ut pro „uiuus“ aut „citius“ scriberent aut „unus“ aut „uiribus“ (Madvig.) aut „tutus“ (Ribb.) aut hac voce omissa „tantum quantum potis sum“. Defendit etiam Bugg. Opusc. ad Madv. p. 163 sq. — 116. *ad erum nuntiem* ed. pr. De structura v. ad Capt. 359. — 117. *di* excidisse vidit Lipsius. Idem recte animadvertit, non apodosin hic requiri, sed parenthesin, ut apud Verg. Æn. V, 50: „sic di uoluistis“, ideoque „id quod di uolunt“ scribebat; sed tum præterito opus erat. Ribb. confert Petron. 76: „quemadmodum di uolunt? 61:

„ibi, quomodo di uolunt, amare coepi uxorem Terentii coponis“. — 118. *uectus fui*, cf. 102. — 119. *perii*, v. ad Capt. 532. — 120. *qui* add. Beroaldus. — 121. *deduxit* Camer. — 125. *fortunas suas* olim em. — 126. *domu*, cf. C. I. L. vol. I n. 1009. v. 21. A Plauto abiudicat Abraham. Annal. phil. Suppl. XIV p. 198. — 129. *quoniam*, i. e. postquam, v. ad Asin. 347. — 130. *clanculum* ad sequentia trahit Forchhammer. — 131. *deferat* pro deferret, v. ad Amph. 192. — 132 Guieto, Ritschelio aliisque spurius visus est, fortasse iure. — 134. *aduenit* scripsi, cf. Men. 227; R. cum Bothio: „Nam et uenit et hic in proxumo“; Ribb.: „et uenit is et in proximo“. — *diuortitur* scripsi, v. ad Men. 262. Lorenz. in Philol. XXXII p. 431. — 135. Hiatus in cæsura ut 142. *Apud suum* pro anapæsto est. — 136. *Atque* R.; idem „is illi“; ego malui cum Pio *ille*. — 138. *machinas*, cf. 814. Bacch. 229. Pseud. 552. Pers. 783. — 139. *Qui*, v. ad Amph. 257 et ad Pseud. 487. Rud. 1097. Stich. 292. — *conuenas* Cam. — 140. *unum*, cf. ad Aul. 563, ad Stich. 156. Lorenz. Phil. XXX p. 602 et XXXII p. 279, qui quod unicum interpretatur, fortiore usus vocabulo sententiæ nocuit. Ceterum oratio ἀνακόλουθος est, v. ad Bacch. 211. Cist. 121 sqq. — 141. *eapse* Turneb. — 143. *hinc huc* R., v. 331. — 144. *sene sciente* olim em. — *feci; es* item. — 145. *Nam* Donatus ad Ter. Hec. 1, 2, 100 hoc loco allato incoeptivam particulam esse dicit, quibus parum iuvamur; potius dixerim non ad proxima referendum esse, sed ad caput sententiæ (nisi custos tam stolidus fuisset, illa agere non potuisset), cf. ad Asin. 122. — 147. *facetis* Cam. *fabricis*, cf. 772. Pro *doctis* A „factis“ ut videtur. — 148. *Glaucumam* A., i. e. γλαύκωμα. Hoc voc. antiquissimos secundum primam declinationem flexisse affirmat Priscianus VI p. 679, v. ad Amph. 117. — *eumque*, anticipatio Plautina, v. ad Aul. 662. — 149. *non* etiam A; Ritsch. ex non nullis codd. Prisciani l. l. „ne“, cf. 188 et 229. — 150. *mox ne erretis*, cf. Men. 47. — *duarum uicem*, v. ad Amph. 330; sed rectius cum Acidalio R. „in uicém“ edidisse videtur, quamuis Plautinum id esse neget Lorenz. Philol. XXXII p. 280; nam recte dicitur „duarum imaginem feret“, nimis dure „duarum vicem“ i. e. pro

duabus „imaginem feret“ i. e. se ostendet. — 151. *hinc* et cetera recte A. — 152. *adsimulabitur*, cf. Ter. Eun. 606. — 153. *sublinetur os* Guietus, cf. 110.

Periplecomenus senex iratus, quod Sceledrus militis servus per impluvium suum despiciens amantes conspexerit, pessima mala minatur, si quis postea alienus homo in tegulis suis visus fuerit, eiusque pedes ut lapidibus coniectis frangant servis suis imperat. Trochaicis septenariis scena scripta est.

156. *Ni* et A et C — *hercle*, quod proprie ad apodosin pertinet, in protasi interponitur, v. ad Aul. 48. Capt. 326. Amph. 305. — *defregeritis* AB; „diffregeritis“ Ribbeck. Coroll. Fr. comic. p. LVI, quod præter Asin. 471 comicorum codd. non præbent. — *talos* aut crura frangere, defringere, suffringere, v. ad Asin. 471. add. Trucul. 629. Cic. Rosc. Am. 20, 56. — *quemque* i. e. quemcumque, cf. 160. 1384. ann. ad Asin. 197. — 157. *uostra ego* A. — *lorea*, loris concisa, ut „ulmeus“ Asin. 360, „uerbereus“ Capt. 946. — 158. „Mi equidem“ Becker. in Studem. Stud. I p. 246. Goetz. — *iam* indignantis est et graviora postea timentis. — *arbitri uicini sunt* Cam. consentiente A, cf. Capt. 211. 220. — 159. *Ita*, cf. 167. 177. 1254. Ps. 898. Pers. 471. Stich. 338. ad Epid. 667. — *adeo*. v. ad Amph. 464. — 160. *a milite*. v. ad Curc. 408. infra 1042 sq. Ps. 204. 620 sq. — 161. *in uiam* A, i. e. in plateam. — 162. *Quod*, i. e. licet, v. ad Asin. 750. — *simiam* A, cf. 179. Simias antiquis inter delicias fuisse constat, v. Theophr. Char. 5, Plutarch. Pericl. init., Jahn. Arch. Beitr. p. 434 sq. — 163. *dispcristis* olim em., v. Madv. Gr. Lat. 340 annot. 2, cf. Rud. 800: „Si tetigerit inuitas, ni istunc istis inuitassitis . . . . . , peristis ambo“. — *mulcassitis* A. — 164. *Legi fraudem* facit, qui ei non paret, v. Liv. VII, 16, 9 al., Ulpian. in Dig. I. 3, 30. *alcariae* A. Lex alearia est qua vetatur alea. Hæc quo tempore et quo auctore lata sit, ignoramus; latam esse constat ex Cicerone, qui Phil. II, 23, 56 hominem „lege, quæ est de alea, condemnatum“ commemorat, cf. Hor. Od. III, 24, 58: „vetita legibus alea“. Ovid. Tr. II, 472: „hoc est ad nostros non leve crimen avos“. Digestorum titulus XI, 5 „de aleatoribus“ prætorem ostendit eum, apud

quem alea lusum sit, nec a verberibus nec a damno dato vindicasse; nam omnino vetitum fuisse, ne quis in pecuniam luderet. Excepit SC certamina virtutis causa facta, et familiaribus conviviis communi more indulgebatur. Ibi enim frequentissime *talorum* lusu utebantur, v. ad Asin. 772. Hoc loco ex ambiguo luditur; nam quod *sine talis* eos convivium acturos dicit, talos pedum fractos (v. 156) intelligit. Similis lusus est apud Phædrum V, 7, 8 de Principe tibicine: „sinistram fregit tibiam, Duas quum dextras maluisset perdere". — 165. *talis dolis agitent* A. — 166. *a* et *hic* A. — 167. *hic* correptum, v. Proleg. p. 204. — *conseruis meis* A. — 169. *aduersum hic quia uenit Palæstrio* A; „qui aduenit" Studem. Goetz.; *qui uenit* nos cum Fleckeis. Epist. crit. p. XXIII. — 170. *foret* A. — 171. Omnia recte A. — 172 exstat in A. *tumultuas* activa forma ut Rud. 618 et 627; cf. ad Amph. 817. — *Occisi sumus*, v. ad Bacch. 159. — 173. In A pro spatio personæ notæ relicto errore littera scripta est. — 174. *uestrum* A, i. e. vestrorum; *familiarium*, v. ad Amph. 127. — 176 recte A. — 178. *in tegulis* exstat in A. — 180. *misero* A. — *nihili bestiam*, cf. 287. — 181. *erat* A. — 182. *I sis* Geppert. Stud. II p. 23; Goetz. cum Lor.: „Si istist" ut 1084. — *quantum possit*, v. ad Amph. 964. — *uideant* A. — 184. *crucibus contubernales*, qui cum cruce habitent et pernoctent, cf. Aul. 59: „te dedam discipulam cruci". — 185. *hoc ei* A. — 186 in solo A comparet. *Profecto*, cfr. Pseud. 906. Curc. 426; secunda correpta in primo pede ferri posse videtur, v. Proleg. p. 205. Ritschelius hunc versum pro spurio eiecit et proximorum usque ad 196 ordinem temere mutavit; Brixius et Goetzius ad codices reverterunt. — 187. *Earum*, i. e. mulierum, quod ex *muliebri* auditur, cf. 752 sq. „Proletario sermone . . . Nam ii". Rud. 587 sq. „ad hirundininum nidum . . . Neque eas (i. e. hirundines) eripere quibat". Stich. 742 sq. „ita est ingenium muliebre: Bene quom lauta tersa ornata ficta est, infecta est tamen". Cas. 12. sq. „Plautinas . . . eius". Poen. 583. sq. „comitiales sunt meri; Ibi (i. e. comitio) habitant". Amph. 1085. v. Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 5. Madv. ad Cic. Finn. V, 6, 16. — *op-*

tineat colere, constanter colat. — 188. *uincat,* conuincat, persuadeat; cf. Hor. Sat. I, 3, 115. — *is se* A, v. Gepp. Stud. II p. 13. — 189. *Si quidem,* etiamsi, cf. ad Asin. 316. Curc. 211. Most. 224. — 190. *Os* A, i. e. impudentiam, cf. Cic. Orat. I, 38, 175. al. — *habet.* Ut 193 et 196 causa indicatur, quasi „nam habet". Schmidt. Ann. phil. XCIII p. 629, Lor., Br. „habeat"; potius quærendum videtur, utrum totus hic locus verborum et sententiarum similium flumine abundans re vera Plauti sit, an aliqua addiderit interpolator. — *malitiam* A. — 191 spurium habuit R. *confirmitatem,* vox non alibi inventa. — 192 ante v. 190 ponebat Forchhammer. — 193 in A non exstat, ac delevit R. maxime propter voc. *falsiiurium,* v. præf. p. XXVIII, proximum autem, qui hoc deleto non habet quo referatur, transposuit. Equidem non dubito, quin in A mero errore propter similitudinem proximi exciderit; sed utrumque versum pro amplificatione spuria versus 196 habeo. His omissis particula *Nam* v. 195 suum locum tuetur. — *Domi,* apud se, de ingenii copia, v. ad Bacch. 222 et Amph. 631. add. Cas. 206. Rud. 1322. Ter. Phorm. 504. Ad. 413. Cic. ad Att. X, 14, 2. — 194. *delenifica,* cf. Turpil. 29 et 186. — 195. *mala,* subdola, fallax, cf. 444. al. — 196. *Domi habet hortum,* cf. Cic. ad Qu. fr. II, 10 (8) extr. „Hortus domi est". — *mores* A, ut iam Camerarius. — Formam „malificus" R. tuetur Op. II p. 561. — 198. *uolutas,* cf. Capt. 775. Most. 84. Etiam apud Gellium XII, 4 in Ennii v. 9 fortasse scribendum: „Quocum multa uolutat gaudia clamque palamque Ingenium". — 200. *contra* absolute ponitur; dativus cum verbo iungitur, cf. Capt. 658. Rud. 683. Ter. Eun. 355. 624. Hec. 583. Verg. Æn. X, 769. infra 225. — 201. *ut ne* D et Camer. — *siet* A.

202. Periplecomeni oratio egregie depingit servi meditantis gestus. *Illuc* A. — *sis uide,* v. ad Aul. 46 et ad Most. 870. — 203. *adstitit seuero* A. — *frontem* masculino genere dixisse antiquiores testantur Gellius XV, 9. Fest. p. 151. Non. p. 204 sq. — *curans cogitans* A, Bergk. Zeitschr. f. Alterth. 1848 p. 1128, quamvis insolitum sit curare pro curas agitare. De asyndeto v. ad. Amph. 13. — 204. *cor*

mentis sedem habuisse antiquos notum est, cf. 198. 338. 1083. Epid. 385. Most. 83. — *euocaturust* A. — 205. De scriptura loci post A lectum dubitare vix licet; de interpretatione dubitatur. *auortit* explicant „auortit se“ ut infra 1069. *nixus* s. *nisus* Buggius Opusc. ad Madv. p. 164 prægnanter positum dicit, quasi pedibus nixus, firmiter astans, quod fieri non potest; nam si „nisus“ participium est, necesse est addatur, qua quis re nitatur (ut in priore ed. scripseram „arae innisus“). Potius pro substantivo accipiendum est, ut cum antecedenti verbo iungatur; *auortit nisus* i. e. contentionem alio vertit, alio modo nititur (anstrenger sig), cf. Liv. VI, 34, 8: „avertentem causam doloris“. Palæstrio v. 206 iam non pectus manu pulsat, sed *digitis computat*, πεμπάζεται, singillatim eorum rationem init quæ eventura videntur. — *ferit* A, pro quo Studem. Stud. I p. 51 et Goetz. male „feruit“ coll. Amph. 1023. — 207. Verbum in ceteris codd. omissum addit A, *eicit*, i. e. *icit*, cf. Trucul. 594: „icit femur“. Pers. 843. supra 28. — Ante *Ita* plene interpungendum; nam ad sequentia referendum est: vehementia ictus ostendit eum sibi iratum esse nec dum invenisse quod placeat, v. ad Amph. 952. add. infra 1043. Aul. 9. Most. 142. Merc. 434. Pseud. 884. Poen. 320. — *agat* R. em. — 209. *Eccere*, interiectio querentis, v. ad Amph. 550. — *capite nutat*, non adnuens, sed renuens, nutu aspernatus, ut ait Sueton. Vesp. 8. — 210. *expromet* A. „Nihil tentabit, nisi ab omni parte consideratum et probatum“. *coctum dabit.* cf. 260. 1169. Pseud. 930. Pers. 456. Cas. 418. Cist. 429. Men. 14. Ter. Andr. 683. Eun. 212. Phorm. 974. — 211 sqq. *columnam mento suffigit* A. *illaec* id. Quod servus meditandi causa manum mento supponit, columnæ similitudinem sibi invenire visus, *aedificare* eum dicit. Parum hoc sibi placere; nam in mentem revocare, quam indigne alter poeta Latinus tractari dicatur, cui *os columnatum* sit. De scriptura dubitari nequit; cum B enim consentit Donatus ad Ter. Phorm. 5, 6, 37 („hoc columnatum“). Nec magis dubitatur quin columnatum os significet vinctum aut saltem libertate privatum; quod quum olim ex Varr. R. R. III, 5 columnis circumdatum et quasi cavea inclusum

enarraverim. iam nihil aliud significare credo nisi columnæ adstrictum. *Barbarus* Latinus est, v. ad Asin. 11. *Poetam* autem significari Nævium testantur et Festus p. 36 et Gellius III, 3, 15, qui accepisse se dicit „fabulas eum in carcere duas scripsisse, Hariolum et Leontem, quum ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis de Græcorum more dicta in vincula Romæ a triumviris coniectus esset. Unde post a tribunis plebis exemptus est, quum in his, quas supra dixi, fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante læserat, diluisset.“ Hic fabulas veris intermixtas esse apparet (v. Oversigt o. d. K. danske Vidensk. Selskabs Forhandl. 1869 p. 233 sqq.), nec enim, palinodia illa qualis esse potuerit, intelligitur nec tresviros talia vindicasse veri simile est. Si Nævius re vera in vincula coniectus est, hoc privata vi, non publica auctoritate factum esse crediderim, nec video quo modo vinctus fabulas scribere potuerit. Sed quod plerique vera vincula intelligunt, atque etiam *binos custodes* manicas esse volunt, ideoque pro *occubant* „accubant“ scribunt, mihi veri similius videtur, ædilem, cui Nævius fabulam scripturus erat, oris eius licentiam veritum custodes scribenti apposuisse, ut os eius non re vera vinctum fuerit, sed libere loqui non potuerit. Hoc Plauto et indignum et ridiculum videri debuit. — 213 hiatum legitimum habet in diæresi, si sequimur scripturam cod. A *audiui*, sed *inaudiui* ceterorum codicum tuetur Donatus ad Ter. Phorm. 5, 6, 37: „Atque ego quoque inaudiui illam fabulam“. R. „indaudiui“ scripsit. — 215. „Quam belle“ ait „servi comici personam gerit!“ Græca adverbia in codd. leviter corrupta Camer. et Gulielmus restituerunt, adiuvante etiam Festi Epit. p. 61: „comoedice figuratum a comoedo. Plautus: Euge eus adstitisti et dulce et comoedice“. *euscheme* Pius, i. e. εὐσχημόνως. Trin. 627: „haud ineuscheme“. — *adstitit*, ultimam producit, v. Proleg. p. 196. — *dulice* Gulielm., i. e. δουλικῶς. „dulce“ etiam Paulus Festi p. 61. — 216. *Numquam hodie*, v. ad Amph. 394. — *perfecerit* Beroaldus. — 217. *Habet*, invenit. Servus iam quietus adstat secum cogitans; senex moræ impatiens quasi de somno eum excitandum censet. *Age si quid agis*, v. ad. Epid. 197. — 218. *uarius*, plagis lividus

cf. Pseud. 144: „uostra latera loris faciam ut ualide uaria sint." Poen. 26. Epid. 18. — *uigilias* Bergk. Servus virgis verberatus præ dolore somnum non capiet. — 219. *Tibi ego dico*, cf. 436. ann. ad Bacch. 996. Proxima corrupta sunt. Scaliger coni. „An, heureta, tu nescis" cf. Pseud. 703, unde R. „an, heureta, me hauscis". Haupt. Ind. schol. Berol. 1858: „Tibi dico: eho, cantherie, me hauscis", unde Ribb. „Tibi dico: heus, cantherie, ἀκούεις?" Br. cum Pylade et Madvigio: „ah, feriatus ne sis, heus Palæstrio". Goetz.: „an laruatus est?" Mihi nihil insoliti latere videbatur; scripsi: *an me ita tu nescis*, i. e. an tu prorsus ignoras me te alloqui? — 220. *expergiscere* Aldus. — *lucet hoc*, iam non nox est, v. ad Amph. 539. *inquam* olim em. — 221. *tergo* Pyl. Periculum instare monens similitudine utitur, ut solet, a re bellica ducta, cf. 224. 268. al. — *obsidium consuli*, i. e. consilia agitari de obsidio, v. ad Men. 688. Edd. „consule" cum sequentibus iunctum, quod, ut Buggii verbis utar, iustum colorem non habet. — 222. *propere ... decet* sc. agi, cf. 1013. Pseud. 428. Pers. 140. 200. Stich. 498. ann. ad Asin. 879 et Most. 860. — 223. *Anteueni aliquo saltu* Kiessling. Mus. Rhen. XXIV p. 116, prob. Müller. Prosod. p. 687 not., nisi quod hiatus vitandi causa „aliqua et aliquo" aut aliud simile voluit; sed nihil obstat, quo minus *et* eo loco ponatur, quo B („Ante uenit"). — 224. *Coge in* Camer. *obsidium* primam corripit. — *perduelles*, hostes, cf. Amph. 246. — 225. *Intercludc iter inimicis, contra* Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 5 coll. 246. sed potius comma post *contra* ponendum, v. ad 200. Madvig. Adv. crit. II, p. 8 *at tu* maluit. — 227. *Hanc rem age*, cf. ad Asin. 1. — *subitaria*, quæ subitum consilium postulat. Subitarii milites ex Livio noti. — 228. Altera dipodia ex trochæo et tribrachy constat; R. „cedodum". — *calidum*, v. ad Epid. 144. — 229. Priora expedivit Camer., posteriora Spengel. — 230. *incipissit* et *munit* Salmasius et Kampmannus; hæc enim secum dicit senex; tum sedatiore animo ipsum servum alloquitur. Plerique cum Meursio „incipissis" et „munis" scribunt; immo *illic homo* iungi debent, v. Amph. 313. 319. 323. Asin. 270. 286. Brix p. 135 sq., qui hunc versum quasi

aliunde translatum secludit. — *incipissit*, v. ad Capt. 214. — *moenit moenia* R., quo clarius appareat allitteratio, nec repugno, si etiam v. 225 „moeni“ scribas. — 231. *Tu unus* Müller. Nachtr. p. 77. — *ad te*, cf. 233. Ter. Heaut. 1056: „Ad me recipio“. — 233. *Ad me*, quæ Lindemanno duce del. R., recte retinuit Tyrrell. in proximis *ego* scripto ut *dico*, non ut Both. cett. „ego te“. — *et ego* cet. Palæstrioni hæc verba tribui cum Ladewigio, Philol. XVII p. 256; codd. seni dant, sed is nuper „nos“ dixit, nec nunc secunda persona usurus fuit. De præsenti infinitivi pro futuro v. ad Asin. 439. — *At te ... amet* obsecrantis est, ut *at me* promittentis, cf. Curc. 574. Periplecomeni hæc verba esse vidit Ladewig. — 234. Corrupta verba Bugg. Tidskr. f. Philol. VI p. 10 emendavit; *auden participare me quod*, i. e. visne tu me participem facere eius quod. *auden*, v. ad. Asin. 473. *participare*, cf. infra 265. Pers. 754. Stich. 37. Cist. 163: „seruom sui participat consili“. Lucret. III, 692: „uti dentes quoque sensu participentur“. — 235. *astutiarum*, v. ad Most. 340; cf. Langen. Beitr. p. 106 sq. — 236. *Iuxta*, v. ad Aul. 674. — *Salua* cet., cf. Trin. 146: „Mihi quod credideris, sumes ubi posiueris“. — 237. Herum suum nihil sentire significat. *circumtentust*; Donat. in Hecyr. 2, 1, 17: „circumtectus est“, quod probat Bugg. Op. ad Madv. p. 164 coll. Næv. v. 101: „circumtectus tegetibus“. — 238. *Egomet*, cf. 568. R. numerorum causa: „Istuc egomet“, alii aliter; Goetz. cum Ribb. „quam lapis habet. PE. Ego istuc“. — 239. *incipisso* Bugg. Philol. XXX p. 638; vulgo cum Cam. „incipissam“. — 240. *Ut Philocomasio huic* Pylades; v. ad v. 273. R.: „huc“ — 241. *aliquo* ed. pr. — 242. *Tam* cet. id. — *lactist* R. pro genetivo habuit, v. ad Amph. 595 et ad Men. 1069. — *te* add. ed. pr. — *diuortier*, v. ad Men. 262. — 243. *hospitio*, cf. 387. Cic. Phil. XII, 9, 23: „hospitio inuitabit“. — 245. *eam uidisse* ed. pr.; R. „se“ addidit; non opus, v. Madv. Gr. 401. — 245. sq. *oscularier Arguam hanc* Both. *Arguam*, cf. 339. Bacch. 466. Additur *contra*, ut Ter. Ad. 877: „age nunc iam experiamur contra“, cf. supra ad 200. — 247. *Cum s. a. amplexantem*, cf. 322. 1427. — „ut“ sustulit Both.; sed etiam „Immo“ pravum est,

nec exaggerationem, quam Br. dicit, intelligo. Quæ substituere conati sunt (Enim, Ehem, Eu) parum veri similia sunt; ego omisi, nam nihil desideratur, et hiatum ante extremum creticum et in mutata persona facile fero. — 248. *ex* R. add., cf. 250. Stich. 114. — 252. *agimus*. Quamvis antecedat futurum „uolet“, præsens tamen ponitur solito more, v. ad Most. 360. ad Stich. 705. ad Trin. 1062. infra 1032. 1242. 1393. 1400. 1418. — *conligi* A. — 253. „abit“ ex A Ribb. Goetz. — *lauat*, v. ad Amph. 795. — 254. *potat* ed. pr. — *operae non est*, non vacat, cf. 819. Merc. 14. 906. Pseud. 378. Trucul. 873. Liv. XXIX, 17, 17: „Neque ego exsequi possum neque vobis operæ est audire singula“, et sæpius. — 255. *Quantum uis* ed. pr. Per appositionem hæc adduntur, nec opus est cum R. „prolationumst“ scribere. Ribb. Goetz. „prolationis“ ex A. — *hunc* A. — *prima uia*, ab initio, cf. Ter. Eun. 245: „tota erras uia“. Heaut. 706: „ut recta uia rem narret ordine omnem“. — 256. *mentibimur* ed. pr. — 257. *abi* A. *isti*, v. ad Aul. 442. — 258. *dice* A, cf. Capt. 358. — 261. *Num quid aliud?* v. ad Amph. 538. — *Et quidem* A. — 262. „*huic*, Periplecomeno“ Brix. — *inuestigando* A. — *dissimulabiliter* A, cf. „perplexabiliter“ Stich. 818. „pollucibiliter“ Most. 23. „cruciabiliter“ Pseud. 955. — 263. *sit* Both. *simiam* A. — 264. *non potuit* sc. fieri, v. ad Amph. 169. Mueller. Pros. p. 427: „non pote“; sed Plautus aliis locis similibus perfecto utitur, v. Poen. 983. 1053. Stich. 301. — *quin sermone* et *familiarium* A. — 265. *participauerit* A. — *sese uidisse* A; tuetur Bugg. Philol. XXX p. 638. Ribb. Goetz.: „de amica erili, se uidisse.“ — 267. *egomet* A, sed cum *nequeo* hoc iungendum, non ut vulgo faciunt cum „noui“. — *quod* A. — 268. *dixit* A teste Loewio, unde Forchhammer: *quoi dixit*, quod sensus flagitat. — *uineam* A, recte; ea enim maior est quam plutei, ut illis paucioribus, his pluribus usus fuerit, v. Veget. IV, 15. Becker. Marqu. Enchir. III, 2 p. 475 sq. — 269. *que* tollendum videtur, nam „ui pugnando“ iungi solet, v. ad Amph. 410, cf. Fleckeis. Ann. CVII p. 502. — *est certa res* A, cf. 400. Merc. 845. ann. ad Amph. 698. — 270. *ita*, aperta via. — 272. *uoci moderabor meae* A. —

273. *Philocomasio* infra 1424 etiam in A scribitur. Dativum pro genetivo non raro posuit Plautus, v. ad Amph. 44. add. Capt. 366. Bacch. 971, et quæ nostro loco similiora sunt, Most. 944. 1134. Ter. Heaut. 270. Phorm. 872. Hec. 258. Ad. 126. — *qui* A.

275. *proxumae uiciniae* et A et cett. locativo casu, v. Charis. p. 223 K, quem locum attuli ad Bacch. 202, ubi parum recte edidi „proxume uiciniae". Cf. Rud. 602: „meae uiciniae". Spengel. ad Ter. Andr. 70 p. 151. — 276. *malam rem* A, v. ad Aul. 475. — 278. *Te* A. — 279. *Uolup est*, cf. ad Amph. 951. — *Quid iam? aut quid negoti est?* cf. Epid. 57: „Quid iam? aut quid est?" infra 471. Fleckeis. in Ann. phil. CI p. 77. Ante *negoti* in A Studem. „iam" legebat, Gepp. „hic". — 280. *Metuo* olim em. — *ne hercle,* ut „si hercle", v. ad Aul. 48. — 281. Pro „que" in B lacuna est, del. Pyl., cf. Pers. 571: „I in malum cruciatum". Capt. 468: „maxumam malam crucem". Hiatur in diæresi. — 282. Post *nam* hiatur. — „hic" del. Both. — 284. *Inpudicum*, v. ad Amph. 920. — *scias* Haupt. Op. II p. 136; R. cum Bentleio „sci", quæ forma non aliunde nota est. — 285. *Non enim,* v. ad Most. 1114. — 287. cf. 507. Luchs. Herm. XIII p. 500: „sectatust". — 288. *Di te perdant!* Sic facetias vel ineptias personæ colloquentis præsertim cum convicio aliquo coniunctas aspernari solebant, v. ad Capt. 879. Hanc imprecationem fieri potest ut alter regerat, v. infra 328; sed non minus sæpe hæc verba nihil aliud nisi leviculam quandam indignationem, interdum cum risu coniunctam, significantia alter non moratur, cf. Amph. 734. Capt. 862. Epid. 24. Pseud. 1231. Poen. 587. Errarunt igitur qui h. l. Palæstrionem censuerunt a retorquenda imprecatione incipere, quasi „te istuc aequum est, sc. ut di perdant", deinde παρὰ προσδοκίαν sententiam aliter continuare, ut *te* subiectum sit verbi *eloqui*, quorum nec illa ellipsis neque hæc inversio ferri potest. Immo Palæstrio Sceledri imprecationem non curans simpliciter pergit, se, quoniam ille rem narrare inceperit, iam non recusare quo minus audiat. *aequom*, sc. est, quod R. addidit, v. ad Amph. 590. — 290. *illi* Acidal. — *cum altero*, cf. 322; per ap-

positionem addi proxima animadvertit Lor. — 292. *Profecto*, v. ad 186. — *Tutin?* i. e. Tutene? — 293. *Abi*, i. e. desine, v. ad Asin. 697. — *non ueri simile dicis*, cf. Ter. Hec. 140. Pl. Trin. 608: „non credibile dicis". Cic. Verr. IV, 26, 57: „incredibile dicam". ad Rud. 664. Poen. 891. — 294. *Lippus*, ut parum videam, cf. Hor. Sat. I, 3, 25. infra 323 sq. — 295. *temere haud*, i. e. haud temere, v. ad Aul. 224. Quod *tollere* eum vetat illam fabulam, abicere eam iubet. — 296. *cruribus capitique*, cf. Cas. 316: „Quis mihi subueniet tergo aut capiti aut cruribus?" — 297. *Nam* Camer. — *dupliciter*, utroque modo, cf. Cic. ad Fam. IX. 20, 1. — 298. *stultiloquium*. cf. Pers. 512: „stultiloquos". Trin. 223: „stultiloquentia." — *Dicam* Guietus. — 299. *Primum dum*, v. ad Bacch. 256. — 300. Numerorum causa scribendum videtur: „tu custos additus ei". Ribb. „bis perieris"; Goetz. „pro ea p." — 301. *Quid* ed. pr. — *fuat*, futurum sit, v. ad Bacch. 154. — 302. *uiderim*, coniunctivus attractioni debetur, v. ad Bacch. 658. — 303. *Eho an*, v. ad Most. 173. — 305. Post *facere* hiatus est in finita oratione; Fleckeis. Ann. phil. 1891 p. 662 „Facere certumst" postulat. — *opperiar* ed. pr. — *Eadem*, simul, v. ad Bacch. 47. Hæc Sceledrus secum, postquam abiit Palæstrio. — 306 emendarunt Saracenus et Camerarius. *Quam mox*, v. ad Men. 692. *horsum* i. e. huc (vel hoc) vorsum, cf. Rud. 171. Ter. Eun. 219. Hec. 450. *iunix* (quod „iuuenix" scriptum fuisse veri similiter suspicatur R.) vaccula est, cf. Pers. Sat. 2, 47. — *e* add. Camer. ut Poen. 820; „a" Both. cett. — 307. *addidit* Dousa ut 300. — 308. *interii* Cam. add., sed post „taceo"; h. l. Haupt. Op. III p. 400. — 310. Versum alii aliter constituerunt, nos fere ut Lindemann., qui „illaec suo se hospitio". Cf. Most. 685: „Clanculum ex aedibus me edidi foras". — 311. *Hoc nunc* R. „Hocine" frustra defendit Spengel. ad Ter. Andr. 478. Ribb. particulæ „ne" affirmativam vim tribuit, ut 441 et 566 (934 corruptum est), nihilo probabilius, cf. ad Epid. 76 et ad Pers. 221. — *si miles* Pius. — 312. *has sustollat* Cam., i. e. subvertat; *aedis totas*, i. e. totam familiam, cf. Trucul. 629: „Ut ego his suffringam talos totis aedibus". — *hunc*, i. e. me, v. infra ad 1066. Acidal.

em.; „me“ maluit Fleckeis. Ann. phil. CV p. 72. — 313. *quidquid est*, cf. Curc. 690. Most. 831. Sed offendit talis pes, qui nisi per aphæresin verbi substantivi explicari vix potest; itaque Bothius: „Quidquid hercle est“. — *mussitabo*, tacebo, cf. ad Aul. 131.

315. Revertitur Palæstrio, postquam Philocomasium domi vidit, Sceledrum impudentissimi mendacii arguens. Scripturam restituit R. — 316. em Cam. — 317. *exfodiri* scripsi cum Brixio ut 376, ut Aul. 701 „exfodio“ et B et I, quamvis constanter dicatur „ecferre“ (461. al.), „ecfeceris“ Bacch. 692, „ecfercite“ Most. 62; sed „exfringo“ infra 1244 et Bacch. 584 B, cf. Neue Formenl. II p. 769. — 318. *tuam empsim uitam* Lindem., i. e. emerim, cf. Casin. 326. — *uitiosa nuce*, cf. Hor. Sat. II, 5, 36: „cassa nuce“. — 320. *Non tu tibi* R. — 322. *aibas* Bentl. — 323. *Mirum lolio* Fulgentius p. 561 quasi ex Mercatore afferens „Mirum lolio uictitare te tam uili tritico; quia luscitiosus es. Dicunt enim, quod lolium comedentibus oculi obscurentur“. R.: „Mirumst“, sed cf. 288. 294. 309. *Lolium*, quod inter terræ pestes numerat Plin. H. N. XVIII § 153, nisi in summa frugum inopia ab hominibus non edebatur, cf. Hor. Sat. II, 6, 89, ac, si quando aut incuria aut fraude frumento intermixtum erat, oculis nocere putabatur, v. Ovid. Fast. I, 691: „careant loliis oculos vitiantibus agri“. — *tam uili tritico*, i. e. quum triticum tam vile sit. Ter. Phorm. 791: „rebus uilioribus multo“. Trin. 486: „hac annona“. — 324. Non. p. 135: „*lusciosi* (immo *luscitiosi*), qui ad lucernam non vident et *μύωπες* vocantur a Græcis. Varro Disciplinarum lib. VIII: vesperi non videre quos appellant lusciosos. Idem Andabatis: edepol idem caecus, non lusciosus est“. — 325. *uidi* ed. pr. — 327. Sceledrus „Ludis me“ dixerat, i. e. ludibrio me habes; Palæstrio scurriliter ridiculus *me* pro ablativo casu capit, quasi rem in ludendo adhibitam significarit, quumque eum lutum dicturus sit, „Sane“ inquit „*tam mihi sunt manus inquinatae*, sc. quam si te, i. e. luto, luserim“. Nihil igitur mutandum, quamvis editores pro *Tam* alii Guietum sequentes „Iam“, alii Dousam „Tum“ substituerint. *lutum* pro convicio est Pers. 405: „lutum lenonium“. Lucil. XXVIII, 25:

„Nihil parvo huic pensi; haud litteras doceas lutum". cf. Pseud. 367 „caenum". Most. 39. Ter. Phorm. 526 „sterculinum". — 328. *Tuo* addidit Cam. Imprecationem reddit solito more, cf. Asin. 304. Cas. 612. Pseud. 336. Poen. 644. 782. Rud. 874. — 329. *orationem aliam conmutas.* i. e. mutatione facta comparas, cf. Pers. 568: „ferreas aedis conmutes; limina indas ferrea". Rhet. ad Herenn. II, 19, 29: „multi leve conpendium fraude maxima commutarunt". Sæpius Horatius, ut Sat. II, 7, 109: „qui puer uvam furtiva mutat strigili". Non est quod cum Guieto, R. cett. „alia" scribamus. — De præsenti pro futuro exacto v. ad Stich. 536. Madv. Opusc. II p. 80 ann., Em. Liv.[2] p. 523. cf. infra 455. 457. 504. 513. 828. 1054. — 330. *crepuerunt* R. ut 272; codd. „concrepuerunt", quod si verum est, *fores* pro pyrrichio legendum. Palæstrio sonitum forium, ut si quis exire conaretur, audivit. Philocomasium exituram arbitratur, quod facit v. 356. Sceledrus respondet, hoc nihil esse; exire neminem posse; nam se fores extrinsecus occlusisse (Most. 397) ac statim, ubi exisset Palæstrio, obseravisse. Nam recte, nisi fallor, Madvigius Adv. crit. II p. 8 *obserui* pro obseravi positum censet, quum ceteri „illas observo" aut „observabo" aut similia scribant, Periplecomeni ostium intelligentes. — 331. *hinc* ed. pr., cf. 143. 379. 420. annot. ad Aul. 648, sed in ipso Aululariæ loco erravi; scribendum est: „Hunc si amitto, hinc abierit". — *recto ostio*, recta per ostium, cf. Bacch. 708: „recta porta". — 332. *Quin* ed. pr. — *Nescio quae te* Cam. *scelera*, cf. Men. 318. *suscitant* olim em. — 333. *mihi* tertium add. Pylades. — 334. *deterrebit* Haupt. Op. II p. 321. *quin sit*, i. e. quin dicam eam esse, cf. 371. — *his* codd.; „hisce" Schmidt. Quæst. de pron. demonstr. p. 32. — 335. *Hic*, ante ostium Periplecomeni, cf. 355. — 336. *Meus* cet. Hæc Palæstrio secum, cf. ad Bacch. 101. — *pugnaculum*, locus unde pugnatur, propugnaculum, cf. Amm. Marc. XXI, 12, 18: „pacta salute susceptus ad pugnaculum solus". — 337. *te tute* Mueller. — 339. *istic ais* Cam.; Acidal. „isti" maluit. — 340. *Eam me uidisse* Cam. — 341. *huc* add. R. ut 331. — 342. *Solarium* est locus planus supra porticum aut supra inferiorem

ædium contignationem, ubi habitantes libero aere et sole frui possint; cf. Ulpian. Dig. VIII, 2, 17. Sueton. Ner. 16: „ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur". Macrob. Sat. II, 4, 14. „(Augustus) quum de Tyriæ purpuræ, quam emi iusserat, obscuritate quereretur, dicente venditore: „Erige altius et suspice", his usus est salibus: „Quid? ego, ut me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum?" In contiguis ædificiis etiam solaria inter se contingere potuerunt, ut horti Cas. 592. — *nisi per inpluuium* referenda non ad proxime antecedentia, sed ad remotiora: nullum commeatum. — 343. *Quid nunc?* Lor. conf. Most. 168. 710. Pseud. 1332. Ter. Ad. 947. *si eam facio* cet. R. — 344. *Dignun* R. — 346. *Pede* Acidal., cf. ad Capt. 787. *in uiam* A.

347. *Uolo* cett. Dum Palæstrio domum intrat, Sceledrus secum ratiocinatur. *ego* codd.; R. „egon", v. ad Bacch. 73. — 348. *facturum*, sc. se, v. 245. — 349. *rogo utendos* A. Cf. ad Asin. 317 et ad Aul. 96. — 350. *subparasitatur*, cf. Amph. 986. — *eae* R. ex A, cf. infra 887. 1121. Cat. R. R. 46 et 142; v. Neue II p. 193. Superiores „ei". — 351 post 353 ponebat Forchhammer. — 352. *noster*, v. ad Amph. 395. — *triennium* aperte falsum est; breve temporis spatium significandum est. Guietus „trimenium" coniecit, quod recepit Ribb.; mallem „trilunium", si hæc vox alibi exstaret. Gruter. „trinundinum". — 353. *Nec* A. — *alii* add. R.; Mueller maluit „aeque quam". — *in* est in A. — *melius est* A. — 354. *ego quid ago?* Sceledrus socordiam suam ipse reprehendit. Voc. „hoc", quod etiam A habet, delevi, superiores fere cum Camer. „Sed ego hoc, quod ago, id", parum apte. — 355. *Si hic* R.

356. Scena iambicis septenariis scripta Palæstrionem habet cum Philocomasio exeuntem. Primis quattuor versibus cum muliere loquitur nihil audiente Sceledro. Is autem ostio Periplecomeni obversus idque ridicule passis brachiis (v. 362) obstruens, tergum spectatoribus ostendit. — *Totiens* Camer. *monere*, sc. te me, cf. 920. — 357. *decem*, *edocebo* A, ut iam Taubm. — 358. *Minume* A. — *solae* dativo casu, cf.

1015. Ter. Eun. 1004. infra 803: „aliae". Buecheler. Lat. Decl. p. 114. — *quod* A. Hoc Cavallin. Tidskr. f. Philol. n. s. I p. 265 enarrat: „ex eo quod". Luchs. Herm. XIII p. 501 „quia". Facile credam Guietum et R. recte scripsisse: „Mihi solaest quod superfit". — 359 R. et Ribb. parum recte Philocomasio dant. — *nunc iam* A.

360. *Quid ais tu?* A, v. ad Amph. 414. — *Hanc rem gero*, hoc ago, v. ad Men. 812. Quo certius ostium servet, ne respicere quidem vult, sed loqui eum iubet; audire se posse. — 361. *istoc* A. *istoc exemplo*, isto modo, ut nunc stas, cf. 726. 757. Rud. 368. infra 402. ad Most. 187. Similitudinem autem præbet hominis cruci affixi. — *pereundum* („perfundum" lectum est) *extra portam* A. Extra portam urbis supplicia facta esse, sponte intelligitur. — 362. *Dispessis*. Gellius XV, 15, 4 hos versus laudans, ut ostenderet antiquos „ab eo, quod est pando, passum dixisse, non pansum": „Dispessis dicit pro eo quod est dispassis." cf. infra 1401. — *patibulum* pro cruce, v. ad Most. 53. *habebis*, i. e. tenebis. — *quamnam ob rem?* etiam A. — 363. *quis* de muliere, v. ad Aul. 136 et infra 808. „illaec quis" transp. Both. — 365. *quando lubet*, sc. perire; v. 344 se multis verberibus dignum dixerat, si Philocomasium domi esset. — *Perire propera* A. — 366 *iste est* et *probri* A, *maxumi* Acidal. et, ut videtur, A. — 367. *Em*, i. e. en, eccum, v. ad Amph. 771. Eadem forma exstat in cod. Vatic. Cic. Philip. V, §§ 15 et 33. Palæstrionis hæc esse, Camer. vidit. — *mihi dixit tibi quae dixi* A. — 368. *Tun me* Ribb. — *ais* A. — 369. *Atque*. Versus a proceleusmatico incipit, v. Prol. p. 181. R. „Ac". — 370. *hercle* A. — 371. *deterrebor* A, cf. 334. — 372. *Ego stulta et mora* et A et B omisso *sum*, v. ad Amph. 56. *morus*, v. ad Men. 557. — 373. *fabuler* A. — *capitis perdam*, v. ad Asin. 131. — 375. *sunt maiores* A. — *siti*, perstat in similitudine sepulchri. — 376. *minaciae*, quasi non Plautina vox esset, iniuria in suspicionem vocavit Ritsch. Op. II p. 650, v. Rud. 785. Trucul. 938. Haupt. Op. II p. 110. — „oculis" facilis librariorum error videtur; retinuit Ribb. quasi nominativum, v. Buecheler, Decl. p. 37. — *exfodiri* A.

377. *te uolo*. cf. Capt. 597. Palæstrionem sevocat; itaque post hoc nomen, non ante, interpungendum. *te* ex A accessit. — 378. *Unde exit hacc* A. *exit* perfectum est, cf. 418. Proleg. p. 212. Asin. 735 cum ann. — *Me uiden? SC. Te;* sic verba recte distinxit Pareus. Palæstrio conservum oculis suis credere nolentem, quasi dubitet an cæcus sit, rogat, num se videat. Quod recentiores „me uide“ scripserunt, hoc alio modo dicitur, v. ad Asin. 144. — 379. *Nisi*, i. e. quamquam, cf. 24. — *hinc huc* A, cf. 331. — *potuit* id., v. ad Amph. 17. — 380. *solarium est* A. — 381. *fenestra*, v. Proleg. p. 201 sq. — *clatrata* Angelius, i. e. clatris munita. — *certe* A, v. ad Men. 280. — 382. *intendere hanc arguere* A. *ergo* id. — 383. *euenit* A. — *noctu hac*, v. ad Amph. 268. — 384. „ego“ om. R.; Camer. „somniasti“ scripserat. — *aduortite* A; Br. cum C „aduortito“, quasi unum Palæstrionem alloqueretur, sed v. 392. — 385. *geminast* A. — 386. *in Ephesum*, v. 113. — 387. *Ei* R. — *deuortisse* A. Goetz. — 388 totum Palæstrioni attribuit Acidal. *Palæstrionis* Dousa, i. e. quod Palæstrio invenit. Hoc spectatoribus dicit, *Perge* Philocomasio. — 389. *uisa* et A et cett. recte, si quidem lætitia etiam in somnis est, ne quis „uisu“ aut uiso“ malit. De omisso „sum“ cf. 372. — 391. Verborum ordo ex A restitutus est. — *familiaris*, cf. Amph. 127. — 392. *quasi nunc tu*, sc. me arguis. *quasi* est ita ut, v. ad Amph. 159, add. Asin. 177. Aul. 588. 591. Capt. 80. 488. 997. Merc. 687. Cas. 140. Poen. 240. 1296. Rud. 995. Stich. 351. Trucul. 35. — De forma *ausculatam* v. ad Bacch. 892. — 393. *suumpte* Gruterus. — 394. *Id* A, cf. Amph. 852. — 395. *Satin*, v. ad Amph. 627. — *uigilanti* A. — *expetunt*, v. ad Amph. 491. — 396. *Eu hercle* A, v. ad Most. 331. infra 1052. 1057. *præsens somnium* A, ut iam Cam., i. e. cuius vis clare apparet, cf. Stich. 546: „praesens hic quidem est apologus“. — *conprecare*, ut dii omen in bonam partem vertant, cf. Amph. 733. Curc. 270. — 397. *censebo*, ubi sententiam interrogabor, cf. Hor. Ep. I, 14, 44: „Quam scit uterque, libens censebo exerceat artem“. cf. Epist. I, 17, 8. 19, 9. Curc. 492: „uolam“. — *certum est* A. — 398. *probri* Cam., cf. Amph. 880. sq. „neque

me perpetiar probri Falso insimulatam". His dictis Philocomasium ædes intrat.

399. *gesserim* A. — *dorsus* etiam Nonius p. 203. — *prurit*, v. ad Amph. 291. — 400. *certo est certa* A. — 401. *dum ibi est* scripsi. Nec Acidalii „ubi est" nec Bothii „ubiubist" ferri potest. Gertz. Tidskr. f. Filologi V p. 256: „uicissim". — 402. *ad id exemplum*, cf. 757. Merc. 262. Pseud. 135. Pers. 334. Trin. 922. — *quam simile* Cam., quotidiani sermonis abundantia, v. ad Asin. 574. Brix affert etiam Cic. Brut. 10, 39: „Videsne, ut in ea ipsa urbe, in qua et nata et alta sit eloquentia, quam ea sero prodierit in lucem?" R. „consimile" edidit. — 403. De omisso subiecto infinitivi v. ad 245. — *osculantem* h. l. A. — 404 accessit ex A. — Voc. *iam* Fleckeis. Ann. phil. CVII p. 504 delet. — 405 ex A restitutus. — 406. *Resipisces* A. — *deuenerit* idem omissis „ob oculos". Sed vel sic versus iusto longior est, nisi aut „prius" aut „pulcre" deletur, quorum illud ne ab sententia quidem commendatur. — 407 recte A. Affert Servius ad Æn. I, 233: „*Ob* veteres pro iuxta ponebant. Plautus in Milite: Nunc scio mihi ob oculos caliginem obstitisse". — 408. *planum est id* A. — *quae*, v. ad 66. — *hic* A. — 409. *Nihil habeo certi*, non certo scio. — *uidi eam* Cam. — 410. *nos paene perdidisti* Cam.

413. Ex ædibus Periplecomeni Philocomasium egreditur alterius sororis personam agens, et quasi nuper advenerit diisque adventus causa sacrificatura sit, ancillam iubet ignem in aram ante ædes positam inferre (Poen. 316) aut indere: *inde*, cf. Stich. 707. — *laudes* cet., cf. Trin. 822. Liv. VII, 36. 7: „diis laudes gratesque agunt". Tac. Ann. I, 69: „laudes et grates reversis legionibus habentem". — 415. *Quae* ed. pr. — *locis Neptuniis*, cf. Trin. 824. *templis turbulentis*, cf. Rud. 897 sq. „(Neptunus) me ex suis pulcre ornatum expediuit templis". Ter. Eun. 590: „templa caeli", Lucret. I, 114. al. — 417. *eho* Both., quod vocanti egregie convenit, respondenti non item; itaque utrumque *eho* Sceledro dandum est, non alterum Palæstrioni. — 418. *exit* perfectum est, v. 378. Si quis pro præsenti habeat, afferat Ter. Hec. 458: „Adue-

nis modo?" — 419. *Hercle opinor*, cf. Rud. 986. — 420. *potuit* R., ut 379. Quæ ibi Sceledrus dixit, Palæstrio hic ludibrii causa repetit. Versum Sceledro dant Forchh. Ribb.

423. *in istisce* Seyffert. — *debetur*, cf. Pseud. 1142. Rud. 117. Trin. 893. Trucul. 258. — 425 sq. Nonius p. 467: „*Uagas* pro uagaris. Plautus in Milite: te alloquor, uitii probrique plenus, Qui circum uicinos uagas". Adduntur exempla Pacuvii, Attii, aliorum. Rud. 317: „uiti probrique plenum". — 427. „negotist" R.

428. sqq. trochaici septenarii. „Men" R., non opus, v. ad Amph. 718. — *homo qui sim* Acidalius. — *quod* Cam. — 429. „tu" del. Pyl. — 430. *Non nos nouisti*, hæc Palæstrioni Ribb. dedit et in proximis usque ad 435 servorum personas invertit, sed ut 431—35 „Enim ne ... noster sum" omnia Palæstrioni tribueret, tum autem: „SC. Et pol ego. PA. Quaeris", v. Mus. Rhen. XXIX p. 15. — 431. *Enim*, scilicet. v. ad Aul. 492, ubi delendus est Menæchmorum locus, addendus Bacch. 699: „Enim nihil". Stich. 618. Trin. 1134.; cf. Langen Beitr. p. 262 sqq, modo ne *enim* „profecto" significare putasset. — *nos* add. Both. Ad phrasin cf. Amph. 452: „ubi ego formam perdidi?" 838: „Amphitruo es profecto; caue sis ne tu te usu perduis". — *ne . . . uspiam*, ut 433 „ne . . . quispiam", v. ad Pseud. 185. — 432. Palæstrio quasi Sceledro accedens ait se in hac re amplius et accuratius quærere velle, num iidem sint, qui antea fuerint. Pro *hic* Both. cett. „hoc", fortasse recte. *Persectari* tuetur Br. coll. Cist. 180 sq.: „Ille extemplo seruolum iubet illum eundem persequi, si qua queat reperire, quae sustulerit". Cf. etiam Lucr. II, 165: „persectari primordia". Cett. edd. „perscrutari", idque Langenio quoque Beitr. p. 245 sq. necessarium videtur. — 433. *nos nostri an alieni*, cf. Amph. 395. *ne*, cf. ad Aul. 39. — *clam* Both. — 434. *aliquis* abundare post *quispiam*, ut „quidquam" post „ne quid" Asin. 779, vidit Br., qui locis ibi allatis addit Epid. 314. — 435. *Quaeris . . malum* ed. pr., cf. 276. Hæc et proxima R. Sceledro tribuit. — 436. *Tibi ego dico*. cf. 219. — *intemperiae*, cf. ad Aul. 71. — 437. *perplexo*. quod intelligi non possit, v. ad Aul. 251. — 438. *Quis*

uocare? quo nomine vocaris, cf. ad Amph. 378. add. Ter. Ad. 891. Verg. Æn. I, 327. Pro corrupto „dicere" Camerarius „Glycerae" scripsit. Verum nomen eruit Spengelius Plaut. p. 29 sq.: „*Dicea*", quod etiam v. 809 exstat, i. e. Dicæa, *Δικαία*, correpta propter versum pænultima, ut Pelleo pro Pellæo Asin. 331, v. Proleg. p. 209, cf. Præf. vol. II p. XI. De dativo sine pronomine cf. ad Pers. 621. Capt. 979. — *Iniuria es* Dousa, cf. Curc. 65. Epid. 549. Merc. 54. Aul. 691 cum ann. — 439. *nomen possidere*, cf. Bacch. 383. — 440. *Ἄδικος es tu*, non *δικαία*, iniusta es, non iusta, quo nomine te appellari dixisti. Sic egregie locum restituit Spengel. l. l.; ceteri, v. 438 Glyceræ nomen amplexi, in alia omnia abierunt, velut Ribb.: „A! Glycera es tu? non glyca's, sed meo cet". De Græcis vocabulis intermixtis v. ad Bacch. 1161. — 441. *Tu ne* R., v. ad Asin. 875. Hiatus vel post „Quae" vel post „heri" (Proleg. p. 224) forsitan ferri possit, sed veri similiter Muellerus: „Quaene", v. ad Amph. 690. — 443. *in Epheso*, cf. 113. — 444. *indaudiui* Both., v. ad Capt. 30. — 445. „fabuler" B post rasuram, et sic Plautus solet, v. Langen. Beitr. p. 61 sq., nec alibi activa forma invenitur, nisi quod Afran. 405: „fabellare incipis". — 446. *Mitte*, manu eam arripuerat. — *Manufestaria's* R., v. ad Aul. 461. — 447 *mihi* suo loco posuit Both. Alapam ei minatur. — 448. Sceledrus Palæstrionem alloquitur. *quin tenes* Bentl., vulgo cum Pylade: „quin retines"; *altrinsecus* D. — 449. *negotiosum*, cf. Merc. 189. Pseud. 648. Aliena negotia curare non vult, ne tergum peccati pœnas luat. — 450. Hiatus in diæresi, cf. Spengel. Plaut. p. 138. — *atque*, v. Madv. Gr. Lat. 433 ann. 2., cf. Cas. 410. Aliter Cas. 554, cf. Mil. 1228 sq. — 451. *Mittis* codd., Fleckeis. cett. „Mittin", sed vid. ad Amph. 718, cf. supra 428. Interrogando imperat, v. ad Capt. 840. — *inuitam* ed. pr. — 452. *uoluntate ibis* Cam., cf. Stich. 62: „nec uoluntate id facere meminit". Cic. Off. I, 9, 28: „aequius erat id voluntate fieri". al. — Pro corrupto „hostium" edd. fere ex Lipsii coni. „hosticum", peregrinum intelligentes, ut in XII Tabb. apud Cic. Off. I, 12, 37 et Trinum. 103 hostis civi opponitur; sed hoc non nihil differt, et Capt.

245 „hostica manus“ hostilis est. Itaque *hospitum* scripsi. — 453. *SC. At erus hic. PH. Ego* duc Bothio R. — 454. *qui homines*, hiatus legitimus; „sitis homines“ Guiet. Goetz. — 455. *Lege agito*, v. ad Aul. 450. — *nusquam mittam*, cf. Cist. 534: „hinc nusquam abiit“. al. — *firmatam*, iure iurando, cf. Ter. Hec. 750. — 456. *huc*, militis domum. — 458. *feci* retinui; mulier ludibrii causa ipsa perfidiam, qua vicit, celebrat. Personæ nota in codd. male illata correctionem „fecisti“ peperit, unde R. „fecit“, Ribbeckius „fecsti“. — 459. *manibus*, i. e. e manibus, ut Fl. cett., v. ad Amph. 213. — *tam east quam* Camer. Personas in toto hoc loco recte distribuit Acidalius p. 289. — 460. *hoc*, quod iam dicturus est, cf. 618. — 462. *quemque*, cf. 156. — 463. *extempulo* Cam.

466. Dum Sceledrus machæram petit, Palæstrio secum loquitur. *profectost* R. — 467. *quicquam* Cam.; Buecheler. „quiquam“ enarrat: ullo modo. Tum Cam: „quam quae mulieres Faciunt“. R: „quam quae mulieres“ omisso verbo. *quam mulier facit* Luchs. Herm. XIII p. 502. „ac faciunt mulieres“ Langen. Beitr. p. 19. — 468. *docte diuisit suam* Luc. Mueller. Ann. phil. C p. 66. — 469. *sublinitur os* A, cf. 110. — „custodi incauto“ Bugg. Philol. XXX p. 642; mihi Sceledrus non incautus videtur sed parum acutus. — 470. *Nimis beat*, admodum me iuvat, cf. Capt. 137. Amph. 636. — *transtinet trans* etiam A.

471. Sceledrus redit, postquam Philocomasium domi vidit. *Quid iam? aut quid est?* A, cf. ad. 279. Antea Luc. Mueller: „Quid iam haud opust?“ Forchh.: „Quid iam? haud opust?“ — 473. *ut praedicas*, ut ex iis, quæ dicis, apparet, cf. Trin. 887. Curc. 111. ad Trin. 549 et ad Pseud. 983. add. Capt. 916. Cas. 291. Cist. 549. Ter. Heaut. 402. Ad. 389. — 474. *Quia*, cf. 324. 834. 1272. ad Amph. 788. — *hanc*, pro quo Br. „istam“, tuetur proximum *hinc*. — *hinc ex proxumo* A, ut iam Acidal., cf. 1131. Aul. 395. Men. 778. Stich. 432. — 475. *Magis*, v. ad 1416. — A *Sed* novam sermonem incipit A. — *quin* A. — 476. *Istaec sit gemina* A. — 477. *Id A*. Sceledro Ribb. totum versum dedit. — 478. *elocutus* Muell. Nachtr. p. 3. *essem* A. — 479. *Mussitabis*, ad Aul. 131. — 480.

Ego abeo a te A. — 481. *apud hunc ero* A. „ad hunc ibo" Both. — 482. *quaeret* et *hinc me arcessito* A.

483. Senariis Sceledrus secum loquitur et mox Periplecomenus, qui a Palæstrione edoctus iram simulans exit. *Satin*, cf. 395. *abiit* ed. pr. — *erili negotio* Br., quum numeri emendationem flagitarent, cf. Rud. 146. 180. Trin. 1057. Trucul. 135: „alienis rebus curas". R. „nec erile hic". — 484. *quasi*. i. e. quam si, v. ad Amph. 1094. *seruitutem* Scutar. — — 485. *illa quidem hic* A. — 486. *egomet cubantem eam modo* A.

490. *Meamne* et *hospitam* A; *in uia* Cam. — 492 recte A. *tractatam*, vexatam, cf. 512. Manum ei iniecerat v. 446. — 493. *recta habet rectam uiam* A ut Pseud. 1139. De abundantia orationis cf. ad Curc. 461. — 496. Ab *Accedam* Periplecomeni orationem incepit Cam., confirmat A. — *scelerum caput*, i. e. sceleratum, v. ad Curc. 234. Fleckeis. Ann. phil. 1891 p. 681 sq. — 499. *Tun* A. Numerorum causa Both. transp.: „Uolo me expurgare"; R. Opusc. II p. 431: „Expurigare uolo me. PE. Tun te expuriges" omisso „mihi". — 501. *latrocinamini*, milites mercenarii estis, v. 74. — 503. *Licetne*, sc. me expurgare. — 504. *uirgarum;* Guietus „uirgeum", cf. 513: „stimuleum". supra 157 not. — 506. *imbrices et tegulas*, v. ad Most. 106. — 507. *condignam te*, tui similem, v. ad Amph. 533. Aul. 457. — *sectatus* codd., i. e. sectatus es. Vulgo editur „sectaris" (Ribb. „sectarus") cum Servio ad Verg. G. IV, 296: „Fregisti imbrices meas, dum te dignam sectaris simiam"; quæ pro testimonio afferri non possunt. Perfectum post „dum" ferri potest, v. Casin. 346: „Dum mihi uolui, huic dixi". Madv. Gr. Lat. 336 not. 2 affert Cic. Fin. II, 13, 43. — 509. Iungas: „amplexum amicam suam, quom osculabatur. sc. eam". Both.: „Amplexam" passive, Bugg. Opusc. ad Madv. 166: „Amplexum amica ... sua"; neutro opus. — 510. *Quodque* tuetur Christ. Metric. p. 352, v. Proleg. p. 181. — 513. *Nisi* iam v. 504 positum tam multis interiectis repetitur, v. ad Asin. 870. *mihi* et *de te datur* em. Lamb. — 514. *dedecoris pleniorem* affert Servius in Æn. I, 460. — 515. *magno uento* ed. pr., i. e. quum ventus magnus est, cf. 323. Merc. 193.

plenum est Pyl. — 516. „*Ita sum coactus*, eo sum redactus", Lamb. Similitudo ex re bellica ducta, cf. Ter. Heaut. 669: „Ita hac re in angustum oppido nunc meae coguntur copiae". — 517 *expostulare* R. — *acquom sit.* Vocabula in s exeuntia sequente s ne in extremo quidem versus pede positionem necessariam facere constat, v. Prol. p. 201; sed idem in m finale fieri posse non videtur. R. cum Pylade: „tecum aequomst prius". Ribb. Goetz.: „tecum aequom siet" cum Beckero, qui coniunctivum et hic et v. 519 postulat (Studem. Stud. I p. 218), vix necessario, v. ad Amph. 17. — 518 sq. Post „utrum" desiderari *An* apparet. Primus Pylades hoc v. 519 addidit; tum Lipsius, quo accuratius sententiarum ordo decurreret, utriusque versus ordinem invertit; R., quem secuti sumus: *An si istaec non est haec neque haec uisast mihi.* Madv. Adv. II p. 9 locum non satis feliciter tractavit. — 519. R. Op. II p. 431: „Me expurigare haec tibi uidetur aequius" cf. 499; nos cum Bothio *Med.* — 520. *Sicut*, v. ad Epid. 273. Pseud. 375. Pers. 138. Poen. 505. Most. 373. Simplex „ut" v. ad Pseud. 279. — 521. *nostrai* R.; Bentl. „consimilis" voluit; Both. Br. Ribb. „Ita istaec huius similis est nostrae tua" — 523. *Quin* Lipsius. — *iubeo* Cam. De proximo *et* diversas structuras iungente v. ad Asin. 697. R. cett. „ei" i. e. „i" scripserunt. — *placide*, i. e. non festinanter, cf. ad. Epid. 108.

524. Quum primum Sceledrus ædes intrat, Periplecomenus ad militis ædes conversus Philocomasium quam celerrime ad se transcurrere iubet. — *Transcurre . . . ad* ed. pr. — *curriculo*, i. e. cursu, v. ad Most. 354. — *ita negotiumst* ed. pr., v. ad Bacch. 751. — 528. *infuscauerit.* Quoniam nec Philocomasium nec Sceledrus huius verbi subiectum esse potest, apparet intransitiva vi poni, v. ad 584, ut sit: turbidum fiat, turbetur. Similiter Cist. 18 sribendum censeo: „Raro enim dabat quod biberem, et merum infuscabat"; anus queritur quod vinum non clarum colorem præbuerit, sed fuscum et turbidum fuerit, quod corruptelæ indicium est. Forchh. Goetz. a „Si" novam sententiam incipiunt, eandem post „mu-

lierem" interruptam statuunt, nimis obscure, præterquam quod" illa sententia necessario a „Nam si" incipienda erat. — 529. *foris* R., ut iam emendator cod. B; superiores editores: „dolus". — 531. *ut pote quae non sit* Cam. *Ut pote qui* est qui quidem, cf. Bacch. 509: „ut pote quod pro certo sciam". Rud. 451: „Satis nequam sum ut pote qui hodie inceperim amare". — *reor* ed. pr. — 535. *Complexum* Acidal. — 536. *Uin* et *abi* ed. pr. — 537. „domum" del. Both. — *Licet*, sane, v. ad Amph. 540. — 540. *facete uidi* ed. pr.

542. *stultitiam meam* A. — 543. *tua genua* A. — *obsecras* primam corripit. — 544. *demum* A. — 545. *excordem* id. — *incogitabilem*, qui cogitare nequeat, cf. Madv. Gr. Lat. 185, 2, annot. 1; similiter „adiutabilis" infra 1139, „impetrabilis" Most. 1142. — 546. *quid* A. — 547. *Uidistin* A. — *Erum exhibeas*, ut pœnas des. — 548. *equidem me* et *fateor* A. — 549 recte A. — 552. *ex uno* A. — 553. *aeque* abundat, v. ad Capt. 694. — *atque ista hospita* A. — 554. *despexe* A. — 555. „fateare et ego" A teste Loewio; Stud. „fateare ergo". *id* em. Mueller. — 556 et 57 in solo A comparent. — 558. *uidisse* A. — 559. *es tu* Br.; „Ratun istic" Goetz. — *minumi* A. — 560. Brachylogia; minimi, inquit, pretii essem, si concubinam militis domi meæ cum amatore convenire paterer. — 561. *Eam* et *tam* A. *insignite*, v. ad Men. 989. — 564. *hominem* A; *seruom* ed. pr. — 566. *Ego ne* etiam A, vid. ad Asin. 875. — *hunc* A. — 567. *egomet certo* A. — 568. *excruciandum me; egomet me dedam* A — 569. *ignosce* A. — 571. *tibi di* A. — 572. *ament*, optativus obtestationis, ut quum dicitur „ita me dii ament". Indicativus pravus est. *comprimes* Pius et A, ut videtur. — 573. *Posthac* A. Cum sequentibus recte iunxit Buecheler. — 574. *Nec* A. — 575. *facere certum est. Sed satin oratus* ⌗ *Abi* A. Proxima verba codd. recte Periplecomeno dant, edd. Acidalium secuti Sceledro, ut proxima, *Ne me noveris*, Periplecomeni sint. Hunc igitur eo descendisse statuemus, ut servum oret, ne se novisse videatur? Immo Sceledri hæc precatio est semper verentis, ne apud herum accusetur. Nam quod interpretes plerique eodem fere modo hæc verba enar-

rant quo Ribbeck: „Dass du mir aus dem Wege gehst“, id significare non possunt. Nec melius Lorenz.: „Wahrlich, du sollst mich kennen lernen“.

577. Discessit senex. Sceledrus ex animo sibi ignovisse eum non credit. — *gratiam fecit*, concessit. — 578. *quam rem gerat*, cf. 360. — 580. *comprehendar* A. — 581. *me habent uenalem*, me vendunt, produnt, cf. Bacch. 809. 811. Lamb. contulit Soph. Antig. 1036: *ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι πάλαι.* — 582. *nassa* et *escam petam* A et Fest p. 169: „Nassa est piscatorii vasis genus, quo cum intravit piscis, exire non potest cett.“. — 583. Pro *et* Brixius: „aut.“ — 584. Cf. Ter. Ad. 785: „dum hae silescunt turbae, interea in angulum aliquo abeam“. *haec* AB, v. ad Aul. 378. — *leniunt*, intransitive, quasi leniuntur. Gellius XVIII, 12 animadvertens antiquos interdum „pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia posuisse“ affert Casin. 228 „palliolum rugat“, ex alio Plauti loco „pulueret“ pro „pulueris plenum sit“, ex Gellii annalibus „tempestas sedavit“, ex Catone „res auxit“, ex Varrone „mutant pro „mutantur“- Eodem modo „rutilare“ Accius 675 et posteriores poetæ. — 585. *pipulo* Bothius, quasi convicio, cf. Aul. 438. *impio*, i. e. scelesto, nefario, cf. Most. 494: „scelestae hae sunt aedes, impiast habitatio“. Catul. 14, 7: „qui tantum tibi misit impiorum“. R. „improbo“. — 586. Sceledrus mutato consilio domum se confert, ibique in cella vinaria se inebriat, v. 818. Sed illa scena admodum suspecta est. Hic autem *de me quidquid est* pro „quidquid me fiet“ barbarum est; quare hunc versum cum Lor. Br. aliis spurium habeo.

Versus 587—96 Ladewig. Philol. XVII p. 260 damnabat; nec desunt, quæ graves scrupulos moveant, sed anceps iudicium est ubi tales inveniuntur corruptelæ ut v. 589 et 596. Illius sensum expressit Bothius Scioppium secutus: *Quine inducatur*, v. ad Amph. 690; nec est cur cum Lor. Br. Goetz. versum excidisse putemus. Propius a codd., sed vix satis Latine Madvig. Adv. II p. 9: „Quoi id adimatur“; Ribb. „Cuin id adimatur“. — 590 sq. Sceledrus nihil videt nec audit nec opinatur, nisi quod nos volumus. — 592.

festiuam operam Gulielmus. — *praehibuit* A. — 593. *senatum*, v. ad Aul. 541. — 594 sq. Verum ordinem a Camerario restitutum confirmat A. — *me est* A. — *autemst foris* id. Sceledrus exierat v. 541; sed quid attinet dicere eum in Periplecomeni ædibus non esse, ubi nullus omnino ei locus sit? — 596. In exitu versus Lamb. scripsit: „illis sortitio fuat", R.: „illis sortitus fuat", Ribb.: „ultimus sorti fuam". Bugg. Opusc. ad Madv. p. 166: „Ibo intro, ne mihi multa insortito fuat". Significari putaverunt sortitionem magistratuum de provinciis; quæ autem hoc loco sortitio partium cogitari potest, ubi consilia ineunda sunt, quo modo miles capi possit, sed nemo alias partes agere debet quam suas? Immo multa commemoratur. quæ senatori dicebatur, qui, quum in senatum venire deberet, non adesset. Itaque scripsi paulo longius a codd.: *ne dum absum, multam commiserim.* In eandem sententiam, sed minus Latinc Hasper. Comment. Fleckeis. p. 178: „Ibo intro, ne *mi* multa fortis eo fuat".

---

597. Dum consilia militis impugnandi intus ineuntur (614), fieri potest ut tibicen aliqua cecinerit, ut Pseud. 575, v. Proleg. p. 169. Locis ibi allatis, Asin. 802. Cist. 465, addi debet etiam Trin. 604. Trochaicis septenariis scena scripta ėst. Primus Palæstrio egreditur, ut speculetur, num vacuus locus et tutus sit, nec ante quam hoc compererit ceteros evocabit. *uos, Pleusicles*, cf. Poen. 603. Ter. Phorm. 545. Cic. ad Fam. XIV, 5 extr.: „Vos, mea suavissima Terentia, curate ut valeatis". Verg. Æn. IX, 525: „Vos, o Calliope, precor". ann. ad Epid. 399. — 598. *sient* A. — 599. *Concilium quod* pro „concilio quod", attractio, vid. ad Amph. 1002. — 600. *Unde ... ne quis*, cf. Horat. Sat. II, 1, 37: „quo ne per vacuum Romano incurreret hostis". Plura apud Hand. IV p. 36. — Versum aperte spurium, qui in Pall. codd. sequitur, non habet A. Sed non minus spurii videntur duo proximi. R. in ed. eos post 605 posuit ita ut pro *Nam* „Et" scriberet et pro *mihi* „tibi" cum Acidalio; in præf. Stichi p. XVIII his retentis vv. 604—5 damnavit. Hoc

Br. sequitur; Ribb. etiam v. 603 eiicit. — 602. *usuist* A. — 603. *si id inimicis* A. — 604. *consultum* desiderari olim intellectum est. — 605. *cautella locos* et *lectus est* A. — 606. *Quippe qui* scripsi, v. ad Amph. 738. Idem Tyrrellio placuit. Goetz. cum Muellero „Quippe illi". — *tuum* ed. pr. — 608. *illi* exstat in A. — 609. „aut", quod ante „a laeua" legitur et in A et in B, cum C omisi; Ribb. „ne quis aut hinc aut ab laeua aut dextera"; sed *a dextera* in A fuisse videtur. — 610. *cum auritis* (i. e. aurium) *plagis*, cf. 986 et 951. — 611. *Sterilis*, vacuus. *ad ultimam est plateam* A. — 613. *in bonis*, inter bonos, cf. Sall. or. Macri § 11: „dominatio in uobis". Acidal. R. cett.: „in bonos". Bacch. 722: „Inperatum bene bonis factum ilico est". — 614. *intus* prima correpta, v. Proleg. p. 203. — 615. Numeri non explentur. Brix. em.: „Magis non potest esse aliud ad rem utibilius." Goetz. addit: „face modo". Sed proxima quoque corrupta. Numeris consulitur, si aut cum Grutero „Pleusicles" omiseris, aut cum Goetzio „Immo" et „quod" scripseris pro „quodne"; sed nec verbum „videtur" omitti potest, nec „Immo" ferri, nisi antecedat simile quiddam, cui opponatur. Sensus requirit: „Sed tibi Quid uidetur?" Utut est, non iniuria dubitatur, num vv. 614—16 genuini sint.

Proxima autem usque ad 765 ipsius Plauti non esse iure animadvertit F. Schmidtius Ann. phil. vol. supplem. IX p. 338 sqq. Nam Palæstrio herum et senem evocavit, ut consilia inirent, sed consilium non habetur ante v. 766; qui intercedunt CLII versus alia omnia continent, satis lepida fortasse, sed ab re aliena. Primum Periplecomenus multis verbis ingenium suum expromit cælibemque vitam laudat, tum (v. 738) se opsonandi causa abiturum dicit, hospitisque in ea re modestiam reiicit. Tam multa hoc quidem loco, ubi consilium gravissimum de summa re habendum est, sine summo fabulæ detrimento interponi non potuisse apparet. Nec in toto hoc loco leporem et vigorem vere Plautinum agnosco; verbosam video eloquentiam, quæ magis Gracchorum et Lucilii ætatem quam Plauti sapiat, auctorem autem ut prologorum auctoribus ingenio superiorem, ita ætate fere æqualem. Quæ autem his

similia in aliis Plauti fabulis leguntur, ut Bacch. 538—49 et Merc. 16—39, eadem *νοθείας* suspicione premuntur.

617. *Quis homo sit magis meus?* dactylus, trochæus, dactylus; corrigendum nihil videtur, saltem in hoc scriptore; etiam proximum *quamuis* probum est, nec cum edd. inde a pr. scripserim: „magis meus quam tu es". Sed „homo meus est" aliter dici solet, v. 336. — 618. *decet hunc*, nam lepidissimus est homo. — *misere* Both. — 619. *cedo* Camer. — 621. *ac neque* Ribb. — *te decora*, i. e. digna, cf. Aul. 213: „decorum tuis factis". Asin. 570: „Ut meque teque maxume atque ingenio nostro decuit". — 622. *A te* R. *expetere* accusativum cum infinitivo sibi adiungit, cf. Trin. 366. Ter. Hec. 727. Enn. ap. Cic. Off. II, 7, 23. Cic. ad Qu. fr. I, 1, 1, 2; alia v. ad Bacch. 1064. — *ex opibus summis*. cf. Merc. 110. — *mei honoris* Pylades, cf. Aulul. 25. Curc. 549. Stich. 339. Ter. Phorm. 928. Bothius facilioribus numeris: „ex opibus summis mei te honoris gratia". — 623. *Mihique ... atqu* ut Verg. G. III, 434. Ovid Met. IV, 429; sæpius „que ... et" v. ad Amph. 5. — 624. *facta*, substantivum relativo pronomini additur nec necessarium nec demonstrativo prorsus accommodatum, cf. Ter. Andr. 213 sq.: „causam ceperit, Quo iure qua me iniuria præcipitem in pistrinum dabit". Plaut. Capt. 663: „quid negoti est, quam ob rem". Merc. 333. infra 948. Poen. 193. 814. Pers. 392. Rud. 90. 1047. Trucul. 9. Bacch. 246. Alia exempla relativi parum accurate additi v. ann. ad Amph. 959. — 626. Periplecomeno hæc edd. dederunt; cod. B recte Palæstrioni; servum decet tam scurriliter obiurgare herum, quod in amore ullum pudori locum esse putet; herus autem talia parum curans senem alloqui pergit. — 627. *Nihil amas*, i. e. nullum amorem habes, cf. 1003. ann. ad Asin. 924. Ut h. l. sine vero obiecto „quid ames" Pseud. 74. — *amantum*, immo „amantis", Niemeyer. — 628. *mei* add. Cam. — 629 sq. Nonius p. 4: „Plautus Milite: quid ais totam (i. e. tu? tam) tibi ego uideor oppido hacheruntius? tam capularis? id est capulo proximus". Servius ad Æn. VI, 222: „Plautus: *capularis* senex, i. e. capulo vicinus". (Isid. Orig. XX, 11, 7. Luctat.

Placid. ad Theb. VI. 55.). cf. Asin. 883: „capuli decus." — *Acheruntícus*, mortis præda, cf. Merc. 287. ad Amph. 1022. — *uitam* Cam. — 631. *Nam*, cf. ad Asin. 122. — „*annos natus*" numerorum causa Cam.; sed „praeter" tam inusitate dicitur, ut maluerim hoc cum Fleckeisenio delere. — 632. *manibus*, *pedibus*, inverso ordine Guietus, nam pedum pernicitas vulgo laudatur, v. Men. 852. 744. Pseud. 1178. Liv. XXII, 59, 10; sed etiam manus Amph. 1132. Allitterationis causa illud commendat Bugg. Philol. XXX p. 643. — 633 sq. affert Nonius p. 456 sq., ubi legitur „albet capillus". — *ab ingenio* Nonius, cf. Trucul. 823: ab ingenio inprobus". Ter. Phorm. 340: „otiosum ab animo". — *senet* scripsi ut iam antea Koch., quoniam apud Nonium "senes" est; Scioppius: „est senex". Cf. Pacuv. 275. 304. Acc. 612. Catul. 4, 26. — 634. *amussitata* Aldus, v. ad Amph. 836. Sed *emussitata* etiam Nonii codd., cf. Festi Epit. p. 76: „Emussitata, ad amissum facta". Placid. p. 42: „Emussitatos, ad amussim exactos"; quare Goetz. hanc formam recepit. — *sua sibi*. v. ad Amph. 265. Trin. 157. Petron. 66. Gell. V, 10, 16. — 635. *experior* ultima longa, v. Proleg. p. 195. add. Aul. 209. Epid. 653. Most. 611. — 636. *adolescentuli est* Cam. — 638. *Comitatem erga te* Cam. — 639. *Ut* cet. Ideo, inquit, quamvis nota exponam, ut exemplum tibi in promptu sit, si uti velis. Lacunam ante hunc versum non video, ut R. cett. voluerunt, multo minus eius transpositionem versuum 639—61 probare possum; ne Ribbeckio quidem accedam (Mus. Rhen. XXIX p. 23) totum locum pessime interpolatum esse, quippe qui eum a Plauto omnino abiudicem, v. p. 260. *exemplum experiundi*. i. e. exemplum ex experientia ductum; genitivus explicativus, cuius in gerundio alterum exemplum exstat Poen. 34: „sermones fabulandi", cf. etiam Cæs. B. G. III, 8: „ab his fit initium retinendi Silii atque Velanii". i. e. retinendo. Verg. Æn. V, 590: „signa sequendi". Madv. ad Cic. Fin. III, 14. 46. Non opus igitur emendatione Ribb. „experiundo". — *ne quaeras foris* Luchs. Stud. I p. 35, v. ad Asin. 317. — 640. *nisi qui ipse* Gruter., aliquanto durius, nam sequitur *aegre*, non „nemo facile", audito subiecto indefinito. cf. Cic. Orat. III, 31, 123. p. Cælio 5, 11.

— *inspicit*, intelligit, cf. 129. — 641. *Et.* Both.: „Sed"; Br. confert Men. 640. — 643. *conuiua commodus*, cf. Poen. 615. Pseud. 443. — 644. *Idem* scripsi; R. „Itidem". — 645. *Incommoditate*, ἀηδία, de qua Theophr. Char. 20. — Pro corrupto „quomodo" ed. pr. „commode", R. „commodo", quam formam ex Frivolaria affert Charis. p. 174; Müller Nachtr. p. 36: *commodos.* — 646 sq. *Commemini* et *tacere* ed. pr. — 648. *Minume sputator screator* ed. pr. De asyndeto v. ad Amph. 891. *muccidum*, cuius mucci fluunt, ut est Most. 1090. — 649. *Post,* i. e. postremo, denique, cf. Merc. 443. Rud. 1156. Stich. 381. Ephesi se natum dicit, inter Græcos omni humanitate excultos, non inter Apulos rusticos. *noenum* em. Buecheler Ann. phil. LXXXVII p. 774, v. ad Aul. 67. — *Aminulae* Scioppius ex Fest. Ep. p. 25: „Aminula urbs parvarum opum fuit in Apulia". Cf. Serv. ad Georg. II, 134. — 650. *senicem* Lipsius ex Prisc. III p. 616 et VI p. 724, qui Cist. 302 affert. *senicem*, *omnis* Bugg. Tidsk. f. Philol. VII p. 9. Br.: „O lepidissumum hominem". Ribb.: „Lepidum senecionem". — *memorat uirtutis* Scutar. — 651. *equidem*, v. ad Amph. 757. — *educatum* Both. — 652. *praedicaui* Bugg. Ex oratione, quam habuit, eum Veneris alumnum vel venustatis plenum esse dixerat Palæstrio; iam promittit se plus etiam venustatis exprompturum. Pergit autem in enumerandis virtutibus et describendis moribus suis, si quidem eum versuum ordinem servamus qui in codd. est; sed fortasse non iniuria R. vv. 653—57 post v. 648 posuit; Ribb. Goetz. delebant. Superiores editores ante v. 653 versum inserebant, quem ex Plauto affert Servius in Æn. I, 738: „Neque ego ad mensam publicas res clamo neque leges crepo". — 653. *alienum ego umquam* Bothius. „Neque ego numquam" Goetz. cum Brixio Ann. phil. XII (1870) p. 799, cf. Vahlen. Herm. XVI p. 602. De geminata negatione cf. ad 1405; sed num sic poni possit, subdubito, v. ad Pseud. 136. — *subigito*, cf. 1396. Capt. 1025. Cas. 886. Merc. 200 sq. Pers. 228. — 654. *pulpamentum*, v. ad Curc. 90. — *praeuorto*, præripio, occupo, cf. Verg. Æn. I, 721: „vivo tentat prævertere amore". — 655. *me* olim em. — 656. *sermonem segrego*, v. ad Most. 506. — 657. *Uenerem*, venustatem, cf.

651. Stich. 278: „Amoenitates omnium uenerum et uenustatum adfero“. — 658. Post Camerarium edebatur: „Tui q. e. omnes mores ad uenustatem ualent“, Ribb. „uigent“. Br.: „Tu ... omnis moris ... ueges“, quod transitive poni voluit, ut Ennius et Pomponius ap. Non. p. 183, excitandi significatione. Aliud verbum requiritur; *uocas* scripsi, i. e. refers, ut Tacit. Ann. I, 6 extr. „omnia ad senatum vocando“. — 659. Palæstrionis nomen Lorenzius præfixit, quod codd. antecedenti, quem Pleusiclis esse Taubm. vidit. Versum parum accurate affert Serv. ad Æn. XII, 87: „Ego istos mores orichalco contra comparem“. Si tres, inquit, mihi monstraveris homines ita moratos, aurichalco pondus eorum æquabo. v. ad Curc. 201. — 661. Cum Br. Bergkium secutus sum; ed. pr.: „nec qui amicus amico sit magis“, ut „omnis“ priorem corripiat. — 663. *apud omnis res*, i. e. ad omnes res; Dousa voluit: „Ita ego ad“. — *benefactis* ed. pr. — 664. *tristi iracundo* id. — 665. *mutum*, tranquillum. — 666. *Liquidiusculusque* Cam. Locum affert Non. p. 334: „liquidius cultusque ero quam uentus est fabonius“. — 667. *conuiuam* ed. pr. — *hinc indidem* Cam., i. e. ex eodem me. — 668. Parasiti sæpe iidem opsonatores erant, v. Capt. 473. — 669 affert Nonius p. 5: „tum ad saltandum non cinaedus malacus aeque est“. *cinaedus*, v. ad Aul. 414. *malacus*, ad Amph. 311. — 670. *ad illas*; ex B „ad ollas“ Bergk. Ribb. — *optassis* Camer. — 671. *Huic* Guiet.; *referri* ed. pr. — 672. *esse experior summae* Cam.

673. *morus es* Cam., cf. 372. — 674. *sumas* Cam. — 675. *quaestus* olim em. — 676. *Et;* R.: „Ut“. — *i. d. r. sumptumst* R. cf. Trin. 412. Cam.: „sumas“, fortasse recte. Br. Ribb. Goetz. versum damnarunt. — 677. *Deum uirtute*, v. ad Aul. 159. — *te unde* Haupt. Op. II p. 139 et Bergk.; Nonius p. 415: „deum uirtute est eundem hospitio accipiam“. — „accipiem“ tutatur Bergk., v. ad Most. 897. — *comiter R.* — 678. Nonius p. 120: „*Hilaritudine* pro hilaritate. Plautus M. g. Es siue animo cet.“. *Es, bibe* ed. pr. — 679. „sum“ del. Bugg. Tidskr. f. Phil. VII p. 11. „liberum autem ego me uolo uiuere“ Lor. Goetz. — 682. *oblatratricem*, quæ semper mecum litiget. Canis uxor appellatur Cas. 299, cf. Men. 702 sqq. — 683 Pleusicli dedit ed. pr. *lepidumst*

onus Lips., cf. Trucul. 465: „Mulieri nimio male facere leuius onus est quam bene". R. cum Toupio „opus" sententia alio detorta. — 684. *tete* A, ut Studemundo videbatur. „onus" ego priore ed. — 685. Hunc versum, ne Periplecomeni orationem interrumperet, R. post 703 posuit, Lor. post 701, sed neutri loco satis convenit. Hic quoque si abesset, non desiderarem; quoniam adest, facile fero, nam ad servi verba respondere senem non est necesse. — 686. In A Studem. legit: „suaue ductust", Loewius „ludus durust", quorum illud Goetzio librum inspicienti multo probabilius visum est. Proxima autem „si sit" incerta esse dicit. Gruterus ed.: „si ea deducta est cuipiam"; R.: „si ea duci potis est"; uos: *si ea deduci potis sit.* — 687. *ea possit inueniri* A. — 688. Versus causa Muell. „mihi" delebat; sed extat etiam in A; Goetz. „tibi" del., quod in A Loewius legere non potuit; sed hoc nec sententia nec numeri commendant. Ego „ut" scripserim pro „unde". — 689. *Malacum* et *hibernae* A. — 691. *Uerum* durius, præsertim post parenthesin „hoc ... audias", refertur ad v. 688: quæ mihi numquam hoc dicat ..., uerum quæ, prius quam galli cantent, me suscitet. De ordine verborum, quod plura ante pronomen relativum ponuntur, cf. 695. ad Asin. 230 et Merc. 36. — *e* exstat in A; alioquin abesse poterat, cf. Cat. R. R. 5: „primus cubitu surgat, postremus cubitum eat". Pl. Men. 275 et 285: „opsonatu redeo". ad Amph. 213. — *suscitet, Dicat.* asyndeton, v. ad Amph. 13. — 692. *mi uir* ex spatio A Studem. — *calendis*, sc. Martiis, Matronalibus, quo die mulieribus dona mittebantur, v. Macrob. Sat. VI, 4, 13; „Pomponius in Atellano, quæ Kalendæ Martiæ inscribitur: Vocem deducas oportet, ut uideantur mulieris Uerba: Iube modo afferatur munus". Mart. V, 84, 10. Sueton. Vesp. 19. Dig. XXIV, 1, 31, 8. al. — *qui ... munerem* A, ut iam R., cf. 696. — 693. *faciam condimenta, da* R. — *quinquatrus*, dies Minervæ festus a. d. XIV Kal. Apriles, vel post diem quintum Idus Martias; hanc enim propriam nominis vim esse testatur Varro L. L. VI, 14; „ut ab Tusculanis" inquit „post diem sextum Idus similiter vocatur sexatrus et post diem septimum septimatrus". Quinquatribus ancilia lustrabantur, ut

Tubilustriis tubæ: quinquare autem lustrare est, v. Charis. I p. 62. Hoc die vel his diebus etiam privatim lustrationes habitas esse credimus, privatimque iis, qui lustrando, præcantando, vaticinando vitam sustentabant, munera missa esse. — 694. *Praecantrici* A, ut iam Scaliger, cf. Non. p. 494: „Varro Cato vel de liberis educandis: ut faciant pleraeque, ut adhibeant præcantrices nec medico ostendant". Br.: „Praecantatrici". — *coniectrici* Camer., cf. Amph. 1144: „coniectorem"; sed feminas in eiusmodi rebus mulieres adhibebant. — 695 affert Fest. p. 330: „Flagitium est, si nihil mittetur, quae supercilio spicit". Verbum substantivum, quod etiam C habet et editores retinuerunt, abest ab A B, recte. Haruspica, si nihil ei mittitur, *supercilio*, i. e. fronte contracta, *flagitium spicit*, sive præsagit. Flagitium est quod nos dicimus „Scandale", cf. Trin. 614: „Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur uirgini". — De ordine verborum v. ad 691. Pro *mittetur* Both. „mittatur"; non opus. De temporum consecutione v. infra 892. — 696. *plicatricem* ex A Studem. Herm. I. p. 289, qui confert vestiplicam Trin. 252. Colerus „piatricem" scripserat ex Festo p. 213: „Piatrix dicebatur sacerdos quæ expiare erat solita, quam ... alii sagam, alii expiatricem vocant". — *non potest*, sc. fieri; v. ad Amph. 169. — *clementer*, moderate; ut hic immoderatæ largitioni, ita alibi festinationi opponitur, v. Epid. 206. Merc. 940. Stich. 533. Etiam colles clementer surgere dicuntur. — 697. *ceraria*, quæ ceram præbet (?), qua num ad sacrificia aut lustrationes aut ad quam aliam rem opus fuerit ignoro. A: „ceriaria" corrupte; num „fertaria"? a ferto, genere libi, quod cum strue diis offerebatur. Quæ editores tentarunt, omnino improbanda sunt, velut geraria, quod nihil est, toraria, quam ὠλενοτρόφον interpretantur, γεραιρά, quod ad Græcas religiones pertinet, v. Dem. Neær. 73. Ne turaria quidem mihi placet. — 699. *Quid* A. — 700. *horum* R.; „huius" etiam A. — *damna*, cf. ad Curc. 471. — 701. *serat* Lamb.; „serant" exstat etiam in A. — 702. *Di tibi propitii sunt*, i. e. sanam mentem habes, cf. Ter. Phorm. 636: „Satin illi di sunt propitii?" i. e. num sanæ mentis est? Senec. Ep. 110,

1: „te saluto et iubeo habere mentem bonam, hoc est propitios deos omnes". Nullo igitur iure offendit Buggius, Tidskr. f. Phil. VII. p. 11. — *nam hercle si* A. — 703. *haud* A. — *in eundem* A, ut *restitues* pro „te r." dicatur sicut „recipere" pro „se r.", v. ad Bacch. 291. R. „in" delebat, cf. Ter. Andr. 681: „restitue quem a me accepisti locum". Phorm. 33: „quem actoris uirtus nobis restituit locum". Gertz: „in eundem rursum rem statues locum". — 706. *sit* ed. pr.; Ribb. cum Hauptio: „opus mihi sit". — 707. *fortunate* et *atque* A. — 708. *Mea bona* A. — *in morte* Both., cf. Men. 403: „in morte regnum Hieroni tradidit". De vocali cf. Proleg. p. 195. — *cognatis didam* A, ut iam Haupt. Herm. II p. 214. — *partiam* A. — 709, ut edidi, A. Futura parum apta sunt. Brix. corr.: „Ei apud med adsunt, me curant, uisunt quid agam, quid uelim". Bergkio (Beitr. z. lat. Gr. p. 42) versus spurius videtur, ac delerem, si totum hunc locum Plautinum putarem. *apud me aderunt*, cf. Amph. 573: „apud te adsum". — 710. *noctu ut somnum ceperim* A. — 711 spurium iudicavit R. *habebo qui mihi* A; alioquin scriberem: „habeo, quam [diu mihi]". — 712. *dant* A. — *inde*, ex sacrificiis. — 713. *Abducunt ad exta me* et *ad prandium* A. *uocant* edd. — 715. *mussito*, taceo, nihil omnino dico, cf. 313. Male R. cett. quasi secum loqui intelligunt, proximumque versum pro obiecto huius verbi capiunt, quasi muttire, non mussitare scriptum esset. — 716. *me* et *nutricant et munerant* A. — 717. Vulgo cum Cam. „ad te et tua multum uides". A: *habes*, unde Ribb.: „ad te et tuam uitam uales", ego: *apte structam* (i. e. institutam) *uitam habes*. — 718. *trigemini* A. — *si te bene habes;* si vitæ bonis recte frueris, tantundem tibi erit quam si geminos aut trigeminos filios habeas, cf. 724 et ann. ad Aul. 364. — 719 recte A. — 720 in solo A exstat. *si ei forte*, transitus fit a plurali ad singularem, v. ad Men. 564, sed paulo durius, quare R. ante hunc versum excidisse alterum statuit velut (coll. Ter. Adelph. 35 sq.) „Si mihi filius reuorti forte cessasset domum". Mihi olim in mentem venerat: „si puero fuisset febris". — 721. „cecidissetne" etiam A; „cecidissetue" R.; nos cum Br. *cecidisset*, omisso „si",

ut v. 712 v. Madv. Gr. Lat. 442 a, ann. 2. — *de equo uspiam* A. De hiatu in eadem vocali v. Proleg. p. 220. — 722. *aut ceruices* A. — 723. *esse et* et *dari* A. — 724. *et se bene* A. — *usui est* A. — 725 sqq. Ribb. omissis 723—724 Palæstrioni dedit. *me di deaeque ament* A. — 726. *uno* in A bis scriptum videtur. Lor.: „parasse ut uno". — 727—729. Criticam loci rationem expedivit Spengel. Plaut. p. 37 sq. duce Nonio, qui p. 415 et p. 157 duo posteriores versus affert cum paucis in priore vitiis („quae inproba est mers, pretium eis statuis, pro virtute ut neviant"). — 727. *agoranomus*, v. ad Capt. 817. — 728. *mers*, i. e. merx, scribitur etiam Poen. 339. Pers. 239. 583. Cist. 559 et Nov. apud Non. p. 109. cf. R. Op. II p. 656. — *ei* non primo loco positum, cf. ad Men. 667. — Repetito „pretium ei statuit" eiecto R. proposuit: „Quae probast aut luculenta". Ribb. Goetz. „Quae probast et pretio digna". — 729. „pauperat, pauperem facit", Non. p. 157. Sed A: *pauperet*, ut iam Acidalius, ut ad „ut" antecedentis versus referatur. — 730. *dispertisse* A, cf. 708. al. — 731. *ingeniatus* A. — *longinquam*, longam, cf. 1016. Merc. 600. *darent*, coniunctivus iussivus, v. ad Men. 599. — 732. *Qui inprobi essent et scelesti, is adimerent* A. *is*, i. e. iis, ut 735, v. Proleg. p. 212. — 733 recte A. — 734. *facerent* A. — 735. *is*, i. e. iis, ut scriptum est in A; usitatius esset „eorum", ut Hor. Ep. I, 12, 24: „Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest"; v. ad 273. — 736. *inscitus*, v. ad Bacch. 1074. — 737. *Quique eos uituperet* A. Sed hæc Ritschelio ita languere videbantur, ut ea pro glossemate eiiceret longeque aliud scriptum fuisse putaret velut: „Sed dies it". Ribb. totum versum damnavit. — *nunc istis* A.

738 et 739 recte A. — 740. *Nihil me paenitet.* non parum mihi videtur. v. ad Bacch. 1182. — *sumptui* Cam. ut 673. — 741. *hospes nullus* ed. pr. ex D. — *tam in amici* A, cf. ad Amph. 721. infra 850. 899. 1195. Rud. 1134. Ter. Hec. 310. Ad. 274. Madv. ad Cic. Fin. V, 9, 26. — *diuorti* B. — 742. Post „triduum" Both. et R. „ibi" addunt, quod audiri posse videtur. Br. affert Cic. Rosc. Am. 27, 74: „Roscius, qui Romam multis annis non venit neque umquam

plus triduo fuit". 33, 94: „Dices: Quid postea, si Romæ assiduus fui? Respondebo: At ego omnino non fui". — *siet* A. — 743. *sit, ea est odiorum Ilias* A; sed coniunctivus „sit" etiam alterum coniunctivum requirere videtur. *Ilias* propter magnitudinem in proverbium abierat (Æschin. Ctesiph. 100: μακρότερον τῆς Ἰλιάδος), maxime ubi de longa malorum serie agebatur, v. Demosth. παραπρ. 148: κακῶν Ἰλιὰς περιειστήκει Θηβαίους. Cic. ad Att. VIII, 11, 3: „Tanta malorum impendet Ilias". Propert. II, 1, 14. Ovid. ex Ponto II, 7, 34. al. v. Klotz. Progr. Lips. 1868 p. 8. — 744. *inuitus* A. — *murmurant* id. — 745. *Seruiendae seruituti* A. — *instruxi* A, i. e. paravi, v. 977. 1095. 1142. — 746 recte A. — 747. *illis aegrest* A, v. ad Amph. 903. — Inter *mihi* et *quod* nihil desideratur; errore in archetypo aliquid additum fuit; Ribbeck. „mihi id quod", ordine vix ferendo. *uolupest* A. *meo remigio rem gerunt* A, i. e. nihilo minus ex meo animo rem gerunt. Vulgo „gero" editur. — 748. *malo atque ingratiis* A. — 749. *certumst* A. — 750. *ne magno sumptu* ed. pr. — 751. *Quin tu* et *ueterem* ed. pr. — *ueterem atque antiquam*, cf. Amph. 118. — 752. „Nam" cum R. delendum censeo utpote ex proximo versu illatum. Buecheler Lat. Decl. 252 „Nam proletari" volebat, incertus utrum ablativus an genitivus sit. *Proletario* est proletariorum, vulgi pauperrimi. Inde in proximo versu *ii*, v. ad 187. Ceterum *i* pronuntiandum, et sic ed. R., ut 732 et 735. — 754. *hospes* add. Cam.; R.: „Quid opus fuit tibi istoc sumptu". — 755. *sat erat* ed. pr. — 756 sq. Both. Lor. Br. Ribb. post 762 ponunt; Goetz. delebat. — *illud ad illud*, cf. ad Capt. 588. — *perspecte* ed. pr. — 758. *eidem* R. — *quamquam*, i. e. quamvis, v. ad Aul. 102. — 760. *hic conger* ed. pr., v. ad Aul. 391. — 762. *procellunt se*, i. e. proruunt. Fest. Epit. p. 225: „Procellunt procumbunt", unde R. alterum verbum pro glossemate habens ex repetita post v. 777 scriptura: „procellunt sese in mensam". — *dimidiati*, usque ad medium corpus, cf. Gell. III, 14. — 764. *atque* comparativum est pro „eius quod", cf. 403. Capt. 420 sq. „me haud centesimam Partem laudat, quam ipse meritust ut laudetur". Liv. XXXV, 1, 2: „vix dimidium

militum quam quod acceperat, successori tradidit". — *otium rei si sit* Pylades et Acidalius; sed talis dativus addi non solet, v. Aul. 312. 764. Capt. 183. Cas. 523. Epid. 422. 654. Poen. 857. Trucul. 861. Quare Br.: „otium mihi si sit", ut infra 947. Cas. 197. Most. 773. Trucul. 430. — 765. *huic rei* Br., „ei rei" Seyff., cf. Capt. 459. Trin. 1122: „ut, quæ cum eius filio egi, ei rei fundus pater sit potior".

766. *hoc animum aduortite*, cf. Capt. 328. — 767. *lepidam* Cam. — 768. *usque* Cam., cf. Capt. 268: „usque admutilabit", i. e. ad cutem. — *caesariatus*, cf. 64. — 769. *ac Philocamasio* Grut.; Ribb. cum ed. pr. „ad Philocomasium". — 770. *abducat* ed. pr.; *habeatque* Scaliger. — *Dari* Pius. — 771. *Quam ad rem.* ed. pr. — 772. *igitur*, v. ad Amph. 207. — 774. *Quam institui*, cf. 239 et Epid. 363 „astutiam hanc institui". Fleckeis. prius: „Quem institui"; tum Mus. Rhen. XIV p. 633: „Quam instititi", cf. Stich. 431. — *Perpurigatis damus tibi ambo* idem l. l. Cf. Hor. Ep. I, 1, 7: „Est mihi purgatam crebro qui personat aurem". Pers. 5, 63: „purgatas inseris auris Fruge Cleanthea". — 776. *Fuisse aeque* Pius. *Fuisse* primam longam habet, v. ad Capt. 261. infra 1357. Neue, Formenl. II p. 597. — *credam* Camer., „credo" retinuit Goetz. cum Rothio. — *istuc* ed. pr. Tum „quidem" Bergk. Opusc. I. p. 131. — 777. *Atque* Ribb., cf. 136. *formae* Guietus, cf. tamen Horat. Epod. 1, 15: „Roges tuum labore quid iuvem meo". Cic. in Vatin. 14, 33. — Sequitur in codd. v. 762 male variatus. — 778. *in Epheso*, cf. 113. — 779. *Edepol qui*, v. ad Amph. 769. — Codicum scripturam „cupiunt non" frustra defendit Tyrrell. p. 197 sq. Acidalius „nunc" scripsit; sed „cupiunt" non minus pravum est; „suspicant" Bugg. Tidskr. f. Phil. VII p. 14 coll. Casin. 373; *opinentur* Gertzius. — 781. *confer ad conpendium*, quam brevissime rem explica. — 783. *fallaciarum* ed. pr.; Cam.: „facetiarum". — In proxima lacuna Cam. „cor corpusque" ut v. 619, Dziatzko: „cor pectusque"; verum „cor" propter 786 ferri non potest; itaque scripsi *corpus usque.* — 784. *Ingenuamne an* et *facio* olim em.; R. minus apte: „faciam".

— *aequi* Lamb., ut vulgo dicitur „aequi bonique facere". — 785. *quaestuosa*, cf. Cic. Parad. VI, 3, 49: „Venio iam ad sumptuosos; relinquo istum quæstuosum". — 786. *sapiat pectus*, cf. Bacch. 657. Trin. 91. — *nam* ed. pr. — Mulieres cor non habere, affirmat etiam Cist. 64: „quod neque ego habeo neque quisquam alia mulier, ut perhibent uiri"; cf. Most. 83. — 787. *Lautam*, i. e. divitem, vis, an eam, quæ nondum se quæstu meretricio locupletaverit? cf. Ter. Heaut. 798. „Omnes te in lauta esse et bene aucta re putant". Cic. Verr. I, 6, 17: „homines lauti et urbani". ad Fam. VII, 14, 1: „valde iam lautus es, qui gravere litteras ad me dare". — Palæstrio non hoc curat, sed ut adulescens sit, *sicco* et tamen *sucido* corpore, quo facilius amatorem capiat. R.: „siccam, at sucidam"; Latini „sed" dicerent; nec utique contraria hæc sunt. Ad sensum cf. Ter. Eun. 318: „Color uerus, corpus solidum et suci plenum". Ribb. Goetz. cum codd.: „Sic consucidam". — 788. *quamque* ed pr. — 789. *meretricem* A. — 790. Post *te* hiatur in diæresi. — 791. *ex matronarum modo* A. — 792. *crines* et *uittae* matronarum insignia, v. ad Most. 221. — 793. *Tuam* A — *erro*, i. e. nescio, dubito, cf. Merc. 343 „error". — 794. *sed haec* A teste Stud.; Loew. „posteaec" legebat. Post *illi* hiatur. Goetz.: „ancillulast". — *prime* Salmasius, cf. Charis. II p. 188, qui ex Nævio affert: „Acontizomenos fabula est prime proba". Br. „adprime" voluit. — 795. *praecipito* Saracenus. — 797. *Quasique*, sententia pendet a „simulet" mutata structura. — „faueae suae" Scaliger em.; *faueolae* Bugg. Phil. XXX p. 643. Glossar. antiq.: „fauea παιδίσκη, faueus παῖς". Quod additur „ancillæ" glossema est. — 798. *ei* add. R. — 799 sq. R.: „Ne mi ut surdo uerbera auris. PA. Egomet recta semita Ad eum ibo". Seyffert. Philol. XXIX p. 398: „Ne me surdum rere; habeo auris, audioque ego recte eis" coll. 360, unde ego in priore ed.: „Ne me surdum rere, auriculis audio ego recte meis". Sed postquam in A initium versus lectum est, qui a cett. codd. abest, Seyff. ea coniecit, quæ iam cum Goetzio recepimus. — 801. *Ei* supplevit Seyff., *a* Cam., „aps" Studem. — 801. *Ut sese ad* A., i. e. ei, cf. v. 12. —

eius modi est parenthesi inclusit Madv. Adv. II p. 10; ego ne hoc quidem siguo opus esse duxi in ratione Plauto admodum familiari, v. ad Amph. 952. — *miser*, ex cupidine; sæpius in eiusmodi locutionibus apud Plautum adiectivum poni quam adverbium, Seyffertio concedo Stud. Plautin. p. 8, semper poni nego, v. Præf. vol. II p. IX. — 803. „*aliae rei*“ inquit Fest. Epit. p. 27 „dixit Plautus pro eo quod est alii rei“; cf. Neue II p. 217. — 804. *potuit* Pyl., sc. sol, ὅς *πάντ’ ἐφορᾷ καὶ πάντ’ ἐπακούει*, Iliad. III, 277. — 805. *habeo* add. Mueller. — 806. *adcura*; *sed propere* Br. His dictis abit senex. — 807. *PA. Hoc facito* Grut. — 808. *Quem AB*, v. Fleckeis. Ep. crit. p. XXVII. ad Most. 596. supra 363. — 809. *Diceam*, v. 438. — *Pax* orationem concludit, quasi: hæc sufficiant. cf. Stich. 769. Trin. 891. Ter. Heaut. 291. 717: „Unus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius“. Ductum a Græcis, v. Diphil. ap. Athen. II, p. 67 d: *Ὄξους δὲ κοτύλην, πάξ.* Herond. 7, 114. Propria vocis forma fuit *ἀπίπαξ*, quod Hesychius *σύμπαν* enarrat, exstat autem in rationibus Atticis Corp. Inscr. Attic. I n. 286, 5 et 288, 12: *καθ’ ἡμέραν μισθοὶ κατὰ τὰ εἰρημένα ἀπόπαξ.* — *abi* Cam.

810—13, vel si vitia aperta corrigas, inepti videntur et Plauto indigna. Schmidtius versus 807—811 damnat. Putat Palæstrionem h. l. hero præcepisse, quæ 1170 sqq. leguntur, ut nautæ habitu indutus ad militem accedat Philocomasii arcessendi causa, eum autem, qui fabulam retractaret, genuinis eiectis spuria inseruisse. Quibus si fidem habituri sumus, ostendat necesse est v. 1170 sqq. non suo loco positos esse in codd. Qui quoniam ibi nullam offensionem habent, Palæstrio h. l. nihil aliud herum monuisse videtur quam ut constanter amicam suam ficto nomine appellaret. — 810. *rogo* add. Br. — 811. *poscet* ed. pr. — Pro *tace* Forchhammerus meus „face“ voluit. — 812. *aget* R. — *tu* add. Schmidt. Ann. phil. vol. suppl. IX p. 368. *hic* Periplecomenus est; sed nec *etiam* nec *actutum* apte dicitur. Ribb.: „At tum quum rem hic aget actutum cet“. — 813. *Eo* ed. pr. — *Et* retinui ut 523; R.: „i“. — *praecepta*, pluralis parum aptus, nam unam modo rem præcepit.

814—72 senarii. Totam scenam F. Schmidt. Ann. phil. vol. suppl. IX p. 379 sqq. ab hac fabula alienam et ex alia, quam Plauti fuisse non negat, huc translatam esse censet. Ac sane et inutilis est nec Plautus, si Sceledrum, qui 583 se aliquo aufugiturum esse dixit, aut mutato consilio aut libidini cedentem in cellam vinariam abire voluisset, hoc non diserte spectatoribus significasset. Quare vv. 817—68 seclusi. — 816. *centuriati bene*, i. e. bene in ordines distributi, v. ad Curc. 585. Ter. Phorm. 230: „Nunc prior adito tu; ego hic in insidiis ero Succenturiatus, si quid deficias". — *manuplares* Pareus. — 817. *nisi negotium*, sc. est, quod R. addit, i. e. nisi occupatus es. — 818. „uocat" Br. coll. 898 aliisque. — 819. Sceledri loco exit Lucrio puer eius imperio subiectus vel vicarius. *operae est*, v. ad 254. — 820. *Illud . . . uolui dicere*, v. ad 27. — *stertit* ed. pr. — 821. *quom* Acidal. — *consimile quasi*, cf. Truc. 558: „adsimilest quasi". Poen. 823: „erus consimilis, uelut ego habeo hunc". — Lucrio orationem non absolvit, quod nec a vulgari sermonis genere nec ab homine subebrio abhorret. Sententiam sibi quivis facile supplebit (cf. ad 1282), nec Ritschelio concedimus excidisse versum talem: „Ideo sorbere eum narraui inprudens. PA. Eho". *Eho an* separari non debent, v. ad 303. — 823. *magnum*, cf. Most. 478. Cic. Tusc. II, 24, 56: „exclamare maius". — „Tetigit cett." cum Acidalio R. ceterique Palæstrioni dederunt, et Ribb. interrogationis signum adposuit. — 824. Ed. pr.: „Dimisit nardini unam amphoram"; unde Acidal. „Dempsit", R. „Deprompsit". Et *nardum* quidem in corrupta codicum scriptura latere, recte intellectum videtur, si quidem iam Cato R. R. 113 odoratum vinum commemorat, Græcis μυρρινίτης οἶνος in usu erat. Palladius autem XI, 14 inter ea, quæ vino adduntur, ut longam simulet ætatem, nardum Celticum nominat; cetera parum verisimilia sunt. Bugg. Opusc. ad Madv. p. 167: „Dormit e nardini amphora"; ego: *Dum misit nardum in amphoram* — 825. *suppromus*, vicarius promi (v. 837), cui vini promendi cura commissa est; eum appellat ultra interrogaturus. — 826. *Qui* em. Beroaldus. Palæstrio quærit, quomodo factum sit, ut condormisceret; Lucrio ver-

niliter verba captans quasi de ratione dormiendi quæsierit, respondet; cf. Merc. 181. — 828. *periisti iam* codd., Fleckeis. Exerc. p. 42; Lindem., R.: „iam peristi". — *nisi scio*, nisi rescivero, v. ad Most 145. — 831. Negando fatetur se octo heminas vini ex amphora in urceum hausisse idque calefactum Sceledrum in prandio bibisse. *hemina* Saracenus; dimidia ea pars sextarii est. — 832. *illic* Both.; Fleckeis.: „ille calidum hic": non opus; hiatur in cæsura. *calidum*, cf. Curc. 293. — *exbibit*, Guietus; de ultima producta v. Proleg. p. 196. — *in prandium*, pro prandio; Acidal. „in prandio"; vix opus. — 834. *potui* ed. pr. — *Quid iam*, cf. 279. — *Quia enim*, v. ad Amph. 659. — *obsorbui*, cf. Curc. 313. Laudat schol. Lucani ed. Usener p. 124. — 835. *calebat* A, ut Cam. ex Nonio, qui p. 207: „calebat, adurebat". — *gutturem*, v. ad Aul. 296. — 836. *alii poscam potitant* Palmerio duce Acidalius et Lipsius, qui sic enarrat: „alii servorum (Sceledrum et Lucrionem intelligit) ebrii sunt, alii (inter quos ipse sum) miselli poscam bibunt", quo vili potionis genere nemo inebriari potest, cf. Trucul. 601. Suet. Vit. 12. Spart. Hadr. 10. Hunc versum Ribb. proximo postposuit Acidalium secutus, sed ut eum Lucrioni daret. Ego ut hoc versu libenter caruerim, ita, quid transposito lucremur, non video. — 838. *idem* ed. pr.; etiam neutro genere priorem longam habere potuisse videtur, v. 1036. Buecheler. Lat. Decl. 71. Ritsch. „Tu idem hercle" scripsit; Muell. Goetz. „itidem". — 841. *edico* Cam., „ego dico" Pyl. Goetz. — 842 *falsa*. ed. pr. Pro corrupto „uotio" Pylades: „iam faxo", Cam.: „loris", Ribb.: „boiis", Lips.: „ocius", Both.: „næ otio", Ritsch.: „serio", Gronov.: „Lucrio", quod ideo probat Haupt. Op. II p. 139, quia nusquam alibi in hac fabula commemoratur nomen in indice scenæ positum; verum hic locus non ipsum nomen flagitat sed aut conuicium aut ridiculum aliquod. Itaque Palmerius „cotio" scripsit ex Laberio apud Gell. XVI, 7, 12: „Duas uxores? hercle hoc plus negoti est, inquit cotio; Sex aediles uiderat", satis probabiliter, modo de significatione nominis constaret. — 843. Lucrionis nomen add. Cam. *Itan* R. ut Curc. 721. al. — *ipsi* Schreiner. Opusc. ad Madv. p.

167, i. e. hero v. ad Aul. 348. — *delices*, i. e. indices, aperias, ut ait Nonius p. 277 afferens Cæcil. v. 128. Titin. 81. 102. Atti. 1.; delicare est autem deliquare, ut ait Varro L. L. VII, 106: „Turbida quæ sunt deliquantur, ut liquida fiant". — 844. *e* add. R. — *eiciar* ed. pr. — *saginam cellariam* pingue cellarii officium dicit, cf. ad Most. 62. — 845. *qui* ed. pr. *promptet* R.; Ribb. „si prompsis". *suppromum pares* ed. pr. — 846. *age eloquere* Pareus. — 847. *promere* ultimam producit in finita sententia, ut in finita oratione infra 1310. Merc. 922. Trin. 587. Mueller. Pros. p. 23 *eum* addit. — *uerum*, i. e. sed. — 849. *Hoc* Brix., i. e. ideo, v. ad Aul. 228. Ribb. „Sic". — *crebro* Lindem. — *capite sistebant* Beroaldus, v. ad Capt. 787. — 850. *istoc*, i. e. ista de causa. Negat et fatetur, ut solet. — *tam* ab adverbio *ualide* divulsum, cf. ad 741. — *cassabant*, i. e. casitabant; Lor. et Br. pro „quassabant" capiunt, v. ad Asin. 400. — 851. *erat* ed. pr. — *paulum nimis loculi lubrici*, i. e. paulum loculi nimis lubrici, ordine apud Plautum non insolito, v. ad Amph. 290. infra 1151. Aul. 305. Bacch. 673. Cist. 580. Pseud. 220. Fl. et Br.: „paulum loculi erat nimis lubrici". Ribb.: „pauxillum loculi". Goetz. „non nimium l." In cella ait locum esse nimis lubricum, ubi cadi sensim ita inclinentur, ut vinum olla apposita excipi possit. Hunc locum respicit Fronto p. 225 Nab.: „Nam qua te dicam gratia Alsium maritimum ... et, ut ait Plautus, locum lubricum delegisse". — 852. *bilibris*, cf. Aul. 802. *aula sic* R. — 853. *in* add. Scaliger. — 854. „Ea" ex antecedenti versu male repetitum est. Pro corrupto versus exitu substitui quod sensum convenientem præbere videbatur. Cam. ediderat: „Eam plenam atque inanem fieri maximam uidi"; Bugg. Philol. XXX p. 645: „Ea plena Bacchi insana fieri maxume"; R. totum versum pro glossemate eiecit. In A Studem. legit: ... nem .. er .... rama .. m. — 855. *bacchari* dicitur quæ vino, i e. Baccho, impletur. *aula* Beroaldus. In A Loew. legit: „aulla casabant cadi". — 857. *adducam a foro* A. — 860. *in diem* Cam., cf. Ter. Eun. 1020. Phorm. 781. *extollam* ed. pr., i. e. differam, ut Nonius p. 297 afferens Cæcil. 178. cf. Pl. Poen. 499. — 861. *Ne dixeritis*, spectatores alloquitur, v. ad

Aul. 709. *huic*, Palæstrioni. De ordine verborum v. ad 851. — 862. *Quo te agis?* Pius, v. ad Bacch. 1103. Ex Plauto affert Isid. Orig. IX, 3, 64. — *aliquo* Haupt. Op. III p. 400. — 864. *infortunium* cum sequentibus iunxerunt Spengel. aliique; Buecheler. cum antecedentibus quasi infortuniorum; ed. pr. „infortunii". — 865. *tamen*, cf. ad Amph. 538; add. Capt. 392. 403. Abit Lucrio. — 868. *Foras* Lamb. — 869. *quam ei mandaui*, ut pararet. — 870 incipit a proceleusmatico. — 872. *succedit sub manus*, cf. 1138. Pers. 451.

Titulum inscripsi ut in B esse solet; Milphidippa ancilla comitatur illa quidem heram, v. 901, sed nullum verbum facit. Iambicis septenariis scena scripta est. — 873. *tibi, Acroteleutium* Studem. Stud. I p. 299; contrario ordine posuerat Cam. — 874. *in ordine* addita præpositione antiquos interdum dixisse, negare non audeo, v. Casin. 831. Pseud. 679. Poen. 589. Pers. 92. Verg. B. 7, 20: „referebat in ordine Thyrsus". Æn. VIII, 629: „pugnata in ordine bella". Ovid. Met. VIII, 189. Fast. IV, 727. Mueller. Nachtr. p. 136: „Domi demonstraui iam ordine". — 877. *Stultitia atque* ed. pr. Altera versus pars corrupta est. R.: „insulsitasque hercle haec sit", in quibus „hercle" mulieri non convenit, v. ad Cist. 50; quare Goetz.. „haec esset"; Bugg. Philol. XXX p. 646: „mecastor maxuma haec sit"; Br.: „mea quidem sententia haec sit"; Ribb. „atque insulsa malitia haec sit"; ego „ac falsa falsitas sit". — 879. *ea in opificina* Cam., i. e. in eo opere faciundo. Vulgo contracte officinam dicebant. — 880. *melius est* Pylad.; R. „meliust te" minus bene. — 881. *Quam sane magni.* v. ad 156. — *nihil clam est* (pro quo post Lambinum edebatur „mihi clam est") tuetur Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 15; *nihil* pro non v. ad Asin. 924. add. Curc. 265. Stich. 357. Ep. 298. Hor. A. P. 304. „nil tanti est". Omnibus apparere ait, paulum referre, i. e. minime opus esse meretricem commoneri. Ribb. „me clamst"; cf. Ter. And. 287: „Nec clam te est, quam illi utraeque res nunc inutiles . . . sient". Quod autem *quam magni* dicatur, non „quam parvi", v. ad Men. 743. Liv. XXVIII, 42, 20: „quam compar". — *Quin egomet ultro* Acid., cf. Aul. 745. Madv. Adv. II p. 10: „Quin ego, ni frustror (i. e. nisi fallor), Priusquam cet."; nam, inquit, ineptissime

meretrix gloriatur, se, postquam orationem Periplecomeni audierit, dixisse, quo modo decipi et falli miles posset. Verum alia res est, si non de tota oratione, sed de parte eius sermo est. Itaque pro corrupto „moram“ nec cum Acidalio „merum“, nec cum Grutero „loram“ scribendum, præsertim quum minime conveniat contemptim senis orationem commemorari, sed cum Heinsio *rorem*. Tyrrell „morium“ i. e. μόριον, sed si nihil aliud Plautus voluisset, non video, cur non „partem“ dixerit. Goetz. cum Gulielmo „oram“. — 883. *potesset* R.; codicum scripturam „potisset“ Fleckeis. Krit. Miscellen p. 46 commendat, sed iis locis, quæ apud eum et apud Brixium afferuntur, talis imperfecti coniunctivi forma non satis probatur. — *deasciari* Palmerius, i. e. mutilari, v. ad Asin. 357. — 885. *regionem*, cf. 235. *repertam haberent* Lamb. — 886 sq. cf. Aristoph. Nub. 484 sq. — 887. *Eae ibi* Bugg. Tidskr. f. Phil. VII p. 31, v. 350. — *memoria meminisse*, v. ad Aul. 333. Most. 137. Epid. 198. ad Pers. 722. Mox R.: „id sempiterno“. — 889. *Obliuiosa* . . . *fiat* . . . *nequeat* R., *extemplo uti* Cam., „extempulo ut“ Goetz. cum Bothio. — 890. *Ergo*, cf. 63. — Quod vulgo editur: „quod uenit uobis faciundum“, Latinum non est. Scribi potuit: „Ergo istuc metuo quo eueniat; nam hic faciundum utrumque“, sed propius abest: *quoniam erit*. — 891. *militi* Acidal. — 892. *Dum* (i. e. quam diu) *faciemus;* Plautus enim, ut interdum futurum in apodosi cum præsenti in protasi iungit, v. ad Amph. 714, ita etiam futurum in protasi cum præsenti in apodosi, v. Asin. 229: „si alius ad me prius attulerit, tu uale“, cf. ib. 156: „quantum poteris festina ac fuge“. — 893 male corruptus. Vulgo: „Mala nulla meretrix est, ne paue; peioribus conueniunt“. R.: „Mala nulla mulier est“; tum posteriorem huius versus partem prioremque proximi excidisse censuit. Studem.: „PE. Mala mers es mulier“. Tum Lorenz.: „A. Ne paue, peiores convenibis“. Bugg. Tidskr. f. Phil. VII p. 17: „PE. Malas mulieres! A. Ne paue; peiores inuenibis“. Ribbeck.: „PE. Mala mulier mers est. A. Ne paue, haut peiores conuenibunt“. Sed quod omnes retinuerunt „ne paue“ (codd. „pauet“) ferri vix potest. utique antecedente „ne formida“; itaque scripsi: *Mala mulieres natae*

aui peioribus conueniunt. Mulierum genus dicit malo omine natum malisque omnibus aptum esse; cf. Casin. 595: „Qua ego hunc amorem mihi esse aui dicam datum?“ Prorsus vero improbanda est Ribbeckii audacia post hæc versus 939—40 et tum lacuna interiecta 913—19 ponentis. — 894. *Cesso,* v. ad Aul. 389. Palæstrioni dedit ed. pr.

895. Hunc versum R. duobus proximis postposuit, temere. Palæstrio senem salutat; *uenire* ed. pr.; tum secum dicit eum *lepide ornatum* incedere, i. e. lepido comitatu, cf. Capt. 446: „Et tua et tua huc reueniam ornatus ex sententia“. ad Aul. 713. Sed versus causa aut cum Camer. „lepido ornatu“ scribendum, aut pro „incedit“ *cedit*, v. ad Asin. 402. R. „ornatas ducis“ scripsit, Lor. Br. Goetz. „ornata incedit“. — 896. *Palaestrio. Em.* Cam. cf. 367. — 897. *me* et *adducere et quo* ed. pr. — *Eu,* v. ad Most. 331. — *noster esto*, v. ad Bacch. 440. — 898. *Quis hic, amabo est?* Cam. — 899. *tam pro nota nominat me* Guiet., cf. 850. — *architectus*, v. ad Amph. 45. totius fabricæ sive consilii primus auctor et inventor. cf. Poen. 1107. Cic. Cluent. 22, 60: „ipsum principem atque architectum sceleris“. Rosc. Am. 45, 132 al. — 900. *Salua sis. Sed* ed. pr. — 902. *paueo* ed. pr. — 903. *his*, i. e. mulieribus. — *adposiui* Cam. — 904. *Nempe*, ut 920, v. Proleg. p. 200. — 905. *facete* ed. pr. — *parata est* Cam. — 906. *esse te* Cam. *adsimulare* Pyl. — *A. Fiet* Beroald., cf. 909. Pers. 676: „Quod futurumst praedicas“. — 908. *curetur* ed. pr.; Haupt. Op. III p. 374 „coeretur“ scriptum fuisse censet; Lindem. „adcuretur“; Ribbeck. „ei coeretur“, sed „tibi“ dicendum erat. — 909. *nam quae* Cam. — 910 *ad me* ed. pr. — 911. *porro* add. R., cf. 797. — *tuis uerbis*, cf. 1179. ad Bacch. 727. — 915. Extrema pars versus, *ubi fundata constitutast*, ex proximo irrepsisse videtur; quid Plautus scripserit, incertum est. Ego tentaveram: „quibus id opus imperatur“; Ribbeck.: „ubi fabri operi adsunt periti“; Br.: „ubi probi fabri non desunt“. Forchh.: „ubi fundamenta constant“. — 916. *haec* Cam., *probe fundata et bene statutast* Acid. — 917. *fabri* et *haud* Pylades. *architectique* verum esse non potest, nam unus tantum architectus est,

v. 913. Br.: „Adsunt fabri architecti ego tu atque haec haud imperiti". Ribb.: „architectoni probo". Immo *architecto* scribendum est, ac deinde pro „que a te amant", nisi fallor, *quae faciant, haud.* Quod „eorum" omissum est, v. ad Amph. 38; coniunctivus in sententia relativa obiectum indicante a comicorum oratione non abhorret, cf. Ter. Eun. 705: „Credis huic quod dicat?" — 918. *materiarius*, qui materiem præbet; is h. l. miles est. — *quod opus qui det*, i. e, qui det quod opus est. Verbum substantivum add. Lamb., vix necessario. De ordine verborum v. ad Asin. 230. — 920. *Rogare mirumst*, cf. 356. — 921. *cincinnatum*, cf. Cic. Sest. 11, 26: „cincinnatum consulem". Pl. Trucul. 284: „istos fictos compositos crispos cincinnos tuos Unguentatos". — 922. *ille te nam* Both. — 924. *potuerit* Cam. *Eo* iambum facit, ut „eam" 486. Ribb.: „Eo potis erit rem lepidius pol fieri". Goetz.: „Eo potuit hercle lepidius nil fieri". — *Potin ut*, v. ad Most. 388. — 925. „Da mihi modo hominem; quod ad cetera attinet, otiosus sis" Lambinus. *quiescas cetera*, cf. Senec. Herc. Oet. 1590: „ante . . . quam tuas laudes populi quiescant". De vocali ancipiti ante diæresin v. Proleg. p. 185. infra 1247. — Nonius p. 476: „Ludificata ero hominem pro [ludificauero. Plautus in Milite:] ludificata lepido Ero culpam omnem in me inponit". Unde R.: „ni ludificata ero hominem Culpam omnem in med inponito"; sed „lepide" omnibus testimoniis firmatum est; obiecto carendum erit. — 926. *age . . . abite*, v. ad Rud. 797. — 927. *Insistite*, cf. 793. — *Alia cura*, hoc ne curaveris, v. ad Asin. 106. add. Ter. Phorm. 235. — 928. *has nunc iam* Cam. — *ad forum*, i. e. apud forum, ut voluit Abraham, v. ad Asin. 818. — 929. *illi*, repetito eodem pronomine, v. ad Capt. 588. — 930. *A tua* ed. pr. Hiatus post hæc parum veri similis est. R.: „esse uxore mihi datum", postea „tuad"; Koch. „uoxore"; Muell. „eum" addebat. — 931. *Hanc* ed. pr.; Milphidippam dicit. *quom* Cam., v. ad Amph. 858. — *mittitote* Both. — 932. *me* add. Cam.; Pyl. „eum". — 933. *oneratum* cod. D, sc. mendaciis, v. ad Bacch. 346. Deinde ed. pr. „huc acciebo", sed adducendi, non advocandi notio requiritur; Br. „admonebo", ego: *arcessibo*. Ribb.

„ductitabo". — 934. *Bene ambula*, cf. Capt. 894. — *gere. At* ed. pr. Postquam abiit Palæstrio, senex Acroteleutium alloquitur. — „nec" („ne") ante *hoc* olim delendum censui; idem Seyff., Br.; Ribb. „ne" quasi affirmativum tuetur. Bugg. in Opusc. ad Madv. p. 167.: „Ergo nos si efficimus plane". — 936. *auehat* Dousa em. — *si* add. Cam. et Grut. — *dolum dolamus*, paronomasia Plautina. — 937. *Quid tibi ego mittam muneris?* Ritschelius responsum requirens duo hemistichia excidisse putabat, velut: „[AC. Non edepol munus curo: Set si adiutabilem illa] dat nunc ab se mulier operam". Verius, nisi fallor, Acidalius p. 301: „Non quærit senex, quid mittendum mulierculæ sit muneris, aut illa respondet, quid velit; sed quasi per admirationem Quantum, ait, muneris tibi mittam!" Itaque Acroteleutium ad hæc non respondet, sed quærit, num ipsa mulier, i. e. Philocomasium, adiuvet. *eapse* Acidalius. — *operam dare* non addito obiecto, v. 1182. 1311. — 938. „Lepidissime et comissime" Grut., „comptissime" R.; sed *compsissime*, i. e. κομψότατα, scribendum esse vidit Hertz. Priscian. II p. 59, quum in glossario Plautino ex Milite afferatur „comsissime". — *confuturum* Cam., cf. Ter. Ad. 946: „Ego dicam, hoc quom confit quod uolo", ut recte Donatus. Andr. 167. Pl. Trin. 409. — 939. *malitiarum* ed. pr. — 940. *Haud* ed. pr. — 941. *Abeamus* Cam. (D: „Habeamus"). — 942 sq. verum versuum ordinem restituit Gulielmus. — *Tu morare*, non ego. Cf. 1087. Most. 788. 779. Pers. 461. Poen. 1227. 1230. Cist. 476. annot. ad Most. 1043.

Pyrgopolinices redit a foro cum Palæstrione. Trochaici septenarii. 944. *atque ex sententia* R.; Lor. confert Men. 271. 1000. Truc. 951. Pseud. 766. — 945. *Nam*, v. ad Asin. 122. — 946 sq. *ducecret, Qui* ed. pr. — 948. *Quin*, v. ad Asin. 252. — *tuam rem, quae condicio*, cf. ad Amph. 959. supra 624. — 949. *et* non producitur. Serv. ad Æn. IV, 608: „Quae mihi condicio noua et luculentior offertur per te interpretem". — 951. *dedo* ed. pr. — 952. *Circumspice dum* Guietus. *sict* ed. pr. — 953. *mandatumst* Cam. — *clandestino*, v. Neue, Formenl.

II p. 649. — 954. *amoris* et *accipe* ed. pr. — 955. *Quid? hic unde est?* Vulgo interpungitur: „Quid hic? undest?“ — Post *luculenta* hiatur in diæresi, si scriptura vera; Acidalius „atque a festiua“ scripsit, Klotzius „luculentast ac“. — 956. *amat tuamque* Pius. *expetessit* R. ut 1225. — 957. *Eius* pertinet ad *ancilla*, cf. 971. — *hunc* Acidal. — *deferrem* ed. pr. — 958. *eane* Gruter.; Acid. „ingenuan“. — *e serua* Dousa. — *festuca* virga est, quam in manumissione apud prætorem is, qui servum in libertatem vindicabat, capiti eius imponebat, v. Gai. IV, 16. — 959. *Uah* interiectio extra numeros est, cf. infra ad 1052. — *ad te* et *auderem* ed. pr. — 960. *quae cupiunt tui* Scioppius, v. ad Bacch. 275. — 961. *Nuptanest an* R. — *Quo* ed. pr. — 963. *Euge*, v. ad Most. 254. — *Caue mendacium*, sc. dicas, v. ad Asin. 30. — 964. *Ad tuam formam*, πρὸς τὸ σὸν κάλλος, cf. 12. Ter. Eun. 361: „Estne, ut fertur, forma? PA. Sane. CH. At nihil ad nostram hanc“. Fere eodem modo „pro“ ponitur Sall. Cat. 51: „digna poena pro factis“. Lucret. V, 1. Hor. Ep. I, 7, 24. — *pulcram* Pius. — 965. Pravas personarum notas sustulit R.; Cam. ediderat: „PY. In proximo? PA.“ Etiam Ribb.: „PY. Proxuma? PA.“ — „e proxumo“ Goetz. cum Bachio. — 966. *demoritur*, deperit, cf. 1035. — *cupit* Acid. — 967. *te orare iussit*, sc. me, v. ad Amph. 22. — *copiam* ed. pr.; *eam*, i. e. eius rei, abeundi a viro et tui possidendi, cf. 770: „istanc rationem“. Vulgo: „tui“, quo non opus.

969. *Quae cupit* vix verum est. Acidalius „Quaene“ uoluit (R. „Quaen“), Guietus „Quin“. Sed nimis subito et abrupte sequitur interrogatio militis. Exspectabatur: „Sed quid ais? quid illa faciemus cett.?“ Habet etiam, quo se commendet F. Schmidtii ratio, qui Ann. philol. vol. suppl. IX p. 323 sqq. vv. 969—80 spurios habet. Nam hæc consultatio de Philocomasio dimittenda infra 1089—1123 redit, et illic quidem quin suo loco legatur dubitari nequit, hic optime abesse potuit. Verum obstat quod v. 1092 sq. Palæstrio ait se hæc iam semel dixisse. Quod si gravius hanc fabulam retractatam esse statuimus, tamen non video, quo modo cuiquam in mentem venire potuerit hæc addere, ut infra diceret ea iam semel dicta esse; potius ipsum poetam inter scribendum hæc occupasse

credo, quibus postea suum futurum esse locum non cogitabat. — *concubina quae domi est* ed. pr. — 970. *sicut*, nam, cf. 520. — 971. *huc gemina* Grut. — 972. *Eho* R. — „an uenit" Goetz., v. tamen ad Amph. 718. supra 428. Merc. 555. Trin. 957. — *eius* ed. pr. — 973. *excludam.* Lamb.: „extrudam"; codicum scripturam iure defendit Langen. p. 250 sq. et aliis allatis et Asin. 589. — 975. *per gratiam*, cum gratia, oppositum „ingratiis", cf. 1120. 1194. — 977. *instruxti* Cam., cf. 745. — 978. *auferre et abs te abire* Ribbeck. — *lubeat* ed. pr. — *sibi* dativus ethicus est ad „abire" relatus. — 979. *et* add. Br. — *mutet fidem*, cf. Ter. Phorm. 512. — 980. *delicatu's*, iocaris, v. ad Most. 929. — *quae te amet*, cf. 66. — *tamquam oculos*, his enim nihil carius, v. ad Curc. 15. Catul. 3, 5. 14, 1. 82, 1. al. — 981. *St* Cam. — *aperitur* Both. — 982. *Haec celox* affert Phocas (Gram. Lat. V p. 421). Est autem navicula propter celeritatem et ad speculandum et ad nuntios ferendos apta, ut h. l. *internuntia*; v. ad Asin. 256. — *illius est* C. — *hinc* Beroaldus. — 983 cum Seyffertio et Br. spurium habeo. R. emendabat: „PY. Quæ celox? PA. Ancillulast illius, quae egreditur foras", v. Opusc. II p. 685 sq. — 984. *dedi* ed. pr. — 985. *Pithecium*, πιθήκιον, simia. Lamb. affert Ennii versum (Sat. v. 45) „Simia quam similis, turpissima bestia, nobis". cf. ad Most. 870. — *spinturnicium.* Fest. p. 330 sq.: „Spintyrnix est avis genus turpis figuræ ... Ea Græce dicitur, ut ait Santra, σπινθαρίς". Plin. H. N. X, 36: „Inauspicata est et incendiaria avis, propter quam sæpe numero lustratam urbem in annalibus invenimus ... Quæ sit avis ea, non reperitur nec traditur ... Alii spinturnicem eam vocant. sed hæc ipsa quæ esset inter aves, qui se scire diceret, non inveni". — 986. *oculis uenaturam* Nonius p. 230.

987. Nec „Tam" nec „Iam", ut vulgo editur, intelligi potest. Br.: „Hasce ante aedis circust". Ribb.: „Patet ante aedis". Quæ ante *est* scripta sunt, ex personæ nota orta videntur. — *ludi faciendi* Cam. — 988. *Dissimulabo* pro „simulabo" sequente negatione. — *neque etiam dum*, cf. Pseud. 962. Rud. 1368. Trucul. 318. Ter. Heaut. 229. — 990. *Num quis nam*, v. ad Amph. 317. „nam" del. Br. Goetz.

recte credo. — 991. *quid agam* Cam. Deinde idem: „qui de uesperi uiuat suo“; sed contrarium requiritur, nam *de uesperi suo uiuere*, vel de suo cenare, est suas res curare, v. Rud. 179: „Si tu de illarum cenaturus uesperi es, Illis curandum censeo, Sceparnio; Si apud med esuru's, mihi dicari operam uolo“. Trucul. 134. „A. Nimis otiosum te arbitror hominem esse. D. Qui arbitrare? A. Quia tuo uestimento et cibo alienis rebus curas“. Itaque pro altero „qui“ *neque* scripsi. Tyrrellius quum recte animadvertisset relativarum sententiarum non eandem rationem esse („is there any one to pry into my doings, who concerns himself with other people's business, who lives at his own charges and therefore, not having to look after his own affairs, has plenty of time to devote to other people's“), ut hæc discrepantia appareret, primo et tertio loco indicativum posuit („curat“ et „uiuit“), sed hoc Plautus curare non solet, nec, si curasset, non sententias alio ordine posuisset. — 992. *obstent* ed. pr. — Post hunc versum Goetz. duce Seyfferto versum inseruit in superiore margine palimpsesti scriptum, cuius euanidam scripturam Studemundus sic interpretatur: „*Era* mea, cuius propter amorem cor nunc miserae *contremit?*“ — 993. Ed. pr.: „Domo si ibit ac dum huc transibit“, quæ edd. alii aliter emendare conati sunt, velut Acid., R.: „Domina si clam domo huc transibit“; Haupt., Lor.: „Domina ubi actutum huc transibit“; Koch., Br.: „Domo si clanculum huc transibit“; Luchs.: „Domo sua quin huc transbitat“; Ribb.: „Domo silenta dum huc transibit“, omnia prave, nam mulier omnino non transibit; militem ad se transire vult; quod si maxime transitura erat, nondum eo res deducta est; hic de præparatione rei agitur. Itaque scripsi proxime a codd.: *Dum sibi iaculum huc transmittat;* iaculum autem rete intellexerim, v. ad Asin. 99. — 995. *Satin*, v. ad 395. — 996. *haud cinerem quaeritat*, i. e. satis splendet nec iis opus est, quibus clipeus aliaque aenea detergeri solent. Palæstrionis hæc verba esse R. vidit. Simili imagine Poen. 967 sq. — 997. *Quo argumento?* sc. istuc probas, v. ad Asin. 300. — 998. *Quidquid istaec* Both., qui versum in edd. omissum ex codd. revocavit. Ritschelius, cui hic versus falso ab A abesse

videbatur, uncis seclusit. Præterea „sordidi“ scripsit; immo Palæstrio „Ista„ inquit „ubicumque de te loquitur, purissimis omnia manibus tractat“. — 999. *Tum* A. *illa ipsa*, domina. — 1000. *adlubescit*, sc. mihi. R., quia hoc verbum apud Apuleium personaliter ponitur, „haec iam adlubescit“ edidit, quasi non tum „adlubesco“ dicendum esset. — *primulum*, cf. Men. 901. — 1001. *illam* ed. pr.; *uidisti* Reizius. — *Uideo* cet. Satis sibi videre videtur ea quæ narranti servo credit. Br. recte codicum scripturam tuetur contra R., qui scripsit: „Quod uideo, id credo mihi“. — 1002. *Tum* ed. pr. — *celocula* Bugg. Philol. XXX p. 650, cf. 982. R. longe aberravit: „Nam haec lacerta (Kiessl., Lor.: locusta) mullo absente me adigit se ut amem“. — „autem“ cum R. cett. omisimus. Quod Br. et Ribb. „illa absente“ scribunt. verbum *amem* obiecto carere non potest. nec miles dixit se hera absente ancillam amare, sed ancillæ pulchritudinem se adducere ut heram amet, quippe quæ ancilla pulcrior esse debeat. Quæ probans Palæstrio: „Tu vero absentem ama, præsentem amare noli“. — 1003. *Nihil*, cf. 627. — *mihi haec* per synaloephen coalescunt. — 1004. *hanc* utroque loco corripitur. — 1005. *ego huc* addidi; alii aliter. — 1006. *euenat* R., cf. Proleg. p. 215.

1007—1088 anapæstici septenarii. — Palæstrio et Milphidippa ita colloquuntur, ut miles sermonem eorum audiat. — 1008. *qui scit*, de indicativo v. ad Amph. 167. — 1009. *conciliorum*. cf. 1012. „baccharum“. Retinuit Both., quum cett. *consiliorum* scribant, quod cum eodem v. d. extremo versus loco posui; R.: „celatorum“. Br. cum Hauptio: „Sociennum tuorum consiliorum et participem insidiarum“. — 1010. R. ed.: „Immo etiam sic non celas“, sine sensu, nam qui alteri contradicit, non idem dicit. Itaque Bugg. Opusc. ad Madv. p. 168: „Tum pol ego id, quod celaui, haud celo. PA. Immo etiam sic nunc celas“. Br. Ann. phil. CXV p. 337: „Immo etiam. Sed non celas?“ Ribb.: „Immo etiam: sed male celas“. Ego pridem: *Immo et celas et non celas*. cf. 1015; idemque Luchs. Herm. XIII p. 504. — 1011. *Quo argumento*, cf. 997. — *firme fidus* A. — 1012. *Signum* postulat, quo scire possit eum secreti conscium esse vel iisdem mysteriis initiatum. De

bacchis cf. ad Aul. 400. — Pro *si harunc* Schmidt. et Studem. Ann. phil. CXIII p. 60 aut „si harum“ aut „harunc si“ postulant — *es* Cam. — 1013. *istuc*, sc. faciunt, cf. 222. — 1014. *Enim*, cf. 431. — *planum* Gulielmus, cf. Asin. 656; antea, inquit, quasi in proclivo labebar, nunc quasi in plano sto. — 1015. *Uel adest uel non*, utrumque dici potest. — *solae solum* Pius, cf. 358. — 1016. *Breuin an* ed. pr. *longinquo*, longo, cf. 731. *sermone* codd., nec numeri obstant, nam ablativus tertiæ decliuationis ultimam ancipitem habet, v. 708. 1038. Dicitur autem ut Truc. 746 „uno verbo“; cf. „paucis te uolo“ Ter. Andr. 39, „ausculta paucis“ ib. 536. R.: „sermoni“, ut dativus consilii sit. — *Iam ad te redeo*; cf. Most. 330. Militem alloquitur, a quo aliquantisper recessurus est, dum audiat, quæ velit Milphidippa. — 1017. „sic frustra“ Cam., quod R. ita probat, ut „astabo hic“ scribat; ego cum Br. „sic“ delevi. — 1018. *Properadum*: *stando* Ribb. Goetz.; „Propera; expectando“ R. — 1019. *hauseis* Haupt. Op. II p. 137; „scis“ R.; „has scis“ Br. — *tractari solitas esse* R. — 1020. *concinnumst* Cam. — *Nullumst* cett. Palæstrio secum.

1021. *Redeo ad te*, ad Milphidippam, quam reliquerat v. 1016, ut hero moram excusaret. — 1021 sq. Edd. varia tentarunt, Cam.: „Quo pacto hoc dudum accepi, Istuc fero ad te consilium“, quem secutus R. in altero v. posuit: „Calidum refero ad te c.“. Lor. et Ribb.: „Quo pacto hoc abs te accepi, Uidesis. refero“. Brix. Kochium secutus: „Quo pacto hoc occipiam, aperi. PA. Uetus adfero ego ad te consilium, quasi hunc depereat“. Bugg. Opusc. ad Madv. p. 169: „Quo pacto obsidium occipiam, Uelim scire. PA. Fero ad te consilium, quasi h. d.“ Gertz. *Quo pacto hoc Ilium accedi Uelis, id refero ad te c.* Vulgata imagine is, qui capi debet, cum arce comparatur, et quidem cum Ilio, cf. Bacch. 940 sqq. *accedere* est aggredi, cf. Enn. ap. Gell. X, 29, 2: „accedit muros Romana iuventus“. *Uelis* etiam in A lectum est. — *refero* Guiet. *hunc* ed. pr. — 1024. *aciem* Cam., sc. animi intentam. — Palæstrionis verba a voc. *Tibi* incepi, non ut codd. a proximo versu, nam Milphidippa

nihil demonstravit. Br. vv. 1023—25 totos Palæstrioni dedit, sed in 1024 „habe", in 1025 „Tum" scripsit. — *uti* Herm. — 1025. *de meis uerbis*, ex meis præceptis. v. ad Men. 264. — 1026. Miles moræ impatiens Palæstrionem revocat. Pro corrupto „ilico" Seyff. Philol. XXIX p. 399: „illim hoc", i. e. huc, ex quibus *illim* retinui; olim „inquam" scripseram, Br. „igitur", R. „ilico adesdum", Ribb. „ilico adesto". — 1027. *PAL. Lamentari* Pylades. — 1029. *tis* C, i. e. tui, cf. Pseud. 6. Trin. 344. Neue, Formenl. II p. 178 sq. — 1030. *scin quid facias*, i. e. quid facere debeas, coni. iussivus, cf. Casin. 469. Pers. 155. — *face te* Cam. — 1031. *sic te* Pyl. — 1032. *Uocon* R.; „uoco ego ergo" Herm. — 1034. *conmemorat* Herm. — 1036. *idem* priore longa, v. 838, aut ordo verborum turbatus est; R.: „Multae idem istuc aliae", Br.: „Aliae multae idem istuc". — 1038. *uirtute*, ultima longa, cf. 1016; sed fortasse recte Cam.: „uirtute et forma et factis". — 1039. *Deus* Br. em. optime. Primum sententiæ locum prædicatum tenet, in quo omnis vis est. — In extremo versu scripsi *corpus;* R. „humanust spurcus" aut „humanumst stercus". Hauptius Camerarium secutus: „humanust ergo". — 1041. *quom illaec me sic* R. — *ignauom*, cf. ad Men. 908. — *infert* Acid.; inferre se est superbe incedere, cf. Pseud. 915. 1274. — 1042. *Quin tu*, his Palæstrionem rursus militem alloqui edd. viderunt. — *illaec* Pyl.; *dixi* add. Reiz. — 1043. *Quanam ab* Cam. De anastrophe præpositionis v. ad Amph. 234. — *me occursant*, mihi obviam currunt. Sic „obrepere aliquem" Poen. 14. Trin. 61. 974, cf. „instare" ad Curc. 376, „inhiare" supra 716, al. Ac nescio an non corrigendum sit Afran. 183 „merendam occurro". — 1045. In versu manco supplendo et emendando Ritschelium secutus sum. Bugg. Philol. XXX p. 649: „Nam hunc anulum ab illa tui cupienti cet.". — 1046. *quae* ed. pr. Tum „tis" pro *te* Fl. — 1047. *uiuit* Pius. *sit necne* Guietus. — *spes;* immo potestas et boni eventus spes, cf. Merc. 358. — 1048. *contractare* B h. l., uterque cod. Poen. 697 et 1309. — 1050 incipit a proceleusmatico; *Achilles* mediam corripit, v. Mueller. Pros. p. 231. — *pulcer* Br. — 1051. Hunc ver-

sum, quem edd. Milphidippæ continuarunt, cum codd. Palæstrioni vindicavit Ribb. Idem „muricape“ voluit, sed ante diæresin syllaba anceps ferri potest. — 1052. *Eu hercle*, v. ad 396. Quod interiectio non pro syllaba numeratur, v. 959. 1061. ad Pers. 802. — 1053. *pollicitarere* Mueller. Pros. p. 630. — 1054. *huic* correptum, v. Proleg. p. 204. R. cum Reizio „ni“. — *adfertur* Priscian. V p. 645: „semen, cuius nominativum etiam hoc seminium antiqui protulisse inveniuntur. Plautus in Milite glorioso: Verri adfertur merces cet.“. — 1055. *quemquam*, v. ad Most. 596. — *porculeam* cum Buggio Opusc. ad Madv. p. 169 malui quam, quod post Lambinum editur, „porcellam“, nam etiam Prisciani codd.: „porculae nam“. Vox formatur ut eculeus, hinnuleus, nuculeus, manuleæ. — 1056. *Talentum Philippei*, duo anapæsti, v. Proleg. p. 203 et 199. Vulgo „Philippum“ editur, quod si pro genetivo pluralis capias, aut nihil addendum erat aut „aureorum“; si pro adiectivo, prave ad talentum, non ad aurum referatur, ut 1059. Poen. 598. Curc. 440. Trin. 965. *Philippei* scripsi, nam hæc vera adiectivi forma videtur, v. ad Asin. 152, sed ut duæ ultimæ syllabæ per synizesin coalescant. — 1057. *accipiet* prima correpta, v. Proleg. p. 199. — *Eu ecastor* C. — „uilist“ Acid. — *tandem*, cf. Men. 684. ad Merc. 171. — 1058. *umquam*, v. ad Men. 199. — 1059. *Philippei* scripsi ut 1056. *thensauros* R. — 1060. Mueller. Pros. p. 418 „mons“ pro brevi syllaba habet, vix credibile. Camerarius delebat pro glossemate, ut „ancillae“ v. 797; præterea „altast“ scripsit, sed si *Aetna* posteriorem longam habet, potius crediderim, Plautum montem masculini generis fecisse, v. Proleg. p. 195. „Aetina“ Ribb., quod ex glossariis eruit Loewe Anal. Plaut. p. 216. — 1061. *hominem periurum*, Palæstrionem dicit. Quia versus in codd. iusto longior est, post Bothium omittunt *hominem*, quod abesse posse non puto; mihi ut Acidalio voc. „scite“ delendum videtur. Sed quod idem v. d. „ut sublecto“ scripsit quasi allicio, subliciendi vox omnino ignota est; ego scripsi: *ut subleui os!* cf. 469. — 1062. *mittite* C, recte, ut sequentia ostendunt; Both. cett. „me mitte“. — 1063. *Quid illam* cet. Milphidippæ verba esse vidit Bugg. Tidskr. f. Philol. VI p.

12. *animi excrucias*, cf. Ter. Phorm. 187: „Antipho me excruciat animi". — 1064. *Iube eampse* Ritterhusius. — 1065. *me* ed. pr. — *te* add. Herm. — R.: „aequomst". — 1066. *Quom* Lamb., quod proximus versus postulat. — *te* et *eandem* tuentur Both. et Haupt. Op. III p. 400, cf. ad Aul. 202. R.: „Quom, quae illaec uolt, eadem". — *Non hoc insulsum* cett. edd. Palæstrioni dant, codd. militi, recte; *hoc* est meum, v. ad Capt. 334; add. Merc. 122. 985. Trin. 1115. Ter. Andr. 310. 890. Heaut. 356. — „hinc" delevi; R.: „Non insulsum huic ingeniumst". — 1067. „me" om. Both. — *haud* Cam., „hau" R. — *ex te*. Br. „abs te" corrigendum censet ex Plauti usu, v. Aul. 302. Bacch. 1169, 1177. Cas. 249. Trin. 326. — 1068. *Quid est? ut ludo!* Hæc vulgo iuncta Milphidippæ dantur, reliqua Palæstrioni. Sed illam quam hunc veri similius est risum continere non potuisse. Palæstrio interrogat, quid sit, quod faciem avertat; illa respondet se in tali ludo non ridere non posse. — *equidem* Both. Tum R.: „risu admoderarier. MI. Ergo"; Bugg. Opusc. ad Madv. p. 170: „risu meo moderari. MI. Et ego"; ego: *risu meo iam moderari*. — 1070. *habeo*. Beckerum in Studem. Stud. I p. 219 „habeam" scribentem non sequor, v. ad Amph. 17. — 1071. *contra*, v. ad 200. — 1072. Ante *quas* auditur „ex iis", v. ad Amph. 38. — 1074. *Quin* et *ab saeclo* ed. pr. Non. p. 499: „Plautus Milite: qui mille annorum perpetuo uiuunt ad saeculo pro ad saeculum". — 1076. *Perii*. Admiratio comice horroris speciem induit, cf. Trucul. 679: „Perii rabonem!" — 1077. *Postriduo* pro „postridie" hoc uno loco exstat. — *Ops*, Saturni uxor, cf. Cist. 340. Pers. 251: „Ioui opulento, incluto, Ope gnato". — 1079. *sinite abeam . . . uiua;* veretur ne vanitate et ineptiis se enecent, cf. Theocr. Id. 5, 78 sq.: *Εἶα λέγ'. εἴ τι λέγεις, καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις ζῶντ' ἄφες.* Theophr. Char. 3 extr.: *δεῖ ἀπαλλάττεσθαι ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι.* — 1081. *quam* add. ed. pr., sed ante præpositionem; h. l. R. — *Num quid uis?* v. ad Amph. 538. — 1083. „tu" del. Both. cett; sed nescio an octonarius in exeunte sermone ferri possit. Palæstrio abeuntem monet, ut heræ suæ lætum nuntium tam scite afferat, ut cor eius gaudio exsultet, cf. Pers. 3, 111:

„si . . candida vicini subrisit molle puella, cor tibi rite salit?“ Facetias quærens *cordate* loquendum esse dicit, ut *cor* moveatur; *cordate* est autem prudenter, v. Poen. 131. Camerarius verba „ut cor ei saliat“ Milphidippæ tribuit, eumque R. cett. sequuntur; vix opus. Hæc autem magna voce dicit Palæstrio, ut miles audiat, proxima secreto. — 1084. *istic* pro „hic“ Br. — 1085. *mea* add. Gruter. Servius ad Bucol. IX, 21: „Plautus in Milite: quae etiam nostrum hunc sermonem sublegerat“. Sed „quae“ retinere non audeo; *cae* scripsi. *sublegerunt*, cf. Pseud. 414: „ut horum sermonem legam“. — 1086. PA. add. *Pyl.* — *gubernabunt* secunda brevi, v. Proleg. p. 204. — 1087. *Remorare* ed. pr., sc. me, cf. 943. Personarum nomina ordinavit Both. Idem: „Neque te remoror neque te tago“. Sequuntur Br. Goetz. Tertio loco quod verbum Plautus positurus fuerit, ignoramus, nam decenter sententiam abrumpit. — 1088. *istic* tuetur Buecheler. Decl. p. 114; Pyl. R.: „isti“. Postquam abiit ancilla, miles monet, ut ante omnia, quid de Philocomasio faciendum sit, constituant. *praeuortemur*, v. ad 765.

1089 sq. senarii. *es* ed. pr. *nunc mi's* R. — 1091. *amiserim* Scaliger, v. ad Asin. 604. Men. 1035. Merc. 857. Poen. 341. — 1092. *dixi*, v. 977. — 1095. *instruxisti*, parasti, v. 977. — Pro *habeat* Acid. R. „abeat“, ne verbum ex antecedenti versu repetatur; mihi potius ille spurius videretur. — 1096. *tempus maxumum*, i. e. opportunissimum, occasionem optimam; R. cum Scaligero: „maxume“. *ut*, cf. 973. — 1098. *conuecta* Bugg. Opusc. ad Madv. p. 170, coll. Cic. Att. X, 17, 1: „conuectore“. Edebatur ex Acidalii coni. „Quibus concomitata“ voce inaudita. — 1100. „esse“ del. Scaliger. Hiatur in cæsura; R. „sororem hic“. — *Conuenitne.* Quia Palæstrio dicit se sororem *hic* vidisse, merito miles quærit, num illa Philocomasium viserit. R. cum Guieto: „Conuenistine eam? PA. Conueni“. — 1101. *Ecqui* R. propter 1106. „ecquid“ per se non improbarem; etiam Nonius p. 306 „et quid“ habet, Serv. ad Æn. IV, 149: „Quid nam fortis est?“ — *fortis*, amatorum laudatio, v. ad Bacch. 213, ut de amore eum cogitare appareat.

Nonius et Servius formosam interpretantur. — 1102. *obtinere* Cam. — 1103. *lippam;* navigantium oculi sæpe propter nimium solem laborant, cf. 1173. — 1105. *hos* Pylades. Periplecomeni ædes significantur. — 1106. *fortis* codd., „fortist“ R. — *hinc* Saracenus. — *nam* tuetur Br. coll. Asin. 166. 538. Trucul. 204. Cas. 193. Men. 310. Haupt. Op. III p. 400 „ne“ voluit. — 1107. *fuisti;* facile corrigas „fuisses“, ut Haupt. l. l., sed apud Plautum etiam alibi indicativus pro coniunctivo invenitur in apodosi hypothetica, velut plusquamperfectum supra v. 53; alia v. ad Amph. 696; quare cautio adhibenda est. — *admissarius*, cf. Cas. 763. Cic. Pison. 28, 69. — 1108. *qua* . . . *qua* Lipsius em., cf. 1385. Trin. 1044. — 1109. *Hoc age*, v. ad Asin. 1. R. male hæc Palæstrioni dedit. — *Istuc quod*, i. e. quod attinet ad istud consilium quod, cf. 765. ann. ad Amph. 1002. — 1111. *congruus* C, sc. est, quod addidit R.; ed. pr. „congruit“. — 1112. *Qui potius quam tute adeas?* Both., i. e. cur ego potius cum illa verba faciam quam ut ipse eam adeas. cf. Merc. 478. 479. Cas. 474: „Emito . . . soleas. CH. Qui, quaeso, potius quam sculponeas?“ — 1113. Pro *necessum* fortasse ex C adsciscenda est forma minus nota *necessus*. Ea exstat SC. de Bacchan. 5: „quei sibei deicerent necesus ese bacanal habere“. Ter. Eun. 998, cf. Donat., Heaut. 360. Gell. V, 19, 16. XVI, 8, 1. „necessust“ habet B Cist. 460, A Stich. 223, nec raro Lucretius, v. Neue, Formenl. II p. 100. Versus causa tum „esse“ delendum. — 1115. *Quid ni* discretum, cf. 1305. Pseud. 97. 654. Ter. Heaut. 529. Ad. 662. al. De hiatu v. Proleg. p. 220. — 1118. *quod agis*, ut Philocomasium dimittas. — 1119. *uoluntate* secunda brevi, v. Proleg. p. 203. *foras* Reizius. — 1121. *illa eae*, i. e. ei, scripsi, cf. ad 350. R.: „illaec quae dixi ei dato“. — 1122. spurium esse et ex 1094 sq. fictum putarunt Osann. R. cett. — 1123. Personas recte distribuit A. — 1124. *noli stare* A.

1125. Palæstrio, postquam miles abiit, spectatores alloquitur. Nonne idem, inquit, vobis videtur esse miles, quem descripsi (v. 90 sqq.)? — *uidetur* A. — *demutare* intrans-

itive ponitur ut „muto“ Varr. R. R. II, 2, 12: „pastiones hoc mutant“. Liv. V, 13, 1. XXXIX, 51, 10. al. *atque* comparativum olim restitutum est, cf. Amph. 270: „neque se luna quoquam mutat atque ut exortast semel“. *uti* extrema vox fuisse videtur, nam quod post Bothium editur „ut quidem“ ferri non potest. Hiatum ante *atque* Buggius interpungendo defendit, Tidskr. f. Phil. VII p. 14; ego versus loco defendere mallem, v. Proleg. p. 183. sed verum invenisse Lachmannum credo Lucr. p. 250: *alio atque uti*, cf. infra 1285. Ribb.: „demutare? aeque atque uti“. — 1126. *hunc moechum* A. — 1128. *ac* R, v. ad Asin. 564. — 1129. *Satin ut*, v. ad Bacch. 488. Stich. 271. *Commoditas*, cf. Men. 139. 142. — 1131 versus mancus. „iam“ add. R; „huc“ Mueller. — *e* exstat in A.

1132 sqq. trochaici septenarii. „Per hanc scenam“ ait R. „usque ad 1187 personarum notas tam raras BC habent, ut ut non quas omittant, sed quas servarint adnotem“. Nos omissas cursivis litteris expressimus, in var. scripturæ nihil notavimus. — 1133 recte A. *hunc* correptum v. Proleg p. 204. — *Et ego uos*, sc. conventos volo, cf. ann. ad Curc. 492. — 1134. *architecte*, cf. 899. — 1135. *Quia* Dousa, cf. 834. — *palum* ed. pr. — 1136. *facete* et *facunde* ed. pr. — 1137. *deruncinauit*, quasi runcina dolavit. — 1138. *es* ed. pr. — 1139. *ut* id. — *adiutabilem* A, v. ad 545. — 1141. *abeat* olim correctum. — 1142. *mulieri* A. — 1143. *dono, a se ut abeat* Beroald. — „tum“ abfuit ab A. — 1144. *et ille autem*. i. e. et ille vicissim, cf. Merc. 118. Pseud. 638. Poen. 840. 926. Men. 1070. Trucul. 828. 892. Lucr. I, 1010: „quae corpus inani et quod inane autem est, finiri corpore cogit“. ann. ad Aul. 30. — 1145. *escenderis* A. — 1146. *periclum* A. — *inde esse* A, i. e. „tum“, ut „ibi“, de quo v. ad Amph. 246. Asin. 502. — 1147. *haec* A. *praesenserit* ed. pr.. „prosenserit“ etiam A. — 1148. *ecfieri* Bugg. Philol. XXX p. 651, i. effici, cf. Pers. 760. *poterit* et *maxume* A. Ad *huius* Bugg. confert Ter. Eun. 980: „Quidquid huius factumst“. Heaut. 571: „nihil me istius facturum“. Br. addit Merc. 727. Cas. 535. 724. al. — 1149. *esse ad* A. — *siluai*

Both. Silva, ὕλη, materia est, cf. Cic. Orat. III, 26, 103: „primum silva rerum comparanda est". al. — 1150. „sum ego" R.; sed „sum" abest ab A et abesse potest. — 1151. *sex situmst* Klotz. progr. Lips. 1868. p. 6. Postquam copias enumeravit, eo numero ait quodvis oppidum expugnari posse, frequenti imagine, cf. Pseud. 385. 770. Ep. 165. Bacch. 920. sqq. *Quod apud nos fallaciarum sex*, de ordine verborum v. ad Amph. 290. *situmst*, cf. Curc. 345: „argentum . . . apud trapezitam situmst". Ter. Andr. 33: „(artes) quas semper in intellexi sitas, fide et taciturnitate". — 1152. *expugnari* Pylades. — *uidetur* cum gravi asseveratione „certo scio" parum congruit, nec ea quæ similitudinis causa afferuntur, „certo uisus sum" Aul. 804. Bacch. 1101, „hercle opinor" Mil. 405. 419. Men. 406. Stich. 362. Cist. 271, simili duritia laborant. Quare Muellerus Pros. p. 603 aliud substituendum censebat, velut „munitum". Pronomen demonstrativum „eis" facile auditur, cf. 1072, modo ne novum nomen addatur; itaque *dolis* ad sequentia trahendum. Hinc Br. recte Palæstrionis verba orditur. — 1153. *Id*, ideo, v. ad Capt. 674. Epid. 628. Ante h. v. hiatur; Ribb.: „Id nunc nos". — 1154 recte A. — *prouinciam*, cf. Pseud. 147. 157. al. — 1155. *quod potero*, i. e. quantum potero. v. ad Aul. 252. — 1156. *facete et laute* Cam., cf. versus apud Cic. Læl. 26, 99: „me luseris lautissime". — 1157. *Uoluptatem* ed. pr. cum A. — „et" et „tu" om. Br. et olim ego. — 1158. *adsimulem* A. — *differri* Cam., cf. Cist. 205. Poen. 156: „cupidine". Truc. 691: „laetitia". Ter. Ad. 486: „doloribus". Turp. 109 „desiderio". — *Tenes* Koch.; R.: „Eu tenes". — 1159. *causa* A. — 1160. *Omnem ordinem* Studem. ex A, v. Stud. I p. 300, sc. tenes, v. ad Amph. 593, ubi „ordinem omnem" edere debui. Both.: „Omne ordine". Forchh.: „PA. Nuntias omnem ordinem". — 1161. *Nisi*, cf. 24. — *hasce esse* et *dicas* A. — 1162. *abisse* A. — 1163. *domum* A. — 1164. *istinc*, ubi nunc stas, A. Ribb. — *procul*, v. ad Curc. 112. — 1165. *illius* etiam A; R. Opusc. II p. 685: „eius". *tuam* A. — 1166. *reuereraris* A. et Nonius p. 146: „Opulentitas pro opulentia cett." — 1167 ut nos A, cf. 1023. „Formæ" et „facie" genetivo

casu Both., eleganter. — 1168. *Satine est*, cf. Capt. 445: „Satin habes, mandata quae sunt facta si refero?"

1170. *Nunc tibi*, Pleusiclem alloquitur. — „non" del. Pylades. *ea discito* ex A Goetz. — 1171. *ubi* codd., Br. cum Reizio „ut". — *ibi* Ritsch., cf. ad Asin. 502. — 1172. *uti* Both., *uenias* et *nauclerico*, Cam.; *ad nos* accessit ex A. — 1173. *Causeam* Scutarius, quam formam retinui propter codd. Pers. 156. Val. Max. V, 1, Ext. 4. Græce καυσία dicitur. — Proxima *habeas ferrugineam* Ribbeckius Mus. Rhen. XXX p. 19 ex proximo versu invecta arbitratus susp.: „Causiam portes in capite". — *et scutulam ob oculos laneam* ex A Studem. Herm. I p. 291. *Scutula* (σκυτάλη) „est rhombos" ait Censorin. p. 84 Jahn.; „latera paria habet nec angulos rectos". Vestimenta scutulis divisa sive scutulata Plin. H. N. VIII, 196 et Iuven. 2, 97 commemorant; plura vid. Marquardt. Enchir. ant. Rom. V, 2 p. 140. Huius figuræ pannum laneum ob oculum habere debet, quia navigantium oculi sæpe laborant, v. 1103; cf. infra 1424. Fest. Ep. 118: „Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium". — 1174. „*ferrugineum*" ait Non. p. 549 „colorem ferri similem esse volunt, vere autem ferrugineus color cæruleus est" afferens Verg. G. IV, 183: „ferrugineos hyacinthos" et h. v., ubi scribit: „thalassicus est". — *thalassicus*. maris similitudinem referens. Lorenz. confert Titin. 114: „quem colos cumatilis deceat". — 1175. *connexum* ed. pr. Pallium in lævo humero connexum habeat ita ut lævum brachium liberum sit. Eum habitum describi putant, qui in piscatorum statuis conspicitur (Clarac, Musée de sculpture V. pl. 881 sq.); sed hi tunicam in lævo humero connexam habent, pallium omnino non habent; multo potius ad comparationem vocanda est celeberrima illa statua Vaticani musei, quæ Phocionis usurpatur (Clarac pl. 341 n. 2117). Hæc in altero humero pallium connexum habet brachiumque exsertum, sed dextrum, ut militarem hominem decet; nautis vel gubernatoribus contrarius mos fuisse videtur. *expalliato*, vel *expalliolato*, quod ex spatio palimpsesti commendat Studemund., scripsi, nam librarium codicis Lipsiensis verum invenisse credo; vulgo editur *expapillato* ex Festi Epit. p. 79: „Expapillato brachio, exserto,

quod quum fit, papilla nudatur“, et Non. p. 103: „Expapillato brachio quasi usque ad papillam renudato, Plautus cet.“, ridicule, nam ex pallio, non ex papilla exseritur brachium; nec illa scriptura aliud est nisi emendandi conatus perantiquus, nam etiam Festo vel auctori eius eandem atque nobis Plautinæ scripturæ depravationem obversatam esse, apparet ex altero eius loco Ep. p. 83: „Effafilatum, exertum, quod scilicet omnes exerto brachio sint exfilati, id est extra vestimentum filo contextum“. Placidus p. 40: „Effafilatus, exerto humero, id est extra filum manum exerens, id est proferens“. Hinc igitur sponte se offerebat *expalliato*, cui simile præbet Fest. p. 81: „Exinfulabat, exerebat, infulas enim sacerdotum filamenta vocabant“. — 1176. *Praecinctus aliqui*, i. e. aliqua re, cf. ad Most. 170. cincticulo, ut Bacch. 429, vel potius graviore aliquo cinctu, velut quo utuntur Hispani hodierni. — *sies* A. — 1177. *piscatores habet*, servos, ut in Rudente Gripum, cf. Alciphr. Epist. I. 2 extr. al. — 1178. *sum* A. — 1181. *itura sit Athenas, eat* ed. pr. *siet* A et Ribb. — 1180. *nauem* scripsi cum B, v. Neue, Formenl. I p. 200 sq. — *imponi* A. — 1182. *eat te* A. — *operam dare*, v. ad 937. — 1183. *pictura*, *γραφή*, nam totius rei quæ agenda est imaginem proponit Palæstrio. Talia, si lepida sunt, graphica Plautus appellare solet, v. ad Epid. 410. Stich. 271. Sublanguet quod R. Goellero auctore substituit „fictura“, cf. Trin. 365. — *illam* A et B. — 1184. *ne sit* ed. pr. *mora* Br. R. eleganter: „ut eat propere ne morae sit matri“. — *Multimodis* B, cf. Most. 770. Neue, Formenl. II p. 673. — 1185 em. ed. pr. — 1187. *Prorsum*, propria significatione, recta via, ut Cist. 532: „prorsum iit hac“. Pers. 674. Ter. Ad. 550. cf. Pseud. 960. — *protinam* Both., v. ad Bacch. 371. Langen. Beitr. p. 163 sq. — 1188. *quin liber sis*; hæc abundant ut Pers. 270. Aul. 132. Cas 187. Ter Hec. 768. Lucr. III, 1077. — 1189. *orna te* ed. pr. — *Num quid aliud*, cf. 261. — 1190. *huc* Luchs. Herm. XIII p. 504. — 1191. *Iam* ed. pr. — *Celebre* Cam., i. e. magno honore habitum. — 1192. *commodum*, v. ad Amph. 662. — 1193. *Hilarus* ed. pr. — *inpetrauit*, a Philocomasio, ut abeat. — *inhiat*, v. 716.

1194. *ut uolui* Guietus. — 1195. *Quid tam intus fuisse te dicam diu?* scripsi proxime a codd.; Br. „Quid te intus fuisse tam dicam diu?" De positu vocis *tam* v. ad 850. — 1196. *ego me tam* Cam. — 1197. *feci* Mueller. Nachtr. p. 134, coll. Stich. 90: „Multa scio faciunda uerba". R.: „fecit, lenta ut". — *lenta,* cf. Cic. Att. I, 12: „lentum negotium". Pl. Trucul. 263. — 1198. *donaui, dari* Bugg. Opusc. ad Madv. p. 170. „donaui, dedi" Ribb. — 1199. *te* et *ei* Pyl. add. — 1200. Post *te* hiatur. *es* add. ed. pr. — 1201. R. ed.: „Item illinc ego te liberabo", sc. ex Philocomasii servitio, Goetz. cum Br.: „Et quidem ego te l.", ego *Equidem ego*, cf. Rud. 1064. ad Amph. 757. Promittit, se eum in libertatem redempturum, v. 1207 et 1355. — *si possem* Acidalius, cf. Madv. Gr. Lat. 451 d. Cist. 181. — 1202. *ut abiret* Cam. *nec* Acid. — 1203. *oppressit*, pervicit, cf. Merc. 585. Cic. Verr. III, 58, 135: „Institit, oppressit, non remisit". — *Deos sperabo teque*, cf. Cas. 325: „Deos sperabimus". Cist. 430: „Deos teque spero". Ter. Eun. 195. Locum affert Servius ad Æn. I, 543. — 1203 sq. *tamen etsi*, cf. ad Most. 1147. — 1204. *quia*, i. e. quod, v. ad Asin. 55. — 1205. *quom*, v. ad Amph. 636. — Vulgo cum Cam. et Guieto edunt: *ex uirtute formae id euenit*, cf. Most. 169: „Uirtute formae id euenit, te ut deceat quidquid habeas". Sed hiatus fortasse ferri potest, v. Below de hiatu p. 61. Goetz. cum Seyfferto: „ex uirtute formaque euenit". — 1206. *hac uicina* et *tibi* Fest. p. 305: „(Super) ponitur etiam pro de cett." *super*, v. not. ad Bacch. 363, add. Amph. 58. Aul. 675. Bacch. 193. 560. 605. Cas. 234. Cist. 493. — 1207. *Quid opus uerbis?* non „opust" codd., ut solent. — 1208. *Reddam inpetratum*, cf. Capt. 344. — *At modice decet* Cam. — 1209. *ipsa* Br., cf. Cas. 159. Most. 673. Pers. 540. Rud. 652. Ter. Eun. 79.

1210. Meretrices exeuntes hortantur inter se ut militi insidias parent. Scena a v. 1212 ad 1277 septenariis iambicis scripta est, sed incipit ab iambico dimetro; nam pro spuriis eiicienda est primum altera pars versus 1210, quæ sermonem habet, qualem vix quisquam Plauto imputabit (R. „ad laeuam uidedum" scripsit, Ribb. „Haud uideo"), tum totus v. 1211,

qui numeros ne imitatur quidem; edd. omisso voc. „oculis" (v. ad Bacch. 1128) et permutatis extremis versum faciunt: „Aspicito limis, ne ille nos se sentiat uidere". — 1213 sq. Personarum notas ordinavit Acidalius. *Tu tuum opus incipe*, hæc in scriptis codicum latere censeo; Forchh.: „incipe iam". Quod Camer. posuit „Tuum est principium", parum aptum est. — 1214. *Ne . . . audiat*, sic clam ancillam monet. — *MI.* add. Cam. — *locuta* Saracenus, cf. Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 18. — 1215. *ipsae* scripsi; „ipsi" Bergkius; Reiz. „ipsa"; Ritsch. om.; Bergk. „otiose" omisit, ego cum Reizio „ut uolui". *Placide*, cf. 523. *otiose* Most. 800. — 1216. *quia adiit te* scripsi; Fl. Ep. crit. p. 27: „quia te adiit", in quibus „ted" Both. et Br. Ann. phil. CXV p. 338; Dziatzko: „quia te adiuit". — 1217. *ACR.* Acid. — *dignu's* idem; D: „dignus es". — 1218. *adisse* ed. pr. — 1219. *quasi regem.* Exempli causa afferantur quæ de Persarum rege habet Corn. Nep. Con. 3. — 1220. *Namque*, v. ad Capt. 599. — 1224. „ut", quod edd. ante *siet* addunt, non est opus. — 1226. *segregat* Capt. 512. „segregatque" Cam. *ab se* ed. pr. — 1227. *Ergo*, cf. 63. — 1229. *Ne oculi eius* codd. cum hiatu post monosyllabum; Both. cett.: „Oculi eius ne". — 1229. *elegantia*, cf. Ter. Eun. 408: „Regem elegantem narras". ib. 566. Merc. 19. ad Trin. 241. — 1230. *habe animum bonum* Both. — *se contempnit*, cf. Trin. 323. — 1234. *Alio modo*, aliter, explicatur iis, quæ sequuntur, *si non quibo inpetrare.* — 1236. *prohibendam mortem mulieri*, cf. Cæs. B. Afric. 31, 5. Deleto vocabulo in codd. male repetito hiatus oritur post *uideo* vix veri similis. R.: „mulieri esse uideo"; Ribbeck.: „Iam adibon?"; Leo: „adbitone?" Bugg. Op. ad Madv. p. 171: „Ultro adibon?" — 1237. *uilem* ed. pr. *largiere* D. — 1238. *ultro* vix est verisimile Plautum hic repetisse. Goetz. „mulier" scribebat, ego „illa". *desideret* ultima producta, v. Proleg p. 196. — 1239. *An perdere* scripsi, nam depravationes codicum ortæ videntur ex „Sinean", male repetito antecedentis versus principio; R. cett. „Nisi". — 1241. *Phaoni Lesbio*, quem Sapphonem narrabant tam perdite amasse, ut eius causa sibi ipsa mortem conscisceret. — Tum ed. pr.:

„tam nimie ut amarentur"; ego *amaretur.* Adverbium alii aliud reposuerunt, Cam. „misere", Both. „uiuide", R. „uesane", Ribb. „mortifice", Hasper. „a muliere", ego *sincere,* cf. Epid. 632. Ter. Eun. 177; nam „perdite" nimis longe a codd. abest. Aliam viam ingressus Bugg. Tidskr. f. Philol. VI p. 12: „tam mulieres ut amarent"; prob. Br. — 1242. R. ed.: „Eo intro, aut tu illunc euoca"; sed verius est quod in annot. improbat: *Eon intro, an tu illunc euocas?* Ego *Eo* omissa particula interrogativa scribo, cf. 972; de præsenti v. ad 252. *illum huc* Fl. — 1243. *Durare,* v. ad Amph. 875. — 1244. *eam* Saracenus. Personarum nomina add. Pyl.; idem: *es.* — 1245. *Si amauit* Cam. — „hic sapientiam" Both.; ego cum Brixio pronomen delevi. — 1246. *clementi animo.* Hiatus vitandi causa Lindem. „id" addebat, Camer. „mihi"; Reiz. transp.: „ignoscet animo". — 1247. Post *perdita* hiatur in diæresi septenarii, v. Proleg. p. 185. Cam., R., cett.: „perditast haec". — *Mutuum fit,* v. ad Curcul. 47. — 1248. *obstupida,* stupore torpens. Acroteleutium quum ad portam militis accessit, subito consistit. — 1249. *facile* Bothius. „sat scio" Hasper. „Scio hercle: olfacio" Vahlen. Ind. schol. Berol. $18^{91}/_{92}$. — 1250. *nasum,* v. ad Amph. 440. — *Hariolatur,* divinat, v. ad Asin 314. — 1252. *Nescio ubi* per appositionem additur verbis „hic prope", ut 1275 „Nescio quis". — *olet,* v. ad Amph. 317. — 1253. *uidet plus* Cam. transp., Goetz. cum Luchsio: „plus haec quidem". Br.: „Caeca hercle amore est". — 1255. *Ita,* cf. ad 159. — *meus* Haupt. add.; R. „mihi". — *defit,* i. e. deficit; *per oculos* viam significat, qua intrat malum. — 1257. *quam ego amem* Br.; Cam. „quam egomet" ediderat. *si per te liceat* Cam. — 1259. *ex me hoc audiueris* Herm. — *nepos Ueneris,* ridicule, si quidem vulgo „nepos uenerius" dicebatur homo nequam Veneris causa omnia profundens, cf. 1407. 1415.

1261. *Et nos te* Palæstrioni dedit R. Hiatur et post „te" et post „uolo". — 1264. *non potis* sc. erit, v. ad Amph. 590. — 1265. *obtuetur* D. — 1266. „uiden" male repetitum del. Both., Br.; Forchh.: „Leuandum morbum mulieri. MIL. Uiden ut . ." — 1267. Si versus recte scribitur, post *quoque*

diæresis est, et *uiri* alteram corripit; sed fortasse recte Both. aliique *ted* scripserunt. — Quæ extremo versui in codd. adduntur, ex 1272 irrepserunt. — 1268. „melius" om. Guietus. Auditur „hoc facere". — *illa* R. add. — *me facere* Camer. — 1270. *uir eius me deprehendat* Loew. Legebatur post Cam. „Uir eius est metuendus". — 1271. *a se. PY. Qui id* ed. pr. Seyff. Goetz. cum hiatu. „Quid? qui id" Cam. — 1272. *Quia aedes*, episynaloephe, v. Proleg. p. 214. Poen. 887: „meum adeo". 870. „meae alae". Rud. 257. Trin. 138. Vulgo cum Reizio „Quia" omittunt contra Plauti morem. — *Iube* R. ut codd. post 1267. — 1273. *Iam* Cam. — *sies* Both. — *in exspectatione* Scutarius, cf. Coel. ad Cic. Fam. VIII, 14, 1. „in spe" Cic. Att. III, 18, 1. 23, 4. „in metu" Cic. Att. III, 9. 3. „in quaestione" Capt. 252 cum ann. — 1276. *It ad nos* Br. coll. Most. 555: „Hic ad me it". Cam. ediderat: „Iam nos uolt hic profecto". Ribb. „Num nos uolt? PA. Te". — 1277. *hanc* A; cetera non apparent. — *iam* Seyffert ; vulgo cum Bothio: „arcessit hanc. PA. Ita credo".

1278. Pleusicles adveniens secum loquitur, nec ante 1284 ceteros animadvertit. — *ni sciam* Grut. — 1279. *uerear*, pudeat me, cf. Bacch. 156: „Hic uereri perdidit". Ter. Phorm. 971: „neque huius sis ueritus feminae primariae". De accusativo cum inf. cf. ad Bacch. 234. — 1280. Hiatus in cæsura. — 1281. *acceperim*. Coniunctivus post *quom* causale apud Plautum insolitus, v. Luebbert. Gramm. Studien II p. 137 sq., qui nisi ex oratione aliqua obliqua oriri posse negat. Itaque cum Scaligero R. aliisque excidisse aliquid ratus post v. 1282 talem fere versum exstitisse putat: „Me quoque istuc facere facinus audacter decet". Sed vel sic nimis contorte hæc sententia illius orationis obliquæ pars esse dicitur. Accedit, quod aliis Plauti locis similis coniunctivus invenitur, infra v. 1322: „quom lacrumem", Pseud. 183: „quom sim siccus", Capt. 886: sancte quom iurem", qui coniunctivi quomodo potentiales aut iussivi appellari possint, non intelligo. His addantur duo Terentii loci, Hec. 705: „praesertim in ea re quom sit mihi adiutrix socrus", Ad. 166: „indignis quom egomet sim acceptus modis", et apparebit Plauti ætate, quam-

vis „quom“ indicativum sibi adiungere soleat, tamen eum loquendi usum, qui postea constans fuit, ut „quom“ causale et concessivum cum coniunctivo iungatur, iam initium cepisse. Quod autem h. l. censent post v. 1283 versum excidisse, illud quidem apparet, apodosin desiderari; sed huius proprius locus post parenthesin erat v. 1283 inceptam. Abrumpitur autem et ipsa parenthesis, non librariorum aut temporis culpa, sed Pleusicles viso Palæstrione se ipse interrumpit, cf. 821. ann. ad Asin. 347. Ribb. Goetz. vv. 1281—83 secluserunt, ac sane absunt ab A. — 1285. *alio* Cam. Quæ sequuntur, maiore voce pronuntiat, ut a milite audiantur.

1286. Moras mulierum et alii queruntur et Terentius notissimo loco Heaut. 239 sqq. — 1288. *ea* abundat, sive pro nominativo capias, v. ad Asin. 523, sive pro ablativo, v. ad v. 21. — 1289. „Hoc igitur“ inquit, „quod nos mulier moratur, ex vulgari consuetudine fit“. Sic locum enarrat Bugg. Op. ad Madv. p. 172. Guiet. Ribb. Goetz. versum damnant. — *consuetudine*, cf. Trin. 363. — 1290. *Nam* causam querelæ indicat, v. ad Amph. 951. Asin. 122. Trin. 25. Seyffert. Stud. Plautin. p. 19 sq., qui recte codicum scripturam *arcesso* defendit. Edd. ante Br. „accersam“ — 1292. *Quid uis* R. — 1295. *paratast. I* Seyff. Stud. p. 20. — 1296. *pretiosa omnia* Both. — 1297. *Duc* ed. pr. Hunc versum Acidalius Br. Ribb. antecedenti præponunt; sed hic verborum ordo a Plauto minime abhorret, qui non obiectum solum, sed etiam sententiam a relativæ sententiæ prædicato pendentem primariæ sententiæ anteponere solet, v. 1008. 1311. Cist. 487. — 1298. „composta“ scribi vult Haupt. Op. III p. 400. Idem scripturam cod. B *auferat*, i. e. sibi habeat, tuetur, accedente etiam A. — 1299. *non morabitur* passive dicitur ut Men. 322. Itaque Palæstrioni dedi, quod vulgo militi datur. — 1300. R.: „Quid istuc est?“ Mueller. Nachtr. p. 136: „Sed quid istuc?“ ut Amph. 1088. Asin. 260. 263. Pseud. 1289. Epid. 344. Most. 435. Pseud. 22. *Quid istuc* codd. ut Bacch. 246. Pseud. 1247. Pers. 289. Stich. 308. — *Quid oculo factumst tuo?* Respondet nauta se oculum habere; simul eum monstrat, qui scutula tectus non est. Immo, inquit miles, lævum dico.

Iniuria Buggius in his offendit, Opusc. ad Madv. p. 172. sq. Similiter respondetur Pers. 226 sq. — 1301. Ante *Eloquar* hiatur. — 1302. *Maris* ed. pr.; nec dubito quin a poetæ sensu longe aberraverit R. Neue Excurse p. 92 „Amoris“ scribens, et in proximo versu codicum scripturam „amorem“ retinens, pro quo edebatur, ut apud nos, *a mare*, quamquam sequitur Br. et præcesserat quodam modo Muretus Var. lect. III p. 17 in verbis „a mare“ similitudinem verbi amandi quæsitam censens, quod verbum et mediam longam habet et ab hoc loco alienissimum est. — Post *hercle* hiatus in cæsura. Cam.: „istoc ego oculo utor minus“. *minus bene* Mueller. Pros. p. 799. — 1303. *abstinuissem a mari* ed. pr., sed ablativi forma *mare* proba est, v. Neue, Formenl. I p. 229 sq. *eo* addidit R. in ed.; postea: „Nam si abstinuissem amore“; Br. Goetz.: „amorem“. — 1303. *Eccos exeunt* edd. militi dant.

1305 sq. troch. sept. *flendo* D, edd., cf. Asin. 168. 873. Poen. 230. — *ni* A, cf. 1115. — 1306. Post *aetatem* hiatur in diæresi; item post *abeo*. R.: „inde abeo“, Ribb.: „hinc“. Bugg. Opusc. ad Madvig. p. 173 animadvertit, adverbium non necessarium esse, v. Stich. 145: „quo dedisti nuptum, abire nolumus“; similiter „eo“ Capt. 716. 758. Poen. 533; Livius sæpius; cf. supra 1072. — *Em* Br., cf. 367. Bugg.: „Uiden hominem, tibi Qui“. Ribb. „Em uide hominem tibi“. Goetz. „Eccillum h. t.“ — 1307. *Audin* Guietus. — 1308. *quae isti* cum hiatu legendum, v. Luchs. Herm. XIII p. 504. R. „ego“ addit, Lor. transp.: „isti quae“. — Palæstrio aliis servis imperat ut vasa et sarcinas efferant; v. 1332 eadem iterante milite exeunt. — 1309. *Et tu*, cf. 1133. Ante hæc hiatur ut Poen. 1073. Ribb. „Et tu salueto“. — 1310. *Tibi* edd. — 1311. *eas* ed. pr. — *operam dat*, cf. 1182. *ut uelum explicent* ed. pr. Constructio: ut, dum uentus operam dat, uelum explicent, cf. ad 1297. — 1312. *mecum* ed. pr. — 1313. *quamquam facio*, cf. 758. — *nam pietas sic uolt* scripsi dubitanter. Goetz.: „nam pietas cogit“. R.: „pietas consuadet“. Mueller. Nachtr. p. 137: „quamquam inuita facio, hoc pietas ni subigat“. Madv. Adv. II p. 10: „quamquam

inuita facio, ni pietas cogat". Ribb.: „PL. Scio. PH. Enim pietas sic hortat". — 1314. *stulta uiueret.* cf. ad Trin. 391. Merc. 597. — 1316. „adfluat" R.; ego *afluat*, v. Dombart. in Annal. philol. vol. CXV p. 341 sqq.; idemque Studem. in A legit. Cetera ex Nonio emendata, qui p. 305 hæc sic affert: „nam tu quemuis potissis facere ut fluat facetiis; Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior". Sed grammaticus quod „ferox" inquit „significat cordatus vel facetus", errat, nam v. 1317 non iam de facetiis sermo est; mulier novum addit, se etiam animosiorem et fortiorem factam esse, quod cum milite viveret. Ante *animo* hiatur in diæresi; Both. „ab animo" scripsit, R. cum Mercero „nimio". — 1318. *PY. Ne fle* Lindem.; *Ah* addendum esse vidit Seyffert. Philol. XXIX p. 400. — *Non queo*, sc. non flere. — 1319. *quid* olim emendatum ut in repetitione v. 1337. — Post hunc versum Lorenz. inculcavit vv. 1332—37, eamque rationem copiosius defendit Philol. XXXII p. 437; refutavit Seyffert. Stud. Plaut. p. 20. — 1320. *Nam*, cf. Capt. 890. supra 631. — Ante *hic* hiatus. Acidal.: „tu, Philocomasium". R.: „tu hic". Br.: „cum hoc". — 1321. *Formaque* scripsi; Bugg. Opusc. ad Madv. p. 174: „Si forma". Lor. Ribb. Goetz. versum del. — *animum attinuere hic* Cam., cf. Bacch. 178: „me uadatum amore uinctumque attines". — 1322. *lacrumem* Pius; v. ad 1281. „lacrumo" Ribb. *quia diiungimur* Cam. — Hunc versum R. cum Acidalio antecedenti præposuit, sed illius (1321) initio mutato („Ita forma"). — 1323. *proficisco.* Non. p. 470 sq. ex Turpilio affert „proficisceret". — 1324. *O mei* ed. pr. Sæpius singulari numero, ut Curc. 203: „ocule mi". — *tene* Grut. — 1325. *Ne adfligatur*, cadendo; nam deficere se simulat; deficientem sustinet Pleusicles; cf. Most. 324: „Cedo manum; nolo equidem te adfligi". — *Quid istuc quaesost? PA. Quia abs te abit* Seyffert. Philol. XXX p. 434. — *animo male* cett., cf. ad Amph. 1074. — 1326. *miserae* Saracenus. — *curre intro atque ecferto* Seyff. — 1327 vulgo Palæstrioni datur; mihi Pleusiclis verba videntur. In proximis ed. pr.: „PY. Quor? PA. Malo ne"; sed deest aliquid. R.: „quin malo abscedas; ne"; ac sane a *ne* sententia incipienda est.

Palmer. „quietem malo“. Seyff. *quiescat*, quod cum Goetzio recepi. — 1328. *recipiscit* ed. pr. — *nexa hice habent* Lamb., sed *hisce* scribendum, v. ad Capt. 35. Pleusicles Philocomasium osculatur. — 1329. *Labra ab labellis aufer* Mueller. Nachtr. p. 36, cf. Bacch. 477: „labra a labris nusquam auferat“. Bugg. Philol. XXX p. 652: „labra ab labellis fer mihi“. — *nauta, caue malum* Bugg. l. l. cf. Bacch. 462. — 1330. *spiraret* Cam. *PY. Aurem adpostam oportuit* Leo, Herm. XVIII p. 580. Cam. „admotam“ scripserat. — 1331. *eam omittam* R. — *retine*, cf. Curc. 310. Ter. Heaut. 403. Proxima lacunosa sunt. R.: „PA. Adflictor miser“; Goetz. cum Seyff.: „retineas. PA. Fio miser“; alii aliter, ego: *retine*, *adiuta comiter*, cf. Ter. Phorm. 537: „qui me dudum, ut dixti, adiuerit comiter“. — 1332. Servos alloquitur, cf. 1308.

1333. *Lar* add. Both. — *eo* ed. pr. Abiturus, quod iam ante se fecisse significat, denuo larem familiæ salutat conservosque valere iubet. — 1335. Pro „me“ Cam. „mihi“ scripserat, R. Opusc. II p. 474 „amice“, ego *recte*, cf. „nec recte“ Asin. 154. — *absenti tamen*, quamvis absenti, cf. 865. — 1336. *es* ed. pr. *Eheu* Grut. Goetz. „Heu, heu“ Acid. R. — *nequeo quin fleam* ed. pr. — 1337. „Scio ego quid doleat mihi“ lecta sunt v. 1319, et R. ut inde errore iterata delevit, multo veri similius quam ut his retentis, variis additis supplementis tres versus constituantur, quod Acidalium secuti recentissimi editores fecerunt. *Sed quid hoc?* codd. male Philocomasio dant. Immo miles hæc dicit, quum mulierem non vere defecisse animadvertit. Illa autem animum iam sibi redire simulat. — *quae res?* Cam Seyff. Stud. p. 28, v. ad Asin. 474. Cas. 432: „Quid? deosculere? quae res? quae voluptas tua?“ (sic enim hæc scripta velim). — *quid uideo?* versum non explet; quare *ego* addidi, cf. Poen. 1294: „Sed quid hoc est? quid est? quid hoc est? quid ego uideo? quo modo?“ — 1338. *O* add. Both. R. — 1339. *Sumne apud me?* cf. Ter. Andr. 937. 408. — 1340. *Quid istuc est negoti?* Indignatur miles, quod iterum inter se amanter amplectuntur. Respondet non, ut in codd. et edd., Palæstrio, sed Pleusicles,

puellam nuper animo destitutam fuisse et metuere se, ne iterum animus deficiat. Palæstrio vero, ut heri animum alio convertat, eum interrumpit. Præter personarum notas nihil mutavi; cett. edd. „Metuoque et timeo“ scribunt, et R. ante hæc versum excidisse putavit, Ribb. plura etiam novavit. — 1341. *tandem*, cf. 1057. — *propalam* Cam. — 1342. *nos secundum*, i. e. post nos, una nobiscum, v. ad Amph. 547 et 234. — 1343. *hoc tibi* Acidal.; Luchs. Herm. XIII p. 504: „tibi istuc“. — *illorum*, sc. bona, v. Madv. ad Cic. Finn. ed. 3, IV, 25, 69, add. Cic. Invent. II, 56, 169. Acad. II, 43, 132. 46, 143. — 1344. *illos* codd.; Both., R. cett. „alios“. — *age ite* Weis. R. ut 926. — 1346. *ero* ed. pr. *uolo* R.

1349. *si ita* cum hiatu, v. ad Aul. 484. R. „tibi“ addebat; non opus, cf. Ter. Heaut. 166: „Sicine est sententia?“ Lachm. „ita si“. — *malui*, oratio anacoluthos, vid. ad Amph. 696, cf. supra 1107.; edd.: „mauelim“, quod frustra defendit Langen. Beiträge p. 53. — 1350. *esse* et *Habe* ed. pr.; Ribb. „Habeto“. *animum bonum* Both. — 1351. *Heu me* Haupt. Op. III p. 401. Both. „Hei mihi“ scripserat. — 1352. *obliuiscendi* in quattuor syllabas contrahitur, ut apud Attium v. 487 et 190, cf. Proleg. p. 214. *stratiotici* Scutarius, cf. Pseud. 607. 922. — 1354. *ne morere*, sc. eos, cf. Langen. Beitr. p. 176 sq. — 1355. *ut* ed. pr. *memineris*. sc. mei, non eorum quæ v. 1201 et 1207 dixit. — *fieri occeperim* ed. pr. — 1356. *Non est meum*, cf. ad Asin. 189. ad Rud. 339. Trin. 124. Lucil. ap. Lact. Inst. VI, 18, 6. Hor. Od. III, 29. 57. Atqui vulgo milites hoc facere dicuntur, v. Curc. 547. — 1357. *identidem* ed. pr. *fuerim* primam producit. — 1359. „et“ del. R.; non opus. Deinde edd. plerique: „Perspexi saepe; uerum quom antehac tum hodie maxume“, ubi et coniunctio adversativa parum apta est et zeugma durissimum. Brix.: „Perspexi saepe uerum“, quasi fidelem, quod non sic dicitur. Proximum autem *Scies* Br. delebat, R. in „Scis“ mutabat. Ego hoc retento pro corrupto „uerum cum“ scripsi *animum tuum*, Palæstrionis autem orationem ab *Hodie* incepi. Is enim priora militi dicit, posteriora: *Immo* cett. sibi. — 1360. *morum* scripsi ut 372.

Edebatur post Cam. „uerum", parum feliciter. — 1362. *esse, fide nulla* ed. pr. — In principio versus R. „Dicant", ex proximo; sed hic manifesto spurius est; quid enim ineptius quam vetari militem eum retinere servum, qui unus sibi fidelis sit? Eadem Ribbeckii et Brixii sententia fuit. — 1364. *censeam* ed. pr. — 1365. *potest*, sc. fieri, v. ad Amph. 169. — 1366. Personarum nomina Cam. permutavit. — 1367. *hunc* ed. pr. — 1368. *Nunc* scripsi (vel, si hoc malis, „iam"); idem Bergk. voluit. „Eum" verum esset, si antecederet „quem". — *inuenio* Pius. *egomet* Cam. — *quom cogito*, cf. ad Capt. 51. Amph. 443. Curc. 583, etiam Men. 1044. Amph. 437. Cas. 842. 534. — 1369. *feci* et *amisi* ed. pr. — 1370. *amores* ed. pr. — *sed* Bugg. Tidskr. f. Philol. VI p. 13, ut iam Acidal. Tum *sensi* Gruter. cett.; „sensim" Ribbeck., i. e. leniter, moderate, cf. Casin. 767: „Sensim superadtolle limen pedes". Phædr. IV, 17, 9: „Parce gaudere oportet et sensim queri". Gell. XII, 5, 11: „cur tonitru vehementius facto sensim pavescat". al. — *hinc*, a Periplecomeno.

1371. Exit puer Periplecomeni, ut militem arcessat. — 1372. *iam* olim emendatum. Post *conueniam* hiætus in cæsura. — 1373. Post *inuestigabo* item; „eum" add. R. — *parcam* Cam. — 1374. Post *puero* hiatur in quinto iambo. — 1376. *Commoditatis* plenum eum appellat, cf. 1129. — 1377. *Qui duo?* o longum, ut sæpius in „ego", cf. Proleg. p. 195. — 1378: „Era intro te cet." Mueller. Ribb. Goetz. — 1379. *deperit* Pylades. — 1380. *quin intro is?* ed. pr. — 1381. *illic sese* Pylades. — 1382. *in saltu* Saracenus, i. e. in insidiis. R. cum Pareo: „stat in statu senex", quod propter diiambicum exitum improbat Luchs. Studem. Stud. I p. 45; quin ipsa notio status non insidianti convenit, sed ei qui aggredientis impetum exspectat. — 1383. affert Nonius p. 305, sed corrupte: „ut domatum maecum qui forma est ferox". — 1384. *quaeque*, cf. 156. Sic recte B („queque"); male cod. C sequuntur Lor. et Br. — 1385. *Mulier, quem* Seyffert. Philol. XXIX p. 400. Ribb. versum delevit.

1387. Ultima fabulæ scena, ut solet, trochaicis septenariis scripta est. Miles in adulterio deprensus ad poenam rapitur.

Poenæ autem nomine evirationem minantur (v. 1414, 1420), quod in tali flagitio usitatum erat, v. Poen. 861. sq.: „facio, quod manifesti moechi haud ferme solent; refero uasa salua“. Merc. 269 sqq. Etenim, ut ait Cicero Leg. III, 20, 46: „noxiæ poena par esto, ut in suo vitio quisque plecatur, vis capite, avaritia multa, honoris cupiditas ignominia sanciatur“. *Lorarios* Periplecomenus adloquitur, i. e. servos, v. ad Merc. 269. Eos iubet militem abducere, aut, si ire nolet, *sublimem rapere*, v. ad Asin. 859. — 1388. Hiatus in diæresi ut 1391. 1396. 1402. 1420; „ut medius sit“ Cam. *siet* Both. — *discindite* ed. pr., cf. 1401. — 1390 laudatur in Explic. in Donat. II, Gr. Lat. IV p. 542, ubi recte *acutus*, ut iam Saracenus; confirmat A. *Carionem* alloquitur coquum. *Καρίων* servile nomen est satis notum, et coquus quidem eo nomine est in Euphronis fabula Athen. IX. p. 377 d. *Cultris* coqui utuntur eosque ferentes in scenam introducuntur, v. ad Aul. 409. — 1391. Hiatus legitimus in diæresi; nec cum Cam. et Br. „gestio“ scribendum nec cum Ribb. „totum abdomen“. Br. etiam *hoc* ablativum esse putavit, cultrum intelligens. Immo *hoc abdomen* est hunc ventrem, quem satis magnum habuisse videtur. Quod interpretes abdomen per euphemismum quendam pro pudendis viri positum censent, id fieri vix potest; Plautus in his nugis ea prætulit, quæ magis ridicula videbantur. Ventre autem rescisso intestina non multo aliter pendebunt, quam in collo pueri *crepundia*. Sunt autem hæc, quæ monilibus puerorum fascinationis prohibendæ causa inseruntur, qualia Rud. 1143 sqq. enumerantur. His non raro factum est ut pueri vel expositi vel rapti postea a parentibus agnoscerentur, v. Cist. 469. Cic. Brut. 91, 313. Monilia eiusmodi et alia non pauca exstant et præstantissimum exemplar Viennæ, v. Arneth, Gold- und Silbermonumente 1. Cf. ad Epid. 638. — 1392. „Ut“ etiam A. *Uin* Seyff., ut 337. Asin. 640. Edebatur: „Faciam uti“. — 1393. *Haud* edd. — *numero*, ante tempus, v. ad Amph. 176. — Ante extremum creticum hiatur, v. Prol. p. 183. Luchs in Studem. Stud. I p. 6. R. „ego“ addit; Ribb. „iam nunc“. — *inuolo* Pius. — 1394. *uerberetur* ed. pr., A. — 1395. A exigua vestigia servavit. — 1396. *Cur es ausus?* v. ad Aul. 733. — 1399. *ad eam ut*

irem, et ipse olim et Ribb. et Seyff. — *exquire rem sis* Bergk. Ind. Hal. $18^{58}/_{59}$ p. XIII; edebatur: „Quare's ausus?“ interrogatione parum apta; eaque Periplecomeno dabatur; sed *Em tibi* saltem lorarium dicere apparet. v. ad Asin. 428. — 1400. *PY.* add. Cam. *Oiei* A. — *CA. Quam mox seco?* A., cf. 306. — 1401. Nonius p. 9: „Dispennere est expandere, tractum a pennis et volatu avium (!). Plautus Milite: Ubi lubet, dispennite hominem diversum et distendite“. Cf. Donat. ad Ter. Phorm. 2, 2, 16 (330: „tenditur“): „Legitur et tennitur; habet enim n littera cum d communionem“. Inde h. l. Meursium secutus R.: „dispennite . . . distennite“. — 1403. *nondum nihili factus* Cam.; R. licentius, nec melius: „dum non nihili factu's“. — *hercle* A. — 1404. „*Conciliatrix* dicitur, quæ viris conciliat uxores et uxoribus viros“ Fest. Epit. p. 62, cf. Cic. N. D. I, 27, 77 et supra 802. 1206. — 1405. *homini* . . . *nemini* A. De *nemini*, repetita negatione iam semel posita, cf. ad Bacch. 15. Prop. II, 19, 32: „Absenti nemo ne nocuisse velit“. — *de hac re*, propter hanc rem, cf. Merc. 379. Poen. 1347. ad Curc. 477 et ad Cas. 394. — 1406. Hiatus post *tu* offendere non debet. *uerberabere* A. — 1407 affert Priscian. III p. 610: „Si te salvum hinc amittimus Venerium nepotulum“. *amittemus* Both., cf. Asin. 604. — *Uenerium nepotulum*, cf. 1259. — 1408. *per Iouem et Mauortem* ex A Studem. Herm. I p. 307. Cam. „per Dionam et Martem“ scripserat. — 1409. *iureque id factum* Cam. — 1410. Negationis positus nescio num satis defendatur iis, quæ afferuntur ad Aul. 224. add. Cas. 518. Mil. 295. R.: „Et si hinc non abeo intestatus“. Magis offendit voc. *intestatus*, quod enarrant „sine testiculis“, qua vi apud classicos scriptores non exstat, v. ad Curc. 622. Accedit quod proximus versus, *si id non faxis*, sc. quod iuratus es, nimis longe ab 1408 divellitur. Itaque v. 1410 pro spurio habuerim, quamvis exstat in A totidem litteris. — 1411. *Ut* post iurandi verbum ponitur, ubi aliquid futurum esse cum iure iurando affirmatur, v. Bacch. 773: „adiuro ut . . lacerentur“, quem locum in commentario male cum Amph. 826 comparavi. Propert. I, 15, 35: „Hos tu iurabas, si quid mentita fuisses, ut tibi suppositis exciderent manibus“. Horat. Epod. 16, 25:

„iuremus in hæc: simul imis saxa renarint vadis levata, ne redire sit nefas". — *intestabilis*, qui pro teste citari non potest, infamis, cf. Curc. 30. — 1412. Quæ lorario dedit B, edd. Carioni coquo dant, quem etiam v. 1421 Periplecomenus ut principem servorum alloquitur. — *postibi* A, cf. Cist. 454. Poen. 108. 901. Rud. 589. 1250. — *amittendum* A. — 1415. Post *te* hiatus; Guiet. „ted" scripsit, R. „hodie te". — 1416. *hinc non ibis* R. ex A („eibus"). — *ne sis frustra*, cf. Men. 680. — *Magis sapis*, cf. Capt. 594. „modice sapis" ex Mil. affert Nonius p. 342, quod huc potius pertinet quam ad 1184. — 1417 *machaera*, *ne* Cam. — 1418. *an iam mittis?* Br., quum Hauptius „iam amittis" scripsisset, R. „eum amittis", Buecheler. „im" pro „eum" ex Festi Epit. p. 103. — „Mitis" ait Nonius p. 343 „est maturus. Plautus in Milite: mitis sim equidem fustibus. Verg. in Bucolicis: mitia poma, Turpilius India: misero mihi mitigabat sandalio caput. Afranius Divortio: Immo olli mitem faxo faciant fustibus". Respondet miles, quasi lorarius dixisset: „an iam mitis es?" — 1419. *istunc* A. — *Gratiam habeo* cum hiatu etiam A., v. ad Capt. 372. R. „Habeo gratiam". Ribb. cum Guieto „gratias". — 1420. *carebis testibus* ex A Studem. Ann. phil. XCIII p. 60.

Postquam Periplecomenus cum suis intravit ædes, miles suos servos, qui Philocomasium comitati erant, redeuntes videt. Quod nisi in medio versu inciperet, nova scena ordienda erat et titulus inscribendus: PYRGOPOLINICES. SERUOS. Servum Sceledrum dicunt editores; in codd. nulla exstat nota, nisi quod in principio v. 1423 E in B legitur, quod Sceledrum significare putat R., quoniam is quintus sit in personarum indice; ego quemvis alium quam Sceledrum hic loqui potius credo. — 1423. *mihi* ultima longa. R. Bentleio duce: „Magis id dicas" ut Ter. Eun. 356; vix opus, cf. Casin. 621: „numero dicis". — 1224. *ille quidem* Luchs. Herm. V p. 277. R.: „Namque illic", Mueller: „illic homo", Ribb.: „Nam illic qui ob oculum unum habebat lanam". — *ob oculum lanam*, v. 1173 — 1425. *Philocomasio* etiam A., cf. 273. — 1428. *uiri* A, cf. ad Curc. 614. — 1429. *in hanc inlexit fraudem* A. — *Iure . . . . studeant.* Hæc Both., R., cett. servo dant; ego cum

codd. militi continuavi; nec enim id fabula spectat, ut servus vitia intelligat, sed ut herus propter flagitia puniatur. Eodem pertinet, quod hoc facto ipse fatetur iustas se pœnas dedisse, id quod iam v. 1409 metu adductus fecit; neque hoc ab antiquæ comœdiæ more abhorret, quæ non id utique spectat, ut omnia ad veri speciem exigantur, nec spectatores oblivisci vult fabulam agi. — 1430. *Si sic* A. — *moechis fiat* A. — 1431 Geppertius Stud. II p. 29 confictum credit ab histrione solitam fabulæ clausulam „Plaudite" desiderante. — *has res studeant*, cf. Trucul. 334: „illum student". Titin. 85: „Ferentinatis populus res Graecas studet".

COMMENTARIUS

IN

MERCATOREM.

Mercatoris argumentum hoc est. Charinus adulescens Atheniensis meretricem amaverat eiusque causa patris domum spoliaverat. Demipho pater obiurgando tandem eum adegerat, ut relictis Athenis mercatum proficisceretur. Rhodi autem apud hospitem ancillam pulcherrimam amare incipit sibique emit et cum ea Athenas revertitur. Quam quum occultam habere cuperet, pater inopinato in portum venit, navem filii conscendit, mulieremque ibi conspectam ipse perdite amare incipit. Filius eam se emisse dicit, ut matri donum daret; pater hoc parum decere affirmans postulat ut veneat. Itaque vicinum senem et amicum, Lysimachum, subornat, qui eam emere se simulet; Charino autem sodalis Eutychus, eiusdem senis filius, se empturum promittit. Prævertuntur senes; Lysimachus mulierem abducit suisque ædibus recipit, dum uxor eius ruri versatur; Eutychus sero in portum venit, nec quo abducta mulier pervenerit, indagare potest. Charinus omni spe desponsa denuo in exsilium ire statuit. Sed dum senes in foro opsonantur, uxor Lysimachi rure advenit. Quæ ubi meretricem domi invenit, maritumque eius causa largiter opsonatum esse videt, is autem nec cuius amica sit nec qua de causa ibi versetur, enuntiare audet, vehementer irata a viro abire statuit. Tum Eutychus adulescens, qui per totam urbem mulierem quæsivit, ut inventa ea sodalem retineret, matris salutandæ causa domum ingressus ibi invenit. Quo facto et Charinum ab exsilio revocat et matrem patri placatam reddit; Demipho autem nequissimus senex maledictis oneratur et pudore obrutus filio mulierem concedit.

Fabulam a veri similitudine non nihil abhorrentem, sed admodum ridiculam ex Philemonis, quæ Ἔμπορος vocabatur, Plautus vertit, v. 9—10. Ne hanc quidem ab alienis additamentis liberam esse, libenter concedo, velut prologi magnam partem, vv. 9—10 et 16—39, ipsius autem fabulæ 794—805, quæ etiam loco prorsus alieno in codd. leguntur, post Plauti ætatem addita apparet; gravius retractatam esse non credo nec, quod censebat R., ex v. 221 efficitur. — Ex recentioribus poetis eandem fabulam suam fecit Cecchi, Italus homo, cuius fabula „La stiava" Venetiis 1550 edita est.

Personarum nomina eius generis sunt, quo vulgo utebantur Græci, nec admodum premenda est significatio eorum, quamquam in uno et altero rationem aliquam poeta secutus videtur, velut quod *Pasicompsam* mulierem dixit pulcherrimam et omnibus rebus ornatam, v. 508 sq., *Acanthionem* — in codd. „Achantio" scribitur — servum iracundum (v. 141), qui quum olim pædagogus fuisset, nunc hero nuntiaturus mulierem a patre conspectam esse, morando adulescentem impatientem quasi stimulis pungit et torquet; quibus nescio an addi possit *Eutychus* adulescens, cuius felici opera tota res componitur, et *Lysimachus* senex nihil magis timens quam uxoris iurgia. In archetypo personarum notæ Græcæ litteræ fuerunt ad eum morem, quem commemoravi Proleg. p. 158. Eius vestigia B servavit in extrema fabulæ pagina, i. e. a v. 1003, ubi Græcæ litteræ cæruleo colore pictæ exstant *A*, *B*, *Γ*, quibus significantur Lysimachus, Demipho, Eutychus, de quo ne lector dubitaret, qui personarum notas Latinas rubro colore addidit, ubi primum occurrerunt, hoc colore LIS, D, EV aut E superscripsit.

Scripturam codicis Palatino-Vaticani ex Ritschelii et Goetzii editionibus indicavi, Heidelbergensem ipse contuli; etiam palimpsestum hic illic inspexi. Ambrosiani folia, quæ huc pertinent, hæc continuerunt: 245—317, 351—422, 449—610, 673—779, quorum quum alia perbene servata sint, aliorum, maxime v. 351—422, 548—610, 673—741, fere nihil legi potuit. Singulare accidit, quod ea pagina, quæ versus 244—62 continet, bis scripta inventa est, et p. 193 et p. 213, sed altero loco scriptura iam ab ipso, qui codicem

scripsit, ut videtur, deleta est, ut ibi quidem perpauca legi potuerint, v. Studemund. de actæ Stichi tempore p. 17 sqq.

Argumentum I

acrostichon. 1. *mercatum*, cf. v. 82. Hiatus in cæsura. — 4. *Confingit* ed. pr. — 5. *ac* Grut. — 7. *Obduxe*, cf. 775. — Hiatur ante ultimum creticum et in h. v. et in proximo. R. pro *Charinum* scripsit „adulescentem", et in proximo: „ei inuenit", prob. Muell. Pros. p. 532; Pylad. „inuenerat".

Argumentum II

quindecim versuum. 1. *asotum* R. Opusc. II p. 396, quo Græco nomine et Cæcilius fabulam inscripsit et Cicero sæpius utitur. — 2. *missus* Beroaldus. — 3. *uenit* Lamb. — 4. *et* addidi; Cam.: „uisamque". — 6. *ait* olim additum. R. „fingit" aut „memorat". — 10. *Uicinum* Pyl. — *Praemercatur*, cf. Epid. 407. — 11. „illius senis" susp. Mueller. — 12. *scortum insimulat*, cf. Ter. Heaut. 204: „illum insimulat durum". — „*Protelare*" ait Fest. Epit. 235 „longe propellere"; cf. Ter. Phorm. 213: „Ne te iratus suis saeuidicis dictis protelet". — 13. *exspes* Saracenus. — 14. *prohibetur* ed. pr. — 15. *una* addidi. Muell. „Exorat" susp. — Quæ post h. v. adduntur novi versus instar, unde venerint, non divino.

Prima scena prologi vice fungitur, ut argumentum exponat spectatoribus. Verum exponit hoc non deus aliquis ab ipso argumento alienus nec histrio prologi habitu indutus, sed una ex ipsius fabulæ personis, ut in Milite v. 79 sqq. Palæstrio; addamus etiam in Amphitruone Mercurium; neque hæc scena

ab iis quæ sequuntur v. 110 divelli potest. Quæ hic adulescens de suis rebus satis prolixe exponit, Ritschelius, quum a ceteris prologis non admodum differre viderentur, non minus spuria habuit, atque adeo *διασκευαστοῦ* alicuius manu ita immutata putat, ut quid Plauti sit, quid non sit, diiudicari non possit; verum idem vir doctus licentissime transpositis versibus et mutatis verbis non tam Plautum edere quam centonem Plautinum conficere videtur. His abiectis si ad ea, quæ tradita sunt, redimus, vv. 9—10 ab ipso Plauto alienos esse apparet; de ceteris ambiguum iudicium est et variæ fuerunt virorum doctorum sententiæ. Dziatzko Mus. Rhen. XXVI p. 421 sqq. eiectis vv. 9—10 et 18—39 reliqua ipsi Plauti vindicat; Reinhardtius in Studem. Stud. I p. 80 sqq. ipsius Plauti censet perbrevem fuisse prologum, decem versuum 1—2, 11—13, 105—109, cetera interpolatores diversæ ætatis addidisse; quæ nisi fallor, recte refutavit Dziatzko Mus. Rhen. XXIX p. 63 sq. Mihi quoque certum videtur, copiosius adulescentem miserias suas narrasse; sed hæc amplificata esse ab iisdem histrionibus, quibus alii prologi debentur, ipse quoque credo. De vv. 3—8 propter similitudinem Amph. 41 sqq. dubitare possis; sed fieri potest ut Amphitruonis prologus ad horum exemplar sua confecerit; vv. 16—39 autem eiusdem generis videntur atque Mil. 617—764, et, ut ibi dixi, Lucilii potius quam Plauti æqualem sapiunt. Itaque uncis inclusimus vv. 9—10, de quibus nemo dubitat, et vv. 16—39 adstipulante Forchhammero meo.

3. *item* Muretus. — 4. *Ui amoris* scripsi ut v. 58. Cam.: „facere amatores“, R.: „amatores facere“ hiatum parum probabilem excusare studens Proleg. Trin. p. CCII. Mueller. Pros. p. 540: „Uidi iam more“. — *nocti aut dii* Servius ad Æn. I, 636 hunc locum afferens. De dativi forma „dii“ vel „die“ v. ad Amph. 272. Neue. Formenl. I p. 375 sqq. Quod ad ipsam rem attinet, editores compararunt Soph. El. 86 sq. Eur. Med. 148 sqq. Theognet. ap. Ath. III p. 104 c: *πεφιλοσόφηκας γῇ τε κ᾽ οὐρανῷ λαλῶν, οἷς οὐδέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων.* — 6. *humanas querimonias* Cam. — 7. *quid uclint, quid non uclint* Cam. Subiectum „homines“ ex adiectivo „hu-

manas“ auditur, v. ad Mil. 187. — 9 sq. post Plauti ætatem additi, quo tempore Romani iam cultiores facti a prologo etiam Græcum fabulæ nomen et auctorem postulabant, cf. Asin. 10. Trin. 18. Poen. 53. — *Macci Titi* Ritsch. Parerg. p. 21, v. Prolegg. p. 141. sqq. — 11. *ad mercatum*, cf. Ter. Ad. 231. Cic. Inv. II, 4. 14. — *hinc* et *Rhodum* ed. pr. — 13. *Ibi* Gruter. Rhodus significatur; temporis quæ intercedit indicatio pro parenthesi est. — 14. Nonius p. 176: „Simplicitus, simpliciter. Plautus Mercatore: sed eam simplicitus dicam si opera est auribus“, errore manifesto. — *ea* em. Lamb. cf. Cic. Pis. 29, 70: „familiaritate implicatus“, al. — *si operae est* Both., i. e. si vacat, v. ad Mil. 254. — 15. *ad uortendum huc* Pylades; Cam.: „ad aduortendum“. — *benignitas*, cf. Mil. 80. — 16 sq. Hos versus R. post v. 2 posuit ita mutatos: „Etsi hoc parum hercle more maiorum institi, Pro mea persona ut sim ad uos index ilico“; quæ Reinhardt. (Studem. Stud. I p. 90) ita probat, ut „posterioribus ne verbum quidem mutare fas esse“ dicat. Modestius ipse Ritschelius Parerg. p. 18: „Laudabo “inquit„ si cui propius ad librorum fidem accedere emendatori contigerit“. Enarrationem addit, quam, nisi fallor, omnes desiderabunt. lectam pauci probabunt: „præter morem fieri ait, quod, cui nunc solius prologi persona sit agenda, simul et statim ab initio pro sua Charini persona (non pro persona prologi) earum rerum, quas scire intersit, indicium spectatoribus facit“. Immo relinquantur suo loco versus nec dubitemus, quin Charinus dicat se non solito amatorum more agere, quod amoris vitia tam graviter accuset. Rectissime enim Acidalius ex B *amatorum* scripsit; sed etiam „esse“ corruptum est; Camer. „etiam“, Gron „ecce“, R. „hercle“, ego *equidem*. — *institi*, cf. Mil. 927. Cic. Orat. III, 45, 176: „Quonam modo tantum munus insistemus?“ — In proximo versu quoniam „perconari“ nihil est, præpositio *per* errore bis scripta existimanda est; *conata* commendat v. 39; extrema vox videtur esse *explico*. Media incerta sunt. *inde*, i. e. ex amore. — 19. *Elegantiam* maxime exagitat, i. e. iudicium oblatis et promptis rebus numquam contentum sed fastidiose aliud sibi quærens, v. ad Mil. 1229. Errant qui luxuriam

intelligunt. — 20. *quemque*, i. e. quemcumque, v. ad Asin. 197. — 23. *praequam*, v. ad Amph. 628. *studuit* Cam. — 24. *minus*, parum, atque adeo omnino non, cf. Amph. 475. Aul. 770. Ter. Eun. 737. — 25. Posterius „et“ delevi; vulgo prius omittunt. — 26. *ineptia* producta ultima propter positionem contra Plauti morem. Cam.: „ineptiae“ (singularis est Ter. Ad. 749), Lachm. „inepties“, R. „atque stultitia“. — 27. *Incogitantia*, cf. „incogitans“ Ter. Phorm. 155. 499. „incogitabilis“ Mil. 545. — *excors* ibid. — 29. „residia“ Latina vox non est; edd. „desidia“, quæ vix eius esse videtur, qui totus ardet; præterea versus numeros excedit, quare Pareus „etiam“ delevit. Bergk. et Ritsch. inverso ordine verborum huius et proximi versus „inopia, Iniuria“ scripserunt. Mihi Acidalius recte *incuria* coniecisse videtur, antecessisse autem credo genetivum inde pendentem, *recti*. — 30. *dispendium*, cf. Men. 473. — 31. *Multiloquium, pauciloquium* ed. pr., cf. 34. R. inverso ordine: „Pauciloquium, multiloquium“, quia *hoc* sequatur, non „illud“; sed nec necesse est „hoc“ ad proximum referatur, v. Haase ad Reisig p. 359 ann. 365 b. Ter. Andr. 233, ac conferatur relativorum usus ad Epid. 263, nec a Plauti ratione abhorrere puto, quod h. l. non „hoc ... illud“ dicatur, sed *hoc* ... *hoc* (v. 34), v. ad Mil. 331. Trucul. 694: „Quom hoc (Mea dona deamata esse) iam uolup est, tum hoc est nimio magnae melliniae mihi, Militis odiosa ingrataque habita“. — *eo* R.; Goetz.: „hoc ideo quia“. — 32. *adtingunt ad rem;* præpositio abesse solet, v. Dziatzko Mus. Rhen. XXVI p. 437. — *usui* Cam. — 33. *Ea* R. — 34. *Hoc*, v. 31. Both. et R. „Ac“ voluerunt; substantivum appositum ambiguitatem tollit. — 35. *adeo est callide* Cam. — 36. *Facundus, quae in rem sint suam* id. De positu particulæ *ut* v. ad Asin. 230, cf. infra 929. Capt. 485. Most. 426. — 38. *hoc* id., i. e. ut loquax sim. — 39. *certum*, sc. est, v. ad Amph. 590. — *ut* Cam. — *conata*. R.: „coepta“, non opus, cf. Cæs. B. G. I, 3. Nep. Dion. 8 extr. — 40. In codd. post „Principio“ proximi versus initium male occupatum est. *ut ex ephebis aetate exii* Muretus et Acidalius, cf. 61. Ter. Andr. 51. Ritsch. „ut aetas ex ephebis exiit“ coll. Bacch. 146.

Vicesimus autem annus significatur, v. Teles ap. Stob. Flor. XCVIII, 72: ἐξ ἐφήβων ἐστὶ καὶ ἤδη εἴκοσιν ἐτῶν, cf. Bacch. 419. — 41. *puerili est* Pylades. — 33. *Res* Pius. *clam* Gulielmus. — 45. „ui summa, quidque ut poterat" Cam.; R.: *ut quicque.* — 46. *Obiurigare* R. Opusc. II p. 428. — 47. Versum cæsura carentem Dziatzko spurium putavit; R. transp.: „lenonum iniustitiam"; Reinhardt. Studem. Stud. I p. 87: „Lenonem perfidiam iniustitiam expromere"; sed nec ea sola *expromimus*, quæ nostra sunt. v. Cic. p. Domo 23, 60: „quid ego vestram crudelitatem expromo?" de Divin. II extr.: „quid in quamque sententiam dici possit, expromere". nec offendere debet, quod poeta a generali sententia ad certum casum transiens proximo versu singularem posuit *illius*, pro quo R. „illorum" scripserat contra sensum. Quod autem in toto hoc loco usque ad v. 60 et R. et alii versuum ordinem turbatum esse suspicati sunt, veri similiorem nemo ostendit. — 49. *Summo clamore* pater filium obiurgare solebat; sed *interdum mussans* (ut em. Palmerius), i. e. silens. v. ad Aulul. 131, colloquium filii aspernatur negatque se patrem eius esse. Simul per totam urbem clamitat monetque ne quis mutuum roganti credat. 52. *cauerent* Lamb. em. *mutuitanti* Pylades. — 53. *inlexe* Camer. — 55. *Trahere, exhaurire* Cam. asyndeto Plautino, v. ad Amph. 13. Non licet cum R. construere: „trahere me quod exhaurire quirem". — 56. *Ratione pessuma a me* scripsi. R. cum Cam.: „Rationem pessumam esse". — 57. *perferens* Scaliger. — 58. *Amoris ui diffunditari* Cam. *didier* Gron. — 59. *Conuitium* ed. pr., i. e. obprobrium. Pater queritur quod filium dedecus sibi et familiæ alat. — *se pascere* Dousa. — 60. *nisi puderet, ne luberet uiuere* Pius. Pater „nisi te pudet" inquit, „ne libeat tibi vivere; ne vivere quidem velle debes, quoniam vita non es dignus". — 61—63 em. ed. pr. Hæc cum Ter. Andr. 51 et Heaut. 110 comparari possunt; inde conficta esse, mira quorundam opinio fuit; nec minus miror fuisse, qui homines tam male nossent, ut hæc cum v. 261 et 538 pugnare censerent. — 62. *ut ego*, sc. feci, omissa assimilatione casus. — 64 *se* add. Cam. — 66. *solitum* R. — 67. Locum commemorat Servius in Æn. I, 480: „peplum proprie est palla picta feminea Mi-

nervæ consecreta, ut Plautus: nusquam ad civitatem venio, nisi cum infertur peplum". *Peplum*, *τὸν πέπλον* (de quo vid. Studniczka, Beiträge zur Geschichte der altgriechischen Tracht p. 92 sqq. et 133 sqq.) accuratius describit auctor Ciridis Vergilianæ v. 21 sqq., Græcorum autem et Euripides (Hecub. 466 sqq.) et Aristophanes aliique commemorant, quos affert Michaelis, Der Parthenon p. 328. Magnis autem Panathenæis hæc palla, in qua artificioso labore deorum et heroum gesta picta erant, veli instar suspensa celeberrima pompa per plateas urbis in arcem subducebatur. — 69. *plurimum* Muretus em. — 71. *occas* Pylades, v. ad Capt. 656. Quod in C pro *seris* prius scriptum erat „saris", ne quis allato Capt. 655 defendat, eadem manu emendatum est. Epid. 266: „Mihi istic nec seritur nec metitur". — *item* Guiet. *metes* Muret. — 73. *recesset*, i. e. recessisset Lamb. — 75. „nauem" fere constanter B, „nauim" C. Magna fuit quæ *metretas trecentas* capiebat, i. e. 11817 hectolitras Gallicas. — 76. *mercis* R. — *isse* Forchhammer.; R. „ea se" retento talem deinde versum excidisse statuebat „Abiisse in terras solas orasque ultimas". — 77. *quae tum* Dousa. — 78. *decere, si ut diceret* Pylades. — 79. „Ego ubi ita uisum meo patri esse" R. — 80. *me esse* Pylad. *quoi placere* Cam. — 81. Pro corrupto „ut" Pylades „utut" scripserat, R. „actutum", Goetz. cum Kochio „tandem", ego *ui*, cf. Verg. Æn. V, 641: „vi corripit ignem". — *animum offirmo*, cf. Amph. 640. Pacuv. 293. Cic. Att. I, 11, 1. Pl. Bacch. 1201. — 85. *Sed.* R.: „Et"; non opus. Quamvis in gratiam redierint et pater filii ingenium laudaverit, tamen non firmam ei fidem habet et diligenter curat ut, quæ nolens promiserat, efficiat. — 86. „*cercurus*" ait Nonius p. 533 „navis est Asiana prægrandis" et h. l. afferens et Stich. 369: „Cercurum, quo ego me maiorem non uidisse censeo". cf. Liv. XXXIII, 19, 10. — 88. *ipsus* Cam. — 89. „a puero" R. cum ed. pr. — 90. *paedagogus*, cf. 154. — 91. *His sic* Both. — 94. *facio* Pius. — *praeter quam* cet., i. e. ultra illud pretium mercium, quod constituerat pater. — 100. *qua mulier alia nulla.* R. ex Scaligeri sententia „muliere". Illud tuetur Kienitz Ann. philol. vol. suppl. X p. 533 allato Cas. 805: „senem, quo

senex nequior nullus uiuit". — 104. Nonius p. 137: „dicens pro meritis gratum me et munem fore". *munis* (ἅπ. εἰρ.) est obligatus; contrarium „inmunis". — 105. *emi* pro „mihi" Pius; ego excidisse ante „mi" credo; R.: „emi eam".

110 sqq. iambici octonarii. *Ex summis opibus*, cf. Mil 622. — 111. *Agedum* ed. pr. — 112. *caue pigritiae praeuorteris*, i. e. cave pigritiæ priorem locum tribuas, v. ad Capt. 459. Perfectum ad activam formam formatum, ut fit in „reuortor". R. cum Pylade: „praeuortier". — 113 R. post 123 posuit; sed proximum „Simul autem" ostendit alterum „simul" antecessisse. *enicat*, sc. me, v. ad Asin. 392. — 114. *plenis semitis* R. Post *eunt* interpunxi; auditur „enicant me". Eos de semita in viam depellere vult, v. ad Curc. 287. — 115. Post *uiam* hiatus in diæresi. *discipulina* scripsi ut Most. 150. Asin. 200, v. Fleckeis. Krit. Miscell. p. 34. Cam transp.: „hic disciplina". — 116 troch. septenarius iambicis octonariis interponitur, ut infra 129 sq., cf. Proleg. p. 186. — 117 affert Nonius p. 175: „*Simitu*, simul cet.", cf. ad Amph. 625. — 118. *et autem*, v. ad Mil. 1144. *iurigandum* R. Opusc. II. p. 246. — 119. *expeditam* scripsi, nam ad cursuram, non ad exquisitionem hoc referendum est. — 120. *Curaest* R., cf. Bacch. 1075. Stich. 652. Men. 749; alia ratio est Aul. 356. 121. *restito* Bentleius, cf. Ter. Eun. 668; vulgo post Pyladem: „Quam maxume resisto, tam". Superlativus pro comparativo, v. ad Aul. 229. Alterum „maxume" omittitur ut „magis" Asin. 157: „Quam magis te in altum capessis, tam aestus te in portum refert". — 122. *hunc*, i. e. me, v. ad Mil. 1066. — 123. *lien* præcordia premens (cf. „cor lienosum" Cas. 393) et quasi occupans cum seditiosis civibus comparatur. — 124. Offendit principium versus ab antecedenti non differens, ac suspicari possis aut intercidisse versum a Charino pronuntiatum aut, quod potius credo, alterum versum spurium esse. R. v. 113 huc transtulit, quem ab illo loco abesse non posse ostendi. *animam uortere* i. e. recipere, ut non effletur solum sed etiam renovetur; alio modo, nisi fallor, *tibicen* animam vertere dicebatur, ubi varia ratione foramina tibiæ inflabat. Cam. em. — 125. *laciniam*, pallii, v. ad Asin. 580. — 126.

Acidal. confert Trucul. 325: „Mihi quoque prae lassitudine opus est ut lauem". al. Idem hunc versum proximo anteponebat. R. cum Bothio v. 126 post 137 posuit. — 127. *ego animi pendeo* Acanthioni continuanda esse vidit Spengel. — 128, monstrum versus; Camerarius ed.: „lubet scire ex hoc me ut sim certior"; R.: „lubet mi adire huc ut sim certior"; mihi spurius videtur. — 129. *cesso*, v. ad Aul. 389. — *foribus;* „ex foribus" postulat Siesbye ut Mil. 8. — *hisce assulas* Cam., cf. ad Capt. 826. — Hic versus et proximus trochaici septenarii sunt; tum redeunt iambici octonarii. — 131. *adire ad ostium*, aperiendi causa. — 132. *Nusquam est disciplina ignauior* „quam domi nostræ, ubi nemo familiarium pulsanti neque respondet neque fores aperit", Lamb. Servus iracundus, quamvis herum invenerit, tamen in obiurgando et male dicendo perseverat. R., cui hoc minus aptum videbatur, post hæc excidisse putavit dimidium versum velut: „[Ch. Non me uides? AC. Ah salue, ere.] Ch. Quae te malae res [ita] agitant?" — 133—36 systema iambicum, quod cum cod. B in trimetrum et tres dimetros discripsi. Ad orationem cf. Curc. 92 cum ann. — *Multae, ere, te* C; Seyff. Phil. XXV p. 458: „Multae aeque te atque me". — 134. *Periimus* Cam. — 135. *id* add. Lachm. R. Quod principium, inquit, orationis tuæ fecisti „periimus". hoc a nobis absit; inimicis nostris id tribuito. Sic enim omen avertere solebant, cf. ad Asin. 833. — 137—40 octonarii iambici; sed nihil obstat quo minus dimetri discribantur. *quidquid est* codd.; R. „quid siet". — *Placide*, cf. 166 et ad Epid. 108. — 138. *ramices* Nonius p. 166 conferens Poen. 539. al., ut Varr.: „priusquam in orchestra pythaules inflet tibias, domi suæ ramices rumpit". Vulgo autem ramex pro morbo, ruptis ramicibus, dicitur, v. Cels. VII, 22. — 139. *ex melle*, i. e. in mel mersam et inde extractam, cf. Ter. Eun. 939: „ex iure hesterno panem atrum uorent", c. Donat. Varr. R. R. III, 9, 20: „semen lini ex aqua dulci." — *saluom feceris*, quod rupisti. *Resina* propter adstringendi vim in variis casibus utebantur medici, v. Plin. H. N. XXIV, 34—36; sed tam amarus eius sapor erat, ut servo „cruciatus" videretur eam sumere (v. 144), et iratus domino pessima quæque

commendat. — 141 sqq. trochaici septenarii. — 143. *Sin* cett.; auditur „num ea maledicentia est?" cf. Pseud. 254. Pers 228. R. errat, quod cum Bentleio „sine" enarrat. — 144. *cum* add. Pylades. De indicativo *aduenit* v. ad Amph. 167, cf. infra 148. — 145—48 R. valde dubitat an non Plautini sint. — Pro *quod* Muell. Nachtr. p. 32 „quo", ut in proximo versu. — *possiet* Cam. — 146. *sine malo omni*, i. e. sine ullo malo, cf. Poen. 241. Trin. 263. Aul. 208 cum ann. — *ut ne* Guiet., v. Madv. ad Cic. Fin. II. 20, 64. De indicativo *uoles* v. ad Trucul. 758. — 149. *dexteram* Saracenus. *agedum* ed. pr. — *dabitur*, v. ad 765.

150—64 seclusit R., ac sane magis placeret sermo his ineptiis non interruptus. 150. *esse obsequentem* Pyl. et Cam. — *Opera*, eo quod factum est, cf. Pseud. 1010. — 151. *qui*, v. ad Mil. 66. — 153. *cis* add. Acid., v. ad Most. 17. — *Palpo percutis*, blandiris, cf. Amph. 522. — 155. Pro *sum* vulgo: „sim", ratio „fuero" postulat. — *scis si* Cam. — 157 sq. Personas in codd. permutatas esse Aldus recte intellexit. Sed verba *at enim placide uolo* necesse est Acanthioni continuentur; *placide* enim Charinus quidem nihil agi vult, Acanthio vult, cf. 166. — 158. *Quid est* codd. vitioso versu; Pyl. ceterique „id" addunt. — 159. Si *metuis* verum est, nesessario cum Kiesslingio scribendum *excitem.* Si „excites" verum est, hic quoque versus servo attribuendus est, et pro *metuis* „metuo" scribendum. — 160. *Uae tibi.* Tali ratione scurriles ineptias reiicere solebant, v. ad Mil. 288. — 162. *Perii* Saracen. — 163, versus tam ineptus quam numeris destitutus; R. Camerarium secutus: „AC. Tu dixti. CH. Taces?"

165. *dissolue me*, quem vinctum exspectatione tenes, cf. Ter. Heaut. 508: „Dissolui me, otiosus operam ut tibi darem". — 166. *prius quam uapulem;* nec enim dubitat, quin futurum sit ut ab irato hero, ubi amicam a patre conspectam audiverit, vapulet; ad quæ aptissime herus respondet moræ impatiens, eum actutum vapulaturum, si se amplius torqueat, Acanthio autem ironice minas eius ridet. Hoc non intellecto Ritschelius Meursium secutus versum 168 primo loco posuit, tum 167, extremo 166. — 168. *sis uide*, v. ad Mil.

202. — *Nullus* pro „nemo", v. ad Men. 99. — 169. Charinus ad preces revertitur utpote minis efficaciores. — 171. *Tandem*; post reliquam contumeliam etiam hoc restat, ut me ne dignum quidem habeas, cui supplices. Langen. Beitr. p. 88 sqq. „re vera" interpretatur et omnem vocis *tandem* vim a „tam" derivare conatur. Quod quam feliciter fecerit, alii viderint; ego in hoc voc. præter temporalem significationem nullam nisi adversativam agnosco, ut dixi ad Asin. 175, ac si de origine vocis aliquid opinandum est, non ad tam, sed ad tamen (tamendum) retulerim. Cf. Mil. 1057. R. cum Lachmanno: „Tamne indignus uideor?" — 173. *sana*. Lamb. „sarta" voluit. — 174. *quaerebas*, v. ad Amph. 167. — 175. *Tace*. Nimis sane iracundus est servus, qui, quum herus se taciturum dixisset, hoc profert; sed parum felix est Ritschelii emendatio „Face" pro „fac modo". — 180. *Tuam amicam* cum hiatu legendum, v. Proleg. p. 224. Mueller. pro *Quid eam?* et h. l. et 876: „Quid amicam?" parum apte. — Versum, qui hunc in codd. sequitur, R. cum Acidalio post 183 posuit; mihi mera repetitio videtur versus 211. — 181. Hiatus et post *uidere* et post *pacto* mutatis personis. — 182. *In' hinc dierectus* Both., v. ad Bacch. 577. R.: „Quin abi hinc d." — 183. *quod me rogas respondeo*, cf. 211. Halm. ad Cic. in Vatin. 4, 10. — 185. *ut prorae adstitit* (sic C), i. e. in prora stantem. Vulgo cum B editur „ut prope adstitit", R.: „nam ibi adstitit". Hiatur aut post „nauem" aut post „prorae". — 187. *quin* cum præterito iunctum hoc et proximo versu, cf. 614. Rud. 830. Stich. 578. Trin. 292; cum tertia persona præsentis indicativi Curc. 251. Pseud. 205; cum futuro infra 540. — 188. *eam* add. Lachm. — 190. „et" del. Cam. — *thomicibus* vel „tumicibus" em. Scaliger ex Festo p. 356: „Thomices Græco nomine appellantur e cannabo impolito et sparto leviter tortæ restes, ex quibus funes fiunt". Est Græcum θῶμιγξ. Cf. Vitruv. VII, 3, 2. Apul. Met. VIII, 25: „tumicla spartea deligatum". — 191 affert Non. p. 534. — 192. *intra uisus est* scripsi. R. cum Acidalio: „in nauim subit". — 193. *saeuis tempestatibus*, i. e. quum sævæ tempestates essent; sed saltem cum

Buechelero sribendum erat „aduorsis t.“. Vahlen, Herm. XVII p. 597 „a tuis tempestatibus“. R. intercidisse putat versum talem fere: „Adflictatus multum summis me exemi ex periculis“. Mihi versus nihil aliud dicens quam proximus vix genuinus videtur. — 195. *med* Guiet. R. nov. exc. Idem in ed. „me iterum ad saxa“, coll. Most. 664. Bergk. Beitr. p. 48: „eadem ad saxa“. Buecheler proposuit: „Uerum uideo denuo me ad saxa ferri fluctibus“. — 197. *quoia* Ritterhus. aliique. — 198. *Occucurri* cum B Cam., ut ex Tuberone „occucurrerit“ afferebatur, v. Gell. VI, 9, 11. Keil.: „occurro ei“. Muell.: „occurro ultro“. — 199. *uisusne* Both. — *Etiam rogas?* v. ad Asin. 670. — 200. *subigitare*, v. ad Mil. 653. — 201 affert Nonius p. 401 male „quid“ scribens. *Mirum quin*, v. ad Amph. 743. — 202. Non. p. 115 et 223 „quo“ et „aqua“ scribens. — 204. *Stultitia istaec est* sive Acanthioni sive Charino tribuuntur, parum clare dicuntur, proxima autem, ubi R. cum Acidalio versus causa „me“ post „meae“ inseruit, prorsus idem dicunt atque 207 sq. Mihi uterque versus spurius videtur. — 208. *Meae* Loman. Specim. crit p. 53. — — 211 edidi ut in codd. scriptus est post v. 180 (nisi quod ibi „interrogo“ legitur). R. ad huius loci scripturam: „responde quaeso. AC. Quaeso quid rogas?“ — 213. *Uerum*, sane, v. ad Asin. 873. Langen., qui hoc negat, idem quam maxime affirmat, dum „est“ omissum esse docet, Beitr. p. 116. — 215. *in lamentando pereo.* Abraham, Annal. phil. Suppl. XIV p. 227 confert inter alia Stich. 58: „in cogitando maerore augeor“. Trin. 225: „in cogitando dolorem indipiscor“. ib. 535. Ter. Andr. 5. Ad. 869. 900; cf. etiam Vahlen, Herm. XVII p. 596. Non opus est igitur emendatione Seyfferti: „diem lamentando perdo“. — 216. *commodum*, cf. ad Amph. 662. — 217. Cam. em.: „Postea quam aspiciet te“, R.: „Poste quom te aspiciet“; sed *post* non est aptum; „statim“ dicendum erat. Goetz. licentius: „Os tuum aspiciet, te uidebit esse exanimatum“. Mihi versus spurius videtur. — 219. Pro *timidum* R. „tandem“. Illud recte se habet; nam quo magis timet, eo periculosior temptatio est. — 220. *Abiisse* ed. pr. — *Quin ea ego* Cam. — 221. *electaret*, i. e.

eliceret, sc. rem., cf. Asin. 298: „Ibo aduorsum atque electabo, quidquid est“.

Demipho Charini pater somnium narrat noctu sibi oblatum, capram se emisse formosam, sed frui ea non concessum esse; idque iam suspicatur ad mulierem illam spectare, quam nuper in navi vidit. Similia somnia occurrunt Mil. 383 sqq. Rud. 582 sqq., ubi tres primi huius scenæ versus redeunt, de qua re v. ad Asin. 185. — 222 sq. affert Donatus in Ter. Andr. 2, 5, 29. *ludos faciunt hominibus*, v. ad Most. 418. — 225. *egi satis*, v. ad Asin. 437. — 227. *capram*, attractio ut Curc. 433: „ut ei detur, quam istic emi uirginem“. Stich. 321: „Quid istic inest? PI. Quas tu edes colubras“. Cas. 897. Trin. 1075. Capt. 180. infra 736. Cf. ad Amph. 1002. — 228. *si* ed. pr. — 229. *mercatus fueram*, v. Madv. Gr. Lat. 344 not. — 230. *custodelam* Grut. — 231. *adeo*, v. ad Amph. 464. — 235. De indicativo *dederam* v. ad Asin. 37, ubi „fit“ est in codd.; Mueller „dederim“ susp. — 236. Hiatur non solum in cæsura, sed etiam ante extremum creticum (*oppido*), v. Spengel. Plaut. p. 235. Quod Cam. posuit „ambadedisse“ et 238 „ambadederit“, vix umquam Latina vox fuit. Mueller. „Suae sibi“ coni. — 238. *simiai* Muell. Prosod. p. 379; possis etiam „eius“ addere. — 239. *Instare factum*, constanter contendere factum esse, cf. Ter. Andr. 1, 1, 120 ubi Donat. hunc locum affert. Amph. 877. — 241. *eam* scripsi; ceteri edd. fere verba transponunt, ut Guiet.: „Ad me intro domum“. — 242. *illi*. R. cum Both. „illud“, male; bene volumus non rem aliquam, sed personæ, cui favemus. — 243. Hunc versum antecedenti postponendum esse vidit Gulielmus. *ast*, v. ad Capt. 677. Jordan. Krit. Beitr. p. 293. — 244—262 quomodo in A scripti sint, exposuit Studemund. de actæ Stichi tempore p. 19. — *Quo magis* Cam. — 245. *ad me haedus uisust* A. — 248. *enim*, i. e. scilicet, v. ad Amph. 651; add. Capt. 563. Poen. 384. 853. — *abductam illam aegre pati* A. — 250. *nisi*, v. ad Aul. 357. — 252. *luci* Cam., v. ad Amph. 163; ac fieri postest, ut idem in A fuerit. — 253. *id quod* A, *ibi* idem, quod præferendum videtur ei, quod cett. codd.

habent, „atque", de quo v. ad Bacch. 276. — 254 affert Priscian. XV p. 1008. Post *heri* hiatur, v. Proleg. p. 224. Cam. „qua heri est" ed. — 255. *illuc* A. — 256. *Inscendo in* et *deuehor* A. Hiatur in cæsura. — 257. *Atque ibi ego aspicio* A. — 259 sq. „non ita ut sani solent Amo, sed" R. — 261. *equidem hercle ego* A; v. ad Amph. 757. — 262. *ad hoc exemplum,* ita, cf. ad Mil. 402. — 263 sq. Hos duo versus Both. et R. post v. 267 posuerunt, sed ab antecedentibus divelli non debent. Si cui necesse videtur, ut v. 265 narrationem facti statim sequatur, post 260 ponendus est, versusque 261—64 pro spuriis habendi. — *quanti siem* A. — 266 ex A editus est, extrema supplevit R. — 267. exstat in A; legit Studem. Stud. I p. 264. — 268 recte A.

269. Novæ scenæ in A sola nomina LYSIMACHUS DEMIPHO præscripta sunt. Quod in C additur, DU significat diverbium, v. Proleg. p. 171. Lysimachus senex exit cum servo, qui in codd. *lorarius* dicitur, cf. Gell. X, 3 extr. de Bruttianis: „hi sequebantur magistratus tamquam in scenicis fabulis qui dicebantur lorarii, et quos erant iussi vinciebant aut verberabant". Ac loris quidem antiquos ad vinciendum et verberandum usos esse constat, v. Capt. 652. Epid. 682. Mil. 157. Pseud. 144. al., ut recte lorarii dici possint, quibus hoc officium mandatur, v. Capt. 110. 653. Most. 1046. Men. 971. Mil. 1387. Rud. 696; sed eodem nomine appellantur, ubi non verberandi causa sed omnino operis faciendi gratia herum sequuntur, ut h. l. et Pseud. 133. — 270. *exhibet negotium,* nimia ferocitate. — 272. *ne me uxor* A. — 273. *ac metuo ne illaec* A. R. præf. p. VII versum spurium censet. — 274. *uilico* simplici l fere constanter codd. Plautini. — 275. *Pistus,* Πίστος, villico nomen est. Eius curæ omnia credita sunt; itaque *ipsi,* non alii cuipiam servorum, rastros tradere debet. R. temere: „Præsto ut sint". Pisti nomen exstat v. c. in titulo sepulcrali apud Brizium Pitture e sepolchri Esquilini p. 35: „C. Terentio Pisto medico oculario". — 278. *mihi tres lites iudicandas;* arbiter captus est. — 279. *I et* A. De scriptura *ei*, cuius etiam infra exempla occurrunt, v. ad Asin. 482. — 280. *Tantumst,* nihil amplius, cf. Cas.

87. Trin. 22. Ter. Eun. 996. Hec. 813. — Post *salue* hiatus. — *Euge*, v. ad Epid. 9. — 281. *Salueto* A. — *Quid fit*, v. ad Bacch. 624. infra 951. Cas. 688. Rud. 1039. 1290. *quid agis* illis postposuit Both., quoniam ad hæc, non ad illa refertur responsio. — 282. *hoc quidem*, quod nunc patior, deorum, i. e. Cupidinis, opus est, v. Bugg. Opusc. ad Madv. p. 154, cf. 316 sq. Si Plautus coniunctivum voluisset, et „faxint" scripsisset et pronomen omisisset. — 283. Post *tibi* hiatus, v. Proleg. p. 224. R. transp.: „operam esse". Mueller. alia proponit, sed ante omnia *operae*, ut 14. — 285. *occupatus operam dare*, ut operam dare non possim, v. ad Aul. 333. Pers. 491. — 287. *Quid aetatis*, v. Madv. Gr. Lat. 238. — *Acheruntieus*, cf. Mil. 629. — 289. *septuennis*, hac enim ætate litteras discere incipiebant, v. infra 300. ad Bacch. 437. Ussing, Erziehung u. Unterricht bei den Griechen u. Römern p. 81 sq. — 292. *quom extemplo*, v. ad Amph. 858. *est* etiam A; auditur „aliquis"; cf. ad Cist. 18. delebat R. — 294. *bis tanto*, v. ad Amph. 936. — 295. *si scias* A. Nota aposiopesis: si scias quæ alia narrare possim, magis hoc dicas, ut plene dicitur Ter. Eun. 355 sq., cf. infra 437. Pseud. 752. Curc. 321. Cas. 642. Ter. Heaut. 599. Pl. Bacch. 695: „Immo si audias quae dicta dixit". Epid. 446. — 297. *Malae rei* scripsi; pendet a *plus*. Cett. edd. „Malam rem", ut audiendum sit „videre me dico". Malam rem sibi se quærere, probe novit. — *benest* etiam in extremo versu A. — 300. *occepi in ludum litterarium* A. — 301. *Ternas*, sc. litteras, quod ex antecedentibus facile auditur, v. ad Mil. 187; sed distributiva nulla vis est in numerali. — 305. *capite cano*, cf. ad Bacch. 1098. — 303. *Si . . . seu* etiam A, v. ad Curc. 4. „sei" altero loco R. — *istuc*, quod in capite gero. — 305. *stanti*, *si falsum* A Cam. ex ceteris: „si falsum est uti eloquar"; præsens restituit Both. *stanti* i. e. sic ut sto; Bergkius contulit Q. Cic. petit. cons. 3, 10: „qui . . . . vivo stanti collum gladio sua dextera secuerit". — *loquor* A. — 306. *ac* A. — 309. *ut me amando enices* etiam A. Nugæ senis relinquendæ sunt; quod prius edidi „secando", abiiciendum. Hiatur et in cæsura et ante extremum creticum. — 310. Senem amatorem ridens umbram

eum amatoris esse dicit, picti quam veri amatoris similiorem. — 311. *plane* A. — 312. *Tantidem*, non pluris. — 316. *atque id ui obtingit deum* ex A elicuit Gertz. — 317. *Ne sis me* A. — *hoc*, i. e. ad hoc, cf. ad Bacch. 1150. — 318. *Quin* Pyl. — 319. *Egon* R. — *ah ne di siuerint* Cam. — 325. *optume* priore correpta, v. Proleg. p. 204. R. transp.: „set eccum meum gnatum optume Uideo; hic opperiar". — 326. *uiso opust* Acid. — 327. *persuadere* ed. pr. *siem* Cam. — 329. *praecauto opust* Acid. R. „sed" delebat; Seyff. „id" substituebat Philol. XXVII p. 454. — 330. „Ne ad illam" ed. pr.; „Ne hic ad illam" R.; „Ne hic illo" Muell.; sed nescio an præpositio abesse possit, cf. Pseud. 142: „hanc edictionem animum aduortetis". ann. ad Capt. 544.

331. Charinus sortem suam queritur cantico. Duo primi versus sunt tetrametri bacchiaci. Sequuntur 333—36 anapæsti (de 334 vid. infra). 337 trochaicus octonarius est, vel, si accuratius dicas, compositus ex dimetro trochaico et dimetro anapæstico. 338—350 tetrametri bacchiaci. 351 octonarius trochaicus; sequuntur duo tetrametri bacchiaci. 354—56 iterum octonarium trochaicum sequuntur duo tetrametri bacchiaci. 357 sq. octonarii trochaici. — 331. *aeque*, v. ad Capt. 694. — 333. *Satin*, v. ad Amph. 627. — *quidquid est*, *quam rem*, i. e. quidquid est quod, v. ad Mil. 624. Satis fuerat „quidquid agere occepi". Cam. „ut quam rem" ed., R. „si quam rem". — 334. constat ex anapæsto, duabus dipodiis iambicis, anapæsto. Pro *euenire* Spengel. „dari" coniecit, Goetz. „esse id". *proprium*, quod mihi nemo eripiet, cf. Most. 220. Trin. 1130. Ter. Andr. 716. 960. Non. p. 361. — 337. *eripui* omisit Camer. — 338. *me* add. Weis.; „meum me eam" R. — 343. Versus emendatur, si scribas „est error meo". — *error*, dubitatio, cf. Mil. 793. Dubitationem autem proxima ostendunt eandum quam supra audivimus 206 sqq. — 344 sq. *Dum ... dum*" pro „modo ... modo" positum exemplo caret; sed si pro coniunctione capias, in similibus, non in contrariis coniunctionis anaphora ferri possit. Temerarium foret „tum ... tum" scribere. — 347. „uti rest" Speng. — 348. *quemadmodum*, i. e. qualem, cf. Bacch. 205: „ut eam credis?"

De adverbio pro adiectivo v. ad Amph. 571 et ad Pseud. 802. infra 386. Rud. 1086. — 349. *A me* scripsi pro „Atque". R. ante „Atque" excidisse versum putabat talem „Malis uerbis multis multum obiuriget me". — 350. *domo*, v. ad Amph. 631. — *dico* pro „igitur" Studem. Stud. I. p. 85. — 351. Imitatur Martialis IX, 21, 4: „Artemidorus amat, Calliodorus arat". Mueller et hunc v. et 354 damnabat. — 352. *me* add. R. — 353. „ibi hoc damnum inueni" Speng. — 356. *musca*, cf. Poen. 689. — 357. *Nec sacrum nec tam profanum.* „tam" etiam ad „sacrum" referendum. — 358. *spes*, prægnanter ut Mil. 1047. *in corde certast* B.

359 sqq. septenarii trochaici. — 360. *nescio* pro cretico legendum. R. „nunc" addebat; Luchs. Studem. Stud. I p. 233: „qua de re". — *Attatae*, cf. Cas. 507. Epid. 456. — 362. *Recte.* Nullam sollicitudinus causam esse, omnia recte se habere, significat, v. ad Asin. 108. infra 407. — 365. *Poste*, deinde, ut ubi dicitur „quid postea?" De forma v. ad Asin. 906. — *mea* Cam. — 366 sq. Quod animo eius male est, eius causam v. 384 a nausea repetit; minus intelligitur, quod h. l. insolito terræ adspectu fieri dicitur. Filius respondet se magis opinari aliam causam esse; sed quam dicturus fuerit, nemo intelligit, et ante quam dixit, pater eum interrumpit. His, quæ satis inepta sunt, accedit quod verba „verum actutum abscesserit" etiam v. 384 leguntur. *Ergo* autem post hæc nullum locum habet; si cum 365 iungitur, aptissimum est. Itaque hos duo versus ut spurios seclusi. — 369. *praeuorti*, cf. 112. — 372. *Age igitur*, v. ad Bacch. 87. *aduorsari aduorsum*, cf. Cas. 233: „aduorsere contra". infra 589. — 374—76 R. post 378 posuit; non opus. 374 comparari potest cum Aul. 541. „Quid tu te solus e senatu seuocas?" — 375. *Iam* aptiorem locum haberet post 372; hic „tamen" aut „Nam" magis conveniret. Fortasse vox delenda est, quo facto versus restituetur, cuius rei causa Guietus *eam* pro „illam" scripsit. — 376. *haud* ed. pr. — 380. *quae mandata*, sc. sunt, v. ad Amph. 569. — *amice* scripsi versu suadente; R. licentius: „ut quae mandata mihi sunt, administrem". — 381. *sciscitare* activa forma hoc uno loco exstat; „sciscitatus"

passive Amm. Marc. XXV, 8, 12. XXVIII, 4, 24. — 382—84. Ambagibus utitur senex, ne filius, quid velit, perspiciat, et prius alia ad rem non pertinentia profert, quam ipsam rem aggreditur. R. hoc non intellecto hos versus post 367 posuit, sed simul spurios esse putavit et voc. *Sed* v. 385 postea adiectum suspicatus est. — *Usquin* R., cf. Most. 440. — *ut*, v. ad Amph. 325. Trucul. 570. — 385. *Sed quid ais*, v. ad Amph. 414. infra 508. 555. — 386. *ut uidetur*, cf. ad 348. — 388. *item* add. Bugg. Tidskr. f. Philol. VI p. 6 et Seyff. Philol. XXVII p. 454. R.: „Mihi quoque ita pol". — *Eho an*, v. ad Most. 173. — 390. *quia enim non* (aut „quia noenu") R., cf. ad Amph. 659. — *non dignam*, non convenientem. — 392. Hunc versum Lucilius apud Nonium p. 271 et p. 420 laudasse videtur, v. Luc. Muell. p. 255. Sed „pensum" nec h. l. verum esse potest nec 410, quoniam semper de lanificio dicitur, i. e. de opera vel nobilissimis feminis apta nec ab hac muliere aliena, v. 512, hic autem opus requiritur alius generis, laboriosum et prope sordidum. Immo ut ibi recte Scutarius „pinsetur" emendavit pro „pensetur", ita hic quoque recte Vissering. Quæst. Plaut. p. 105 *pinsum* coniecit, quamvis hæc forma apud alios scriptores non appareat, nam apud Vitruv. VII, 1. 3 iam „pistum" editur. Cum molendi opere pinsendi opus apte componitur, v. Pompon. v. 188: „Quom interim neque malis molui neque palatis pinsui". — 393. *Quae habeat*. Pyl.: „Quaeque", R.: „Praehibeat", neutro opus. — 394. *nihilum quidquam*, v. ad Asin. 145. — *admodum*, prorsus, v. ad Bacch. 833. Cic. Orat. II, 2, 8. Brut. 9, 35. 58, 210. — 395. *Ea causa ... quam*, cf. Madvig ad Cic. Fin. III, 16, 53. Non quæ familiæ opus faceret, sed quæ matri soli serviret, se emisse dicit. Hæc pater ita accipit, quasi concedere incipiat, se servam parum aptam advexisse, itaque postquam vetando orationi antecedenti finem fecit, secum lætatur sperans filium iam cessurum esse. Verba *Di me adiuuant*; *Labefacto paulatim* senis esse intellexit Spengel. Plaut. p. 26; codd. inter filium et patrem dividunt. Ex evanidis scripturæ A vestigiis Loew. Goetz. putarunt ibi versuum 395 et 396 ordinem inversum esse. — 396. *duas*, v. ad Aul. 231; vulgo „duis". — *neu*

Cam. — 398. *comes*, pedisequa, cf. 400. — 399. *illa forma*, cf. 302. — 400. *sit* et A et B. Ante *Quando* interpunxi; vulgo in exitu versus interpungunt. — 401. *nictent* olim emendatum, v. ad Asin. 777. — *sibilent*, cf. Colum. II, 3: „(boves oportet) sibilo allectari, quo libentius bibant". — 402. *occentent*, v. ad Curc. 145. — 403. *elogiorum* Turneb. em.; verborum ordinem restituit Both. *carbonibus* ablativus instrumenti est; addi potuit „scriptorum". Mos non raro apud antiquos commemoratus, v. Schol. Ar. Vesp. 99: ἔθος ἦν τοῖς ἐρασταῖς ἐπιγράφειν πανταχοῦ τὸ τῶν παιδικῶν ὄνομα. ib. 98: ὁ δεῖνα καλός. Lucian. dial. mer. 4, 3. 10, 4: ἐγὼ δὲ καὶ ἐπιγράψειν μοι δοκῶ ἐπὶ τοῦ τοίχου cett. — Πῶς δ' ἂν λάθοις ἐπιγράψασα; — Τῆς νυκτὸς ἄνθρακά ποθεν λαβοῦσα. Cic. Verr. III, 33, 77. Martial. XII, 61. al., v. Zangemeister C. I. L. IV præf., ibique n. 1808. 1812. al. — 405. *Nam quid*, v. ad Amph. 548. — 406. *Hercle qui*, v. ad Amph. 769. — *equidem* add. R. versus causa. — 407. *Recte* eius est qui responsum declinat, v. 362. Loquitur quasi nihil incommodi restet, modo matronæ alia ancilla ematur. — 408. *uiraginem*, viro parem, fortem. — 410. *pinsum*, *pinsetur*, v. ad 392. — 411. *foribus flagiti*, cf. 403. Exitus proximi versus in B errore huic quoque additus postea erasus est. In A, ubi versus omnino legi non potest, fortasse similis error fuit. — 412. *Minume gentium*, cf. Poen. 689. Ter. Eun. 625. Phorm. 1033. Ad. 342. — 413. *redhibere*, v. ad Most. 785. — 414. *neque* coni. Mueller. Pros. p. 32. „usquam" Buecheler. Mus. Rhen. XV p. 431. Vulgo cum D et ed. pr. „Litigare" scribunt et alia mutant. — 416. *opprobramentum* hoc uno loco exstat. *flagitium muliebre*, cf. 400 et 411. Hoc autem non effertur domo, sed infertur. Abraham. Ann. phil. suppl. XIV p. 198 „exfieri" coniecit, ego: *huic fieri domo*. — 417. *luculente*, præclare, i. e. cum lucro. — 419. *olim* Acidal.; Boxhorn. „ancillam", quod audiri posse videtur. R. proximo versu: „Ut emerem ad istanc faciem ancillam"; nam ibi excidisse vox aliqua videtur; Mueller. „At etiam mihi" proposuit. — *ad*, cf. Trin. 874: „alterum ad istanc capitis albitudinem". Cist. 69. ann. ad Mil. 12. — 421. *ut* addidi; post *faciem*

hiatur in diæresi. R.: „Mandauit, aliquam itidem ancillam, ita". — 423. *dentur* susp. R. Si indicativus scribitur, futurum postulatur. — 424. *dicturus sum;* coniunctivum postulant et Fuhrmann. et Becker., v. ad Amph. 17. — 425. Hunc versum Spengelius Plaut. p. 23 sq. Charino tribuit et in proximis personarum nomina permutavit, filium, non patrem esse censens, qui emptorem sibi haud procul absentem nutare et imperare fingat; sed eiusmodi nugæ patri potius quam filio conveniunt; R. ante 426 versum excidisse censuit. — 426. *Quo uortis te?* scripsi, nam obiecto ægre careo. Pater tribus minis additis suam iam sperat victoriam esse, ac ne filius vultum irridentis conspiciat, se avertit. Filio causam quærenti respondet, quod tum demum ei in mentem venit, de amico non multum remoto. — 427. *Iubet* pro duabus brevibus pronuntiandum. — 428. *di* cum hiatu legendum, v. Proleg. p. 220. *infelicent*, v. ad Epid. 14. — 429. „Etiam meus adnutat" R. cum Acid. — „mihi" dativus ethicus parum aptus est; aliud fuisse videtur, nisi fallor, *minis*. Post parenthesin, de qua v. ad Asin. 781 et ad Pers. 491. Trin. 125, *commodis* addit augendi causa, v. ad Asin. 718. — 430. *poscit* cum ablativo pretii, cf. 482. Stich. 226 et paulo aliter Cic. Verr. I, 26, 66. Hor. Od. I, 4, 12. — 431. *pol licitust* Forchh. Vulgo „pollicitust", quod vix sic dicitur. — 433. *Potin ut ne*, v. ad Epid. 66. *licitere* Cam. *mei* add. Scaliger. — 434. *Ita* sequentia spectat, v. ad Mil. 207. — 436. *Certe*, v. ad Men. 280. — *efflictim*, v. ad Amph. 513. — 538. *si tu scias*, v. ad 295. — 440. *Quiesce*, v. Fleckeis. Ann. phil. CI p. 75. — *istanc rem*, ut cum lucro quam maximo veneat, quo non intellecto Muell. Nachtr. p. 30 versum pro spurio habuit. — *Quid ais?* Dousa, v. ad. Men. 315. Nova impedimenta invenit filius, ne ancilla veneat. — 441 em. Acidalius. Filio se illam non mancipio accepisse dicenti pater nugatorie respondet, hoc nihil esse, emptorem nihilo minus mancipio accepturum. *Sine*, v. ad Bacch. 97. — 446. *in manu*, v. ad Amph. 560. — 447. Id quod Demipho interrogaturus est, sequitur v. 450. Filius enim, quasi pater non novam rem allaturus sit, sed dicta accuratius explicari velit, sua repetit. *cum alio* Camerarius; R.: „Qui-

cum mihi communist illa, is hic nunc non adest". — 450 sq. ex A restituti, nisi quod in principio *Quid* ceterornm codd. aptius Ritschelio visum est; in Palatinis codd. omissis mediis uterque versus in unum conflatus est. — *illi quoidam*, cf. Amph. 615. Trin. 343. Cist. 569. Cic. Verr. II, 14, 36. Senec. Ben. IV, 37, 2. Ter. Andr. 314: „id aliquid". — 453. *Certumnest* A. — *Censen*, i. e. non censes? v. ad Aul. 301. — 454. *Non places* et A et C. — 455. *praeuortier*, ut dixerat 369. — 456. *Tu prohibes*, non tam iis, quæ 370 dixerat, quam omnino moram obiiciendo. — *me incusato* A; *te fecisse*, sc. dicito. — 457. *bitas* A, v. ad Curc. 141. — 458. „et" om. A. — 460. *dudum*, v. 322. — *Me moror*, v. ad Most. 1043.

461. *C*, i. e. canticum hi septenarii appellantur in cod. C. v. Proleg. p. 172. Adulescens, postquam pater abiit, vehementer lamentatur; lacerari et distrahi animum suum magis quam Pentheum a bacchis laceratum fabulæ ferant; unum sibi relictum esse, ut sibi mortem consciscat. Opportune, qui eum consoletur, advenit amicus et sodalis Eutychus. — 462. *praeut quo*, v. ad Amph. 370. — 465. *id. qua causa*, cf. 333. — 466. *Quis* A. „Qui" ferri potuit, v. infra 691. 855. ad Amph. 127 et Curc. 274. Neue, Formenl. II p. 219. — 467. *sodalis et uicinus* A. — 470 sq. Oratio Eutychi quamvis interpellante Charino continuatur, v. ad Amph. 1136. — 471. Post *tuam* hiatur, v. ad 180. — *tuis ingratiis*, te invito, cf. Cas. 294: „amborum ingratiis", et sine genetivo Cas. 181. Cist. 460. Men. 1034. Rud. 762. al. — 473. *Satin ut*, v. ad Bacch. 488. — 475. *censes me ut*, anticipatio, v. ad Aul. 662. — 478. *Qui potius*, i. e. quomodo fieri possit, ut hoc malim. — 479. *Unde erit?* A. — 480. *Achillem* media correpta, cf. ad Mil. 1050. *orabo ut* A. *mihi* alteram producit. — 482. *poscet*, ut proximo v. Bugg. Opusc. ad Madv. p. 156. Ante *Auctarium* hiatur in mutata persona; Buggius „auctuarium" voluit, R. cum Pareo: „Immo auctarium". Fest. Epit. p. 14: „Auctarium dicebant antiqui, quod super mensuram vel pondus iustum adiiciebatur, ut cumulus vocatur in modio", cf. Truc. 33. — 485. *aliquid fiet*, cf. Trucul. 363.

Ter. Andr. 314. — 489. R. quasi ex A: „Meliust, sanus si sis; sed debebat „Melius sit" scribi. *Uale* ultima longa; Cam. „et" add. — 490. *recipias*, sc. te, v. ad Bacch. 291. cf. „unde agis?" ad Bacch. 1103.

---

491. Lysimachus senex ingreditur cum muliere, quam mandatu vicini emerat. Septenariis iambicis scena scripta est. — 492. *sane*, v. ad Asin. 461. — 493. *talis*, tam pulchros. — 494. *Quin* A. — 496. *Qur emeris* A; coniunctivus pendet ab *eloquere*. — 497. *Item atque* R., cf. Mil. 403. al. — 499. *Laboriosi* Pius. — 500. *Namque*, cf. ad Capt. 599. — — *baiolare*, onera ferre, cf. Asin. 653. Poen. 1299. — 501. *pecua* A et Priscian. VI p. 719 h. v. afferens. — 503. *illim* per attractionem ad *unde* accommodatur, v. ad Amph. 1002; Cam.: „illic", Both. et R.: „illi". — 504—6 versuum ordo ex A restitutus est. — 506. *haec;* R. „ea" postulabat, sed v. ad Capt. 588. Rud. 1375: „Id ego continuo huic dabo adeo, me ut hic emittat manu". — — 508. *quid nomen* A et B, v. ad Amph. 360. — 510. *subtemen*, cf. Ter. Heaut. 293: „subtemen nebat". Catull. 64, 327 sqq.: „ducentes subtemina fusi." — 512. *una*, eadem, v. ad Capt. 487. — 513. *Bonae hercle te frugi* A. — *arbitro, a* R.; „arbitror, iam inde a matura aetate" Luchs. Herm. VIII p. 110. — 514. *Quom scis*, v. ad Amph. 746. — *docta* codd., Bugg. Opusc. ad Madv. p. 156. R.: „docte". — 516. *Ouem* Pius ut A. Quod vulgo editur „eccillam", pravum est, nam nulla hic demonstratio est. Buecheler: „aniculam", Bugg. Tidskr. f. Philol. VI p. 7: „millam", i. e. minam; minas autem oves ex Varr. R. R. II, 2, 6 glabras esse novimus, quales hoc loco commemorari minime conveniret. Warren, Journal of Philology IV: „Appulam". Ego in priore ed.: „ad rem illam; iam veri similius mihi videtur, quod proposuit Gertz., *bellam*. — 517. Edd. „Graii" aut „Graeci" scripserunt, sed quis umquam audivit, Græcas oves sexaginta annos implere? Immo *Graei* scribendum; Græum genus, τὸ γραῖον, est grandævum, cum Græis, canis illis Gorgonum sororibus, edentulis et uno oculo

contentis cognatum. — 519. *gratum*, cf. ad Amph. 48. — 521. *tuo ero*, nam quæ paraverat filius, proprie patris erant; Charinum autem in patris potestate fuisse, vel ex voce „peculium“ v. 95 apparet. Quod igitur Ritschelio (v. præf.) hic nodus inexplicabilis visus est, hæc non magis nugatoria sunt quam tota fabula. — 522. Post *redemi* hiatus, v. Proleg. p. 220. — *mecum* A, v. ad Capt. 925, cf. Pseud. 377. — 524. „Te illic homo“ Luchs. Herm. VI p. 280; vix opus. — *ita* et A et B. — *te* add. Cam. — 525. „mecum rem coepit“ Latine dici vix potest, quare in priore ed. „biennio mecum rem habere coepit“ edidi. Sed multo facilius Goetz. *med amare*. — 526 Acid. et R. proximo versui postposuerunt, temere. — 528 in A unus versus est, in ceteris duo; illud recte secutus est R. deletis manifestis glossematis, nisi quod ex altero versu *nisi* pro ego adscivit. Ceterorum codicum scripturam male tueri conantur Spengel. Philol. XXIII p. 674 et Langen Beitr. p. 195. — 529. *caput limaret*, cf. Bacch. 31. Poen. 289. Non. p. 334. De coniunctivo v. ad Mil. 1411. — 530. *an maritust?* A ut ed. pr., prob. Below de hiatu p. 39. R.: „amabo te, an maritust?“ Goetz. cum Muell.: „an iam m.“. — 531. *Homo hercle periurauit*; hæc Lysimachi verba esse, vidit Acidal. et confirmat A. — 532. Lysimachus ridens quod Demipho adulescens appelletur, „Immo“ inquit „puer est“, cf. 289. Addit, ut pueri septem annorum dentes mutent, ita huic nuper excidisse dentes. — 533. *diust quom* A; cf. Amph. 298: „iam diust, quod uentri uictum non datis“. Pers. 138: „non sex mensis Megaribus huc est quom commigrauit“. — 534. *Hunc* A. — 535. *uxor*, mea.

---

536. Postquam intro abierunt Lysimachus et muliercula, Demipho advenit lætus victoria et spe voluptatum. — 537. *clam filium* A. — 538. *antiqua*, antiquum vivendi morem, cf. ad Most. 774. — 539. Veriorem scripturam servavit A: *Breue iam reliquom uitae spatiumst quin ego*. De quadrisyllaba forma *relicuum* v. ad Asin. 231. *quin*, v. supra ad 187. — 540.

Desideratur obiectum ut post „beat“ Mil. 470. Capt. 137; hic reflexiva ratio oritur ut in agendi et recipiendi verbis, v. supra ad 490. Goetz.: „id delectavero“. — 540. *et*, v. ad Asin. 564. — 541. *se bene habere*, v. ad Aul. 364. — 543. „tuae“ etiam A, *te* em. Both. — 544. *Demum igitur*, plerumque inverso ordine, v. ad Amph. 207. — 545. *Te conloces*, cf. Vidul. fr. 2, 20: „In opus ut sese conlocauit quam cito“. — *potes*, *ames* A. — *lucrumst* A. Horat. Od. I, 9, 14: „lucro adpone“. — 546. *uiuis* A. — 547. Hiatur in cæsura, nisi cum Goetzio „med“ scribere malis.

554. Novæ scenæ DU, i. e. diverbium, ut v. 269, in C superscribitur. Senariis scripta est. Lysimachus exiens domo Pasicompsam adloquitur. — 555. *Quid ais?* et mox *Quid censes?*, sc. faciundum, rogationis initium faciunt, quam Demipho aliquamdiu non intelligit, scilicet ut cenam lautam paret. — *Est mulier domi?* v. ad Mil. 972. — 556. *mane* add. Pyl. — 557. *Quod opust facto*, v. ad Amph. 501. add. Stich. 60. Trin. 586. Cat. R. R. 2, 6: „quae opus sient locato, locentur“. Ter. Andr. 490. 523. Ad. 429. 996. Cæs. B. G. I, 42. Corn. Eum. 9. Sall. Cat. 46. Liv. III, 38, 4; IV, 27, 8. Gell. XIV, 2, 16: „quæ dicto quæsitoque opus est“. — 559. *illo* R. — *ueruex*, cf. Cas. 514. — 560. *ades*, sc. animo, v. ad Men. 631. R. omisso „hoc“ ante „ausculta“ ed. „huc ades“. — 561. *quod* edd. — 563. *auscular i* i. e. osculari, v. ad Bacch. 892. — 564. *siem* Pyl. — 565. *amem* Scaliger. — *Tanto minus*, sc. ita agere oportet. Eum amare negat, qui ieiunus mulierem osculari conetur. — 566. *Ieiunitatis* Nonius p. 233. — 569. *Scio* ironice ut Ter. Andr. 653. 669. „Profecto“ inquit „amare te scio, qui ista te facturum ostendas“. R. cum ed. pr. aliisque hunc versum Demiphoni dant, credo quia præmonstrare monendi significationem habet Trin. 343. Pers. 149. Sed quoniam de Demiphonis, non de Lysimachi amore agitur, si Demiphonis verba essent, legeremus: „Te quoque amare uideo cet.“ Etiam *Quid* v. 570 principium indicat orationis. — *cenam faciam* Pius. — 573. *amatoris modo*; sic versum mutilum supplevi; vulgo cum Guieto: „loqueris et amatorie“. Goetz. cum Brixio: „neque amatorie“.

— 574. *ergo* accuratius priori sententiæ additum esset. „Cur igitur stamus“ inquit, „si inter nos convenit ad macellum eundem esse?“ — 575. *Curamus* Cam. — *pulcre ut simus*, v. ad Capt. 844. — 578 incipit a tribrachy, cuius „accentum“ aspernatus R. „iam“ addidit post “ego“, parum apte.

---

580. Dum senes opsonandi et coqui conducendi causa forum petunt, Charinus omnium, quæ acta sunt, ignarus, sed etiam nunc sperans fore ut amici opera mulier sibi servetur, inter spem et metum suspensus, eum anxie exspectat. Trochaicis septenariis scena scripta est. — 584. *salutem* se amisisse dicit, sed non omnem spem abiecisse, ac nescire, utrum redeat salus an non. — 585. *opprimit*, pervincit, v. ad Mil. 1203. — 586. *non abiit salus*; hæc Ritschelio suspecta sine causa. — 587. *tamen. etiamsi* scripsi, i. e. tamen etsi, de quo v. ad Most. 1147. R. „tandem tametsi“. — 588. *illi.* R. „ei“ errore typographico, ut videtur. — 590. *isne* ed. pr. Hiatur in diæresi. Mox versus ex inferiore loco male præreptos delevit Acidalius. — 591. *Num quid* ed. pr.; *spei* ego, nec enim facile hæc vox auditur et eo ducit codicum scriptura „et ei“, pro quibus Cam. „eheu“, R. simpliciter „ei“. — *neutiquam*. v. ad Capt. 581. — 592. *cedit* Both., v. ad Mil. 895. — *haereo*, quid faciam, nescio, cf. 715. 729. ad Amph. 807. R. temere: „haeret pes“. — *quassat caput* Eutychus, cf. Trin. 1169: „Quid quassas caput? CH. Cruciatur cor mihi et metuo“.

593. Non „eu“, quæ exclamatio admirantis est, v. ad Most. 331, requiritur, sed *heu*, eoque signum in C præpositum ducit. — 594. Hiatus legitimus in diæresi; nihil mutandum. — 595. *Neque apud mortuos neque hic*, i. e. nusquam omnino, v. 598, sed Charinus aliter accipit. — *Inmortalitas*, cf. Ter. Andr. 960. — 597. *Inpetrabilior*, qui magis efficiat quod velit, felicior, v. ad Most. 1142. *uiuat*, v. ad Mil. 1314. *nullus*, v. ad 168. — *Dic* Cam. — 598. *Acherunti*, v. ad Amph. 1022. — 599. Vitium indicat hiatus post *modo*, præsertim producta

vocali. Cam. „hic“ addidit. R. „huius“, Goetz. cum Schoell. „odio“; mihi aut „modo“ corruptum videtur aut *una* addendum. — 600. Post. Cam. editur: „Odiosast oratio, quom rem agas, longinquum loqui“, quæ vera esse nemo facile credet. Ego aliud tentavi, *longinquam* ex B retinens; cf. ad Mil. 731. Oratio dicitur re longior esse non debere. Nec cum Both. et R. hunc versum post 602 ponendum censeo. — 602. *Periimus* Pyl. — 603. *capital*, capitale facinus, „hec“ codicis B mera dittographia est, ne cum R. „hoc“ scribas. — 605. *di sirint* et *in iugulum* Cam. confirmante A. — 607. „aliam malam rem“ pravum est, nec enim aliam rem, sed eandem accuratius et plenius audire vult; pro „aliam“ scripsi *aut i in.* — „quoi sit empta“ Buechel — 608. *quom uenio*, v. ad Amph. 661. Lübbert. Gram. Studien II p. 64. — 611. *Non* Varro L. L. VII, 60 h. v. afferens recte, nisi quod „diuidia“ scribitur. *diuidiae*, v. ad Bacch. 766. Post h. v. hiatus in diæresi, cf. Proleg. p. 220. Muell. Pros. p. 582 „diuidiae est umquam“ susp.; Goetz.: „quam mihi diuidiae fuit“. R. et Goetz. hunc versum post 606 posuerunt. Iidem vv. 612—16 spurios habent, cui sententiæ et ipse in priore ed. accessi, quia ea quæ 625 leguntur, mihi parum apte hic præripi videbantur. Iam non audeo veritus ne 625 subobscurus videatur. — 614. *facies* ed. pr. — 816. *Flere* Cam. — *istuc quod*, v. Gertz. ad Sen. de Ben. IV, 39, 2. — 617. *mecum*, erga me; cf. 523: „Si mecum seruatur fides“. — 618. *istanc*, in ista re. — „Eugepae“ Guietus ut Amph. 1011. — 619. Crederem, inquit, si præsentes afferres testes; diis, qui absentes sunt, non credo. — 620. In tua, inquit, potestate est, quid credas, ut in mea, quid dicam; i. e. credes, si vis. *Quia*, v. ad Mil. 474; edd. Pistori auctore „Quin“ substituerunt. — Pro *quod* „quid“ exspectabatur; sed apud Plautum nondum accurate distinguuntur sententiæ relativæ et interrogationes obliquæ. *in mänu*, cf. 446. — 621. *De istac re*, i. e. in ista re, quod attinet ad eam, cf. Cist. 82: „de ea re gessit morem mihi“. Poen. 314. Pers. 793. Ter. Hec. 625. — *tu* add. R. — 623. *ego me* R. — 624. *mandare* Cam., sed quod addit: „is“ tum demum ferri posset, si antecederet: „qui credidi“. — *lapidi*

maxumo, quo nemo magis lapis, i. e. stolidus est, nam lapidem stolidum hominem appellabant, cf. Ter. Heaut. 831. 917. Hec. 214. Mil. 1020: „saxum“. — 627. *aibant* Guiet. — 628. *nequis* verum esse non potest, sed quid fuerit, ignoro. — 630. Deest aliquid. R. „aiebant igitur?“ Fleckeis. „Qua tandem hominem forma?“ — 632. *pansam* enarrant: qui πλατύπους et latipes est, quoniam Plinius H. N. XI, 254 a defectu volæ derivare videatur. — 634. *Tantum quod sciam*, cf. ad Men. 294. supra 280. — 635. *oblongis magis*, v. 632. — 636. *durare*, cf. Mil. 1243. — 638. *Megares*, i. e. Μεγαρεῖς, R.; edebatur „Megara“. *Chalcidem* ed. pr. — 639. *Zacynthum* Pius. *Lesbumne an* R. — 640. *coeptas*. Guietus et R.: „captas“. — *adflictat* ultima producta, v. Proleg. p. 196. — 641. *paritas*, paras, cf. Pseud. 486. Poen. 883. — 642. *eius*, sc. quod amaveris; non opus est cum. R. scribere: „Si ibi quam amare“. *inopia*, cf. Mil. 1223 „copia“. — 643. „si idem euenerit“ R. — 644. *Quis* pro „qui“ hoc uno loco apud Plautum; sæpius apud posteriores, v. Neue, Formenl. II p. 220. — „tandem exsilio“ transp. Both. — 647. *sat acceptum*, v. ad Most. 219. — *incertum pro certo habes* scripsi; R. Bothium secutus: „pro certum incertum si habes“. — 653. *heu* apud Plautum etiam cum dativo iungitur, v. 693 et 759. R. „hei“. — 655. *quantumst*. v. ad Aul. 778. Rud. 696. Præcones omnes conducere vult, ut per totam urbem clament hominem amissum esse et reduci debere. cf. Petron. 97. — 657. *conquistores*, v. ad Amph. 65. Ad legem Fabiam de plagiariis refert M. Voigt. Bericht. d. Sachs. Ges. 1885 p. 320. — 658. *relicti* codd.; Both. „relicui“, Saracen. „relictum“. Illud saltem posteriores dicere potuerunt, ut Cic. ad Att. VIII. 3, 4: „quid ad eam spem est parati?“ Senec. Vit. beat. 17, 4: „pro illo, cui aliquid acti est“. Liv. XXXVII, 23, 11: „loci nihil relicti erat“

---

659. Uxor Lysimachi rure in urbem venit cum ancilla anu sarcinam (667) portante. — 660. *flexi* scripsi, cf. Ter. Hec. 608: „Istuc est sapere, qui ubicumque opus sit animum possit flectere“. Nihil est „feci ingenium meum“; saltem „ad inge-

nium" dicendum erat. — 663. *eccam incedit* Cam. — 665. *oneris*, cf. Men. 745. — 666. *eodem;* Bugg. Opusc. ad Madv. p. 156 confert Ter. Hec. Prol. alt. 26: „Funambuli eodem accessit exspectatio". Forsitan hic versus non minus quam ille spurius sit. — 668. *rite* addidi; nam versus mancus est; Cam. „Syra" in extremo versu; R.: „Qui uicini hanc nostram augeam aram Apollinis"; Goetz.: „Qui aram hanc vicini nostrarum aedium augeam". *uicinus* Apollo est, v. 670, cuius ara in proscenio stat, v. ad Bacch. 170: „Saluto te, uicine Apollo". — *augeam* ed. pr. — 669. *Da* cett. Dorippæ continuanda esse vidit Acidal. — *sane*, cf. 492. — Ante *Abi* hiatus. Pylad. „abi iam"; Bugg. Opusc. ad. Madv. p. 157: „SY. Do. DO. Abi". Goetz.: „SY. Em. DO. Intro abite". — 672. „Extrema" inquit R. „apertum est ex v. 670 iterata esse, pepulisse autem aliquid huiusmodi: „Meoque ut parcas gnato, ut mihi sospes fuat". Ceterum huc respexit Porphyrio in Hor. carm. sæcul. 33: „Plautus in Mercatore fabula idem sensit, cum inducit matremfamilias precari Apollinem nato suo ut parcat."

673. Syra ancilla, quæ domum intravit, postquam ibi meretriculam vidit, eiulans se extra ædes proripit. — *Disperii* ed. pr. — 675. Extrema corrupta; R. „Quid uis, obsecro"; Bugg. Opusc. ad Madv. p. 157: *Quid clamas, Syra?* Goetz.: „cedo". — 677. *Ueron serio?* cf. Pseud. 1193. Poen. 160. 433 et 436, quibus locis in ed. mea male distinctum est. Rud. 457. Trucul. 299. 911. Amph. 957. Cas. 742. — Inter 679 et 680 A versum habuit, cuius nihil legi potuit. Errore scriptus videtur, nam nihil desideratur. 682. *Iunonem* dominam suam appellat, ut Iuppiter dominus dicitur Cas. 310 sqq. infra 944 al. Inde pellicem *Alcmenam.* De ordine verborum v. ad Amph. 1093.

---

684. Dum ædes intrat Dorippa, Lysimachus a foro redit. *hoc* versus causa addiderunt edd., sed solet abesse, cf. Ter. Phorm. 546: „Sed parumne est, quod omnibus nunc nobis suscenset senex, Ni instigemus etiam". Cic. p. Sest. 14, 32. Forsitan fuerit: „quod senex amat Demipho". Mueller: „Pa-

rumst .... amat noster Demipho". Spengel. et Luchs.: „Parumne sit". — 686. *uocitasset* R., sed post „summos" positum. „Decem si ad se uocasset summates uiros" Spengel. Philol. XXIII p. 675. — 687. *quasi*, v. ad Mil. 392. — 688. *Solet* ultima producta, v. Proleg. p. 196. — 690. „Sed" delevi ex sequentis versus initio repetitum arbitratus. — 691. „hinc" Cam. transposuit („qui hinc nam"), R. delevit. Is autem quod „quis nam" scribit, *qui* ferri posse videtur, v. ad 466.

693. *heu*, v. 653. — 694. *tu* del. ed. pr. — 695. *quoi* Pius. — *dotis* genetivus generis est, v. Madv. Gr. Lat. 285 not., cf. Pers. 393: „Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi". Trin. 1158: „mille auri Philippum dotis". Cist. 397: „unde tibi talenta magna uiginti pater det dotis". Trucul. 835. Ter. Heaut. 838: „hæc talenta dotis adposcunt duo". Phorm. 410. Martial. II, 65, 5. Apud Cæs. B. G. VI, 19 est „dotis nomine". Cf. Cas. 238: „peculi nummus non est plumbeus". Lex Spoletana. Bruns Font. i. R.[4] p. 89: „a. CCC moltai suntod". — 697. *rediit* ultima longa ut *uidit* 702, v. Proleg. p. 196. Muell. Pros. p. 74: „rure rediit uxor iam mea". — 698. *illi* addidi; Kampm. „hic", R. „illam". — 699. *queo* Pyl. — 701. *Equidem* codd.; Pyl.: „Ego equidem". Goetz: „Immo equidem". — 702. *Ut*, i. e. utinam, cf. Cas. 220: „Ut te bonus Mercurius perdat!" Aul. 778. Pers. 297. Ter. Eun. 302. Heaut. 810. Phorm. 687. 711. Catul. 66, 48. Hor. Sat. II, 1, 43. — 704. *eam* Guietus add., nec obiectum abesse posse puto; Mueller.: „nisi ad eam adeam"; item retento „ut" Langen. Beitr. p. 103. — 706. Num in urbem habitatum veniunt qui ruri degere solent? — *Pudicius*, minus impudenter, v. ad Amph. 920. — 707. Post *quam* hiatur. Goetz.: „Faciunt quam urbani". — *qui non fiunt r.*, qui, quum rus ire debeant, non eunt. — 708. *Num quid* cet. Quærit, num propter delictum aliquod a servis ruri commissum in urbem venerit. — 709. Urbanos — virum dicit — malum ait sibi quærere, cf. Mil. 276. — 711. *Quoia* Gulielmus. — 712. *Resciscam tamen*, quamvis dicere nolis, nam tergiversari eum apparet, cf. 719. Sed cum tam superba et probe minaci oratione parum

congruunt quæ sequuntur: *Cupio hercle scire*, cetera autem, *sed tu me temptas sciens*, prorsus inepta sunt. Itaque versum seclusi. Both. et R. post v. 710 ponunt, et priora quidem Lysimacho dant, non iniuria, quoniam mulieres per Herculem iurare non solent, vid. ad Cist. 50; tum: „DO. Sic tu me temptas sciens?" — 715. *Haeres*, cf. 592. — *Haud uidi magis*, sc. hærentem, ironice, quasi nihil minus, v. ad Amph. 672. R. male hæc Dorippæ tribuit. — 716. *Quin, si liceat*, i. e. Immo dicam, si liceat. — 718. *Scio* dicitur cum irrisione ut Gallorum „Je connais ça". Both. et Both.: „Si"; non opus. cf. 725. 727. — *Audacter quamuis dicito*, cf. Epid. 17. — 719. *Dicam*, sc. si liceat, aut quam aliam sibi causam fingit. Post h. v. cæsura; hiatus igitur causa nihil mutandum. — 720. *Illast* Both. Senex moram quærens sententiam abrumpit. — 721 em. Dousa, coll. Cas. 486: „Manufesto teneo in noxia inimicos meos". *Manufesto*, v. ad Amph. 1045. — *Qua*, sine præpositione, cf. ad Asin. 427. — 722. *Istaec* Both. — *illa*, quam probe novimus. Quod quum repetat nec quidquam dicat quod intelligi possit, uxor, ut eum nugas agere indicet, id respondet, quod nihil est, *Iohiä*, ut nos dicimus „Wischiwaschi". Sed hoc nusquam alibi invenitur; itaque R.: „Ohe, iam satist". — 723. „Iam" in principio versus sine dubio corruptum est; Both. „Tam" i. e. tamen; eumque sequuntur R. et Goetz., qui cum Acidalio sequentem versum huic anteponit, quum Ritschelius plura transposuisset (724. 722. 721, tum post duos versus, quos excidisse censet, 723). Ego: *Nam*. Concedit se tergiversatum esse et ægerrime perduci posse, ut dicat quæ sit mulier, sed uxore flagitante cessurum esse. Coniunctio ad sententiam non expressam refertur, cf. ad Asin. 122. — 724. *iam scio*. Si minus turbatus esset, diceret: „iam dicturus sum". Eadem verba mox Dorippa cum irrisione repetit. — 727. *sic*, quod etiam apud Festum p. 339 exstat, minime tentandum est. Versus causa Camer. delevit, R. „haec" substituit; Mueller. Pros. p. 257 aut verba transponenda censet aut *sequestro* media correpta pronuntiandum esse, cf. Proleg. p. 201. Sequester est μεσέγγυος, cf. Vidular. fr. 4: „uidulum hic adponite; Ego seruabo, quasi sequestro detis; neutri reddibo, Donicum haec

diiudicata res sit". sqq. Rud. 991. — 728. *Nihil quidquam*, cf. 394. *istius*, quod suspicaris; nam quod „Intellego" dixit, cum ironia id dici apparebat. — *Numero*, ante tempus, v. ad Amph. 177; nondum te accusavi, ego non dixi amicam tuam esse. — *purigas* R. Opusc. II p. 432; Pylades: „purgitas".

730. Advenit coquus a sene conductus cum servis adiutoribus, quos alloquitur. R. quod ante hanc scenam versum excidisse putavit eiusmodi: „Quos esse hos dicam, qui huc recta adveniunt via", probari non potest. — 731. Hiatus in cæsura. *Atque*, v. ad Capt. 354. — *quom recogito*, cf. ad Mil. 1367. — 732. *non quoi conducti*; media supplevit Cam. — 734. Hiatur et in cæsura et ante extremum creticum (cf. Prol. p. 183). R. versum damnavit. — 735. *onustos*, cibo spoliisque cenæ, si non aliis etiam, quæ furto abstulerint. — 736. *senex*, v. ad 227. — 737. *Aduenimus*, adsumus. — 738. *Abeamne* Cam. versus causa; R. maluit extremo loco: „Abi modo". — 740. „Sed" del. Pareus. — 742. *Haecine*, Dorippam significat. — 743. *dixti* Cam. — 744. *filum* Pius, i. e. genus, χαρακτήρ, cf. Lucret. II, 331: „Debent nimirum non omnibus omnia prorsum Esse pari filo similique adfecta figura". IV, 86: „(Vestigia formarum) subtili praedita filo". Gell. I, 9, 2: „mores naturasque hominum de oris et vultus ingenio deque totius corporis filo atque habitu sciscitari. XIV, 4, 2: „forma atque filo virginali". Apul. Met. IV, 23: „virginem filo liberalem ac summatem eius regionis". *scitum*, cf. 746. Quod R. substituit „spissum", parum placet. — *anet* A et C; R. conf. Philoxeni gloss.: „Anet, γηρᾷ". Flav. Caper Orthogr. init. — 745. *dierectus*, cf. 182. — 746 totidem litteris A. — 747. *conduxi*. Acidal. „conduxit"; illud probum est, cf. Rud. 1042. Trin. 970. Cic. Verr. III, 30, 71: „tu es, qui pretia diligentissime exquisisti, qui magno vendidisti". — *Quid est?* v. ad Amph. 552. — 748. *istic* Pylades, v. ad Amph. 352. — 749 recte A. — 750. *anguem* Hermannus em. R. del. „dixi". Seyffert. Philol. XXVII p. 455 del. „aeque" coll. Bacch. 547, sed ibi „aeque" casu excidisse videtur („quem *aeque* esse amicum ratus sum atque ipsus sum mihi"). — 751. „Mihi tu quidem" R. — 753. *Non, non* et A et B, quare versum sic edidi ut in A est, quamvis magis

placeat Bothiana scriptura: „Non ted odisse aibat, uerum uxorem suam“. *Non* omisso verbo etiam alibi invenitur, v. ad Stich. 394; tamen nescio an recte pro duplici „non“ R. „Noenum“ proposuerit. — 754 R. antecedenti anteposuit. Pro plurali *istaec* exspectabatur singularis, sed cf. 786. 910. — 755. „Et suam autem uxorem“ R. — *aibat* idem. — 757. *Nisi* A, i. e. nisi forte, sed fortasse. Goetz. sententiam interruptam putabat. Camer. „Num“ ediderat. — 758. *Uin me experiri?* sc. iure aut iudicio, quod interdum additur, v. Cic. p. Quint. 11, 38. Rosc. Com. 9, 25, interdum omittitur, ut Poen. 1405. Cic. p. Quint. 16, 51. 21, 68. 23, 75 al. — *Nolo* A. — 759. *heu,* v. 653. — 762—67 et sententiis et verbis tam inepti videntur, ut a Plauto profecti esse non possint. Goetz. Act. Lips. VI p. 242 sq. post v. 755 ponendos censebat, quo facto turbæ non minuuntur. — 762 sq. Goetz. deleto „Incommodi“ edidit: „Si tibi Quid secus euenit“. — Vitiosum est *est* pro „factum est“. — 764. *eradicas* Acidal., v. ad Aulul. 292. Rud. 1333. — 765. *Abibitur,* Trin. 580. Trucul. 657: „Ibitur“. — 766. *Drachma,* solita coquorum vulgarium merces, Pseud. 812. — 767. *ponunt,* sc. opsonia, v. 768 sq. — 770. *uasa,* quibus opsonia portaverant. — *mox.* Both. „nox“, ut Asin. 590. — 771. *Sequiminin?* C, quod prætuli ut minus usitatum; in A quid fuerit, non constat; Studem: „sequiminei?“ — *Fortasse* apud Plautum cum accus. c. inf. iungitur, v. ad Amph. 615. Versus causa „te“ del. Guietus, ut illo loco et Poen. 1001. — 722. *id quid est,* i. e. quid sit, cf. supra 620. R. „quid est“ ed., Goetz. „id quod est“. — 775. *obductarier,* ob oculos adduci, ut est 912. — 777. *huc* add. Cam.

780. *cum illa,* sc. rei habuisse. Orationem abrumpit. — 781. *haec,* uxor; ea quoque abit. — 782. *perduint* Pyl. — 783. Post *tua* hiatus, v. Proleg. p. 224. — 784. „Suspicionum“ Goetz. cum Dousa. — 785. Versus corruptus. Cam.; „Conciuit hostes: domi uxor est acerruma“. R.: „Conciuit hostem domi mi uxorem acerrumam“. Mueller. eleganter: „Conciuit litis mihi cum uxore acerrumas“. Num: „Conciuit hostis domi mihi atque acerrumos“? — 786. Hiatus ante extremum creticum; R. transp. „Demiphoni haec“. — 789 sqq.

Abiens uxori, quæ domum intravit, clamat, ut opsonia ante ædes iacentia auferri iubeat, ne magno pretio empta inutiliter pereant. — 790. *hinc* add. Pyl. — 791. *Eadem*, simul, v. ad Bacch. 47. — *rectius*, melius, lautius.

---

792. Syra postquam Dorippæ patrem domi non invenit, redit, ut hoc heræ nuntiet. *ad patrem* ad *quo* accommodatur pro „pater, ad quem", cf. 503.

794—805. Hæc in codd. post 817 collocantur novamque efficiunt scenam, cui SYRA titulus inscribitur. Illic, postquam Syra Eutychum secuta abiit, ferri non posse apparet; huc transtulit Bothius. Ac sive Plautus hæc scripsit sive, quod potius credo, poeta paulo posterioris ætatis, id spectasse videtur, ut aliquanto plura dicat Syra ante quam altera persona, Eutychus, intret. Ad argumentum conferatur Cato apud Gellium X, 23. — 795. „*Miserae*" inquit R. „sic collocatum non Plautinum", quod ego non affirmaverim. Bergk. Ind. sch. Hall. 1858—59 p. VI coni. „iure". — 796 sq. De *si* bis posito v. ad Aul. 223, cf. Pseud. 266. sq. Poen. 1044 sq. 1113 sq. Amph. 934 sq. — 798. *uirum* Pareus ad constantem Plauti usum, cf. 796. 356. 537. al. — 799. *causa* querendi et puniendi. — 802. *qui minus,* v. Madv. Opusc. II. p. 265. — Post 803 quæ in codd. leguntur, ex mala repetitione versus 796 orta sunt. — 804. *illae* ed. pr.

810. *mi* add. Pyl. — 812. In tempore advenisse hera dicitur, ut flagitium familiæ prohiberet. *Cum quidem salute familiai* Both., ut Græci σύν γε τύχῃ, Latini saltem in aliis vocibus, v. Madv. ad Cic. Fin. II, 13, 43. Camer. et R.: „Sua quidem salute ac familiai", Muell.: „Et quidem salute sua ac familiae", omissa præpositione, ut Amph. 32, ubi vid.

Inter v. 817 et 794 in edd. antiquioribus inde a Pio inseruntur octoginta octo versus ab Italo quodam homine conficti, quibus Demiphonis uxor introducitur de mariti crudelitate querens, qui filium in exsilium ire cogat, et deinde cum

Dorippa colloquens. Mireris libidinem hominis, qui talia confinxerit cum argumento fabulæ minime convenientia.

---

818. Charinus, qui in exsilium ire statuerat, semel tamen domum patriam videre matremque et patrem salutare voluerat, v. 651. Iam inde exiens fores quoque et limen salutat et extremum vale iis dicit. Trochaicis septenariis scena scripta. — *superumque* R. — *uale* ed. pr. — 821. *interemptus*. Ad communem morem „ademptus“ diceretur, sed fortius vocabulum quæsitum est, nec hoc contentus poeta addidit etiam *interfectus*, propter quod Nonius p. 449 hunc locum affert: „mihi harum edium Interius interfectus est“. — 822. *familiai* Both. — 824. *persequar*, sequar, quæram, v. ad Curc. 211. — 827. *Ubi qui* Pius. *sint* Cam. — 828. *Ubique id* Gruter. — 829. *si*, i. e. etiamsi, v. ad Asin. 163. — *cupitast* Weis., R.; Mueller. Nachtr. p. 39: „non est lubita“.

830. Eutychus domo sua exit. Pasicompsa inventa gaudio exsultat non dubitans quin iam sodalem in patria retinere possit; eumque studiose quærit. Duo primi versus in codd. errore iam semel scripti erant, post v. 590. Quæ ibi aliter atque h. l. scripta sunt, in varietate scripturæ uncis inclusimus. — Fortunam alloquitur eique gratias agit. Ea iure deorum et hominum *imperatrix* dicitur; sic enim scribendum, non ut adhuc editum est „spectatrix“. — 831. *insperatam* Brix. Ann. phil. CI p. 773, cf. Men. 1061. — Pro *hanc* R. „nunc“. — 832. *fuat* Cam., i. e. sit. Quærit, num quis deus tali lætitia, qualem ipse nunc capiat, fruatur. — 833. Post *Domi* hiatus. R. „id“ addit. Muell. cum Acid.: „Domi erat, foris quod quaeritabam“. — 834. *amicitiām* et *ciuitatem* reperit amico et cive recuperato. Sed numeri scrupulum movent. Spengel. Plaut. p. 96 duas primas syllabas vocis „ciuitatem“ in unam contrahit, ego secundam et tertiam vocis „amicitiam“, v. Proleg. p. 211. — 835. *Eorum inuentu res* Cam., qui quod præterea „decem“ addidit, id versus non fert. — 836 sq. Goetz. cod. C sequitur. — 838. Precatur ut celeriter amicum conveniat.

Ante hunc versum aliqua intercidisse putat R., quibus ad Charini mentionem sermo traductus sit.

839. Charinus Eutycho nec viso nec audito suam orationem persequitur. ut Eutychus suam v. 845. *Adparatus*, ornatu ad iter faciendum apto, petaso et chlamyde, v. 900. Spectatores alloquitur. Abiecta omni superbia ait se ne servum quidem comitem habere, ipsum servilia negotia sibi administrare. — 840. Ante *armiger* hiatus; R. „sum“ addidit. — 842. *O Cupido* Cam. *quantus es*, quam potens. Nonius p. 421: „Plautus Mercatore: Cupido, quantus es!“ — 845. *Certa rest*, v. ad Mil. 269. — 846. Post *quoquo* hiatus in diæresi. — 847. Nonius p. 191 „amnem“ feminino genere animadvertit Plautum posuisse „Mercatore: Neque ulla mihi obstauit (i. e. obstabit) amnis nec mons atque adeo mare“. — 848. *Nec calor nec frigus.* Nonius p. 200: „Calor generis neutri Plautus Mercatore: neque frigus neque calorem metuo“. Philargyr. ad Verg. G. II, 344: „Plautus: neque frigus neque calor metuo“. Quibus crediderunt Buecheler. Declin. p. 9 et Goetz. Pareus et R. a voc *metuo* novum sententiam orsi sunt, ordine verborum vix ferendo; Bergk. deleto priore „neque“ coni. „Frigus neque calorem“, cf. ad Curc. 579. Madv. Adv. II p. 122 sq.; ego priore ed.: „Nec calorem ac frigus“, quod quum in similibus apud Ciceronem frequens sit, in contrariis non invenitur. — 850. Hiatur in diæresi; Goetz. cum Muell. „haud“ addidit. — *dius* D, ed. pr., ut „interdius“, v. ad Asin. 591. Bergk. Beitr. p. 79 genetivi formam putat. — 851. *inuestigauero*, invenero. — 853. *Lares uiales*, qui viæ præsunt et iter facientes iuvant, satis noti sunt. *iuuetis* Cam. Scripturam codicis C habuit etiam Nonius p. 476: „Tutant. Plautus in Mercatore: inuoco uos, Lares diales, ut me tutetis“. — 854. *Ilico* ad locum potius quam ad tempus referendum, cf. 860. 900. Ante h. v. hiatur; Muell. p. 653: „Isti ilico“. — 855. *Qui*, cf. ad 466. — 856. Post *tecum* hiatus; Goetz cum Muell. „una“ add. — 857. *amittunt*, dimittunt, v. ad Mil. 1091. — 859. *hoc*, i. e. huc, cf. 317. — 863. *cape uorsoriam*, cf. Trin. 1026, i. e. navem converte; funem audiendum esse dicunt viri docti. Quidni „uiam“? — 866. *Recipe te* Cam. Nautam procellosum mare

tentantem *ad terram* revocat. R. cum ed. pr.: „Respice ad dextram“. Goetz. extrema huius versus ex 868 male illata censens substituit: „nam dextrorsum quid uides?“ — *nonne;* edd. „non“, quod præferrem, si non multi similes essent loci apud Plautum, v. ad Amph. 403. Trucul. 254. — 867. *Nubes* scripsi cum antecedentibus iunctum, et „que“ delevi, nec enim nubes eodem iure quo imber instare dicitur. R.: „Nubis atrae ut imber instat?“ Goetz.: „Nimbus ater imberque“. — *adspice nunc sinistera* scripsi; R.: „spice nunc ad sinisteram“. — 858. *Caelum ut est splendore plenum* Cam. — Quæ in codd. sequuntur, cum R. huc illapsa ex v. 866 exitum versus expulisse credo. R. supplevit: „Uide sis, atque innubilum“; ego: *atque claritudine*, cum hiatu in diæresi. — 869. *Religionem*, fausto omine a sinistra commemorato. — *illic mi* R. in annot. — 870 sq. cf. Pseud. 711 sq. — 871. Charini verba quo loco incipiant, vidit R. scribens: „Porge bracchium. CH. En prende!“ — 872. *ut faceres* Mueller. Pros. p. 654, cf. Madv. ad Cic. Fin. II, 19, 61; „faceres“ Lachm. R. — 873. *in gaudio antiquo ut sies* Luchs., Herm. VIII p. 106. Goetz. Ego in priore ed.: „in gaudio antiqua, ut scias“, cf. Mil. 1186. Epid. 646. 700. Capt. 289: „ut magis noscas“. R. „ocius“ scripserat. — 874. *audies* Cam. — *quod gaudeas* (cf. Cist. 370) ad sequentia pertinent. Lacunosum versum 875 supplevi ut potui. Cam.: „Sta ilico. amicus aduenio multum beneuolens. CH. Quid est?“ R. post 860 posuit sic refictum: „Nam amicus tibi beneuolenti aduenio multum beneuolens“; hic autem pro „quod gaudeas“ scripsit: „CH. Quid ego audiam?“ — 876 cf. 180. Mueller. Nachtr. p. 105: „Quid meam amicam?“ — 877. „Id quoque ego scio“. Goetz. — 878. *si mi animus fluctuat* Buecheler. Mus Rh. XV p. 443. — 879. *in tranquillo quieto tuto* Seyffert. Stud. p. 21. *tuto* adverbium est; de asyndeto adiectivorum cf. ad Capt. 405. Trin. 822. Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 4 scripserat: „Ego tibi istunc in quieto, tuto sistam“. — 880. Excidisse aliquid apparet. R.: „Obsecro te, eloquere propere, ea ubi sit“. Goetz. cum Beckero eam ubi sit“. — 881. *reticentia* ed. pr. — 882. „a nobis“ om. Cam. *commonstras si uides?* Guietus. — 883. *sed uidi* ed. pr. — *Quin*

me uideam Kienitz de Quin particula p. 5; ego *ut* addidi. — 884. *Longum istuc* Pareus. Lacuna, quæ librariis in archetypo esse visa est, nulla fuit. — 885. *Commonstrabo* ed. pr. — *atque*, v. ad Amph. 270. Ter. Andr. 698. — 886. *quoi* Pius. *me melius uelle* Guiet. Cfr. Ter. Andr. 427: „Omnis sibi malle melius esse quam alteri". — 887. *Non curo istunc; de illa* R. — 888. *dudum*, i. e. nuper, modo, v. supra 460. ad Amph. 654. Extrema pars versus periit. C: *ob*, quod supplevi: *obicerem moram;* R.: „ut reperirem tibi". Sed in editione hunc versum post 910 posuit scribens: „Sane hoc non in mentem uenit dudum ut tibi concrederem". — 889. *aedibus* ultimam producit, quod fortasse in extremo sermone ferri potest, cf. 922. Both. „aedibust". — *Aedis probas.* Hæc per se intelligenda sunt nec cum sequentibus iungenda, quod quum fecisset Cam., „pulchreque" corrigebat, ut mihi quidem videtur, languide, quamquam contraria est Muelleri sententia Pros. p. 559. Hiatur in diæresi. — *arbitro*, v. Neue, Formenl. II p. 273. — 891. *qui* Pyl. — *uidisti, an de audito nuntias?* Guietus. — 892. *Enim* Both. add., cf. Epid. 699. R.: „Em". Buechel.: „Ut". Goetz.: „Heus, quid id rogas?" — 893 ita sententiarum nexum interrumpit, ut appareat huc non pertinere. Acidal. post 924 posuit „dixi" scribens, R. post 901, sed neutri loco melius quam huic convenit. — 894. *Quid tua refert* ed. pr. *istuc* et *istic* R. (Muell. p. 722: „quicum isto illaec"). Verba *Dum istic siet* R. Acidalio duce Charino tribuebat. — — 895. *istunc* ed. pr. — 896. *orabo* Ald. — *faciant copiam* ed. pr. — 897 em. ed. pr. — 898. Spei plenus exsulandi consilium abiicit servumque ex ædibus evocat, ut pallium sibi ferat, quod iam pro chlamyde induturus est. — „est" del. Pyl. — *huc* ed. pr. — *aliquis exite,* cf. ad Epid. 399. — 899. *ecferte* Scioppius. — *Em*, cf. ad Asin. 333. Capt. 183. Epid. 271. — „ut del. Acid. — 900. *aduenis* Acidalius. — *puere*, v. ad Asin. 379. — *istic* Acid. *sta* Cam. *ilico*, v. ad 854. — 901. *„itiner* pro iter" Nonius p. 482 et 490 inter Ennii, Accii, Varronis, aliorum locos afferens Plaut. Merc. 917. — 902. *quae dicis*, ed. pr. — 904. Ante *Enicas* hiatur; R. transp.: „intro eundi non est". — 905. Lacunam vocis *responde* chartæ vitio, ut

videtur, ortam Charini nota addita explevit B. — 906. *operae*, cf. 14. — *illi* adverbium est; Charinus pro pronomine accipit. — *commodum* ed. pr. — 907. *contra amo* ed. pr. — 908. *Omnibus* ne ultimam producat, proxima transposuit Gulielmus. — *stultior*, v. ad Amph. 56. — 909. „commoratur“ corruptum est, nec sanatur, si cum R. „quom moratur“ aut „qui m.“ scribas. Ego in priore ed. „commoratori“; sed „remoratori“ dicendum erat. Iam scribo *Non morabor.* Moras non ferens se denuo proficiscendi consilium sumpsisse simulat, et quasi parum sui compos iam sibi efficere consilium videtur. — 910. *haec*, v. ad 754; edd. „hoc“. — „puere“ Muell. — 911. *Mater* D, ed. pr. — 913. *Zonam* („sonam“ Plautus scribebat) *sustuli*, quasi profecturus; ad iter faciendum iam accingor; in zonis autem nummos auri aut argenti gestabant, v. Trucul. 944 sq. Hor. Ep. II, 2, 40. Suet. Vit. 16. Liv. XXXIII, 29. Gracch. ap. Gell. XV, 12, 4. — 915. *Nunc* R. — *ted* Both.; R.: „eo si“. — *ampullam* oleariam, qua, utpote ad balneas necessaria, nemo Græcus carere poterat, cf. de nomin. vasorum p. 65 sq. K. d. Vidensk. Selskabs Skrifter III p. 205. — 916. *es haud potis* Bergk. Ind. sch. Hall. 1858—59 p. VII. Quod R. posuit „me decipier haud potest“, Latinum esse non credo. Mueller.: „Ne erres, tu me decipere haud potis“ Goetz. cum Schoellio: „Gerrae: sic me decipere haud potes“. — 917. *itiner* C ut Nonius, v. ad 901. — 918. *Egomet* Priscian. VII p. 738. *me moror*, cf. 460. — *puere* C et Prisc. — 919. *conscendi* ed. pr. — 920. *curriculum*, cursum, cf. Mil. 525. — 922 si recte scribitur, *dicere* ultimam producit, cf. 889; equidem intercidisse aliquid credidi ut *Ah*, cf. 319. Both.: „est exsequi“. Most. 693: „exsequi certa res est, ut abeam“. — 926. *Percontatus;* fingit se in Cypro amicam quæsisse. — 928. *Zacyntho*, sc. oriundum, v. ad Asin. 495. — 929. *Rogito* Pius. — *auexerit* Seyffert. Philol. XXVII p. 434. — *si indaudiuerit* Cam.; pendet a verbo „rogito“, cf. ad Mil. 1201. Asin. 396. Men. 144. Ter. Andr. 175. Phorm. 490. 553. 675. De ordine verborum v. supra ad v. 36. — 930. „naugas“ cum C Ritsch. Opusc. II. p. 423 sqq. — 931. *Zacynthi* scripsi, nam ablativus intelligi non potest. —

ficos cet. Ridicule responsum incipit ab iis, quæ ad rem non pertinent. — 932. *indaudiuisse* R. — 933. *Calchantem*, vatem certissimum ait esse illum Zacynthium. Men. 736 „Calcha“ ablativo casu, unde Bergk. Beitr. z. lat. Gram. p. 32, quasi utique necesse esset hæc vox in primam declinationem transiret, hic quoque Calchast . . . Zacynthius“ voluit. — 934. *iam* ed. pr. — 935. *de* add. R. *mi sodalis* Guiet. — 936. *Ut ualuisti* cet., solitæ interrogationes domum redeuntium. *parentes mei? ualent* Pylades. *mater pater* Bugg. Opusc. ad Madv. p. 157. De asyndeto v. ad Amph. 891. R. male: „tam gratiast“. — 937. *Bene uocas; benigne dicis.* Fingit Eutychum se ad cenam vocasse, se autem cum gratia abnuere, cf. Curc. 563 cum annot. Trucul. 126. *Cras apud te*, sc. cenabo. *nunc* Pius em. — 938. *Sic* Pius. — Extrema versus pars corrupta est. Cam. ed.: „Eho, quae tu somnias!“ R.: „Eho tu, quin tu somnias?“ ego: *Eia*, *quae mihi somnias?* cf. Epid. 263. Capt. 958. Cas. 687. — 939. „sanust“ Guietus, fortasse recte. — *mihi* add. R. — 940. *Sequere sis* edd. — *Clementer*, placide, v. ad Mil. 696. — *calces*, sc. meas, *deteris;* properando tam presse amicum sequitur, ut calces eius offendat. — 942. R.: „iratast ei“, Muell. „eist irata“. *I modo*, intemperanter sententiam interrumpit; *irata propter istanc* iungenda sunt.

---

945. Lysimachus a Demiphone postulavit, ut mulierem ab ædibus suis abduceret, v. 786. Inter colloquendum nequitiam ei exprobravit; respondet Demipho, se non dubitare, quin etiam Lysimachus tale quid fecerit. Verum versuum ordinem Acidalius restituit. Antiqui editores quum principium scenæ excidisse putarent, undecim versus addiderunt, quos hodie nemo ullius pretii habet. Sed etiam R. initium scenæ intercidisse censuit, quem refutavit Spengel. Plaut. p. 47 sq.; nec alia exempla desunt, ubi personæ in medio sermone versantes in proscenium exeant, ut Cas. 416. Poen. 959. Trucul. 765. Spengel. Acteneintheilung p. 41 etiam apud Cæsarem B. G. VII, 38 orationem a voc. *Quasi* incipere animadvertit; addam Cic. de Orat. II, 57, 232. de Fin. II, 3, 7. Plautus autem

sæpe ita ponit, ut audiatur primaria sententia, v. 504. Cas. 312. Curc. 78. Pseud. 613. 637. Rud. 99. Trin. 891. Trucul. 632. Ter. Andr. 502. — 946. Pro *Edepol* Seyffert. Philol. XXV p. 462: „Ego pol". Extrema corrupta sunt; ed. pr.: „uix uiuus sum miser"; R.: „uix uiuo miser"; ego: *qui fierem miser.* — 947. *Nam,* v. ad Asin. 122. — *in fermento iacet,* ira fervet, cf. Cas. 304: „Nunc in fermento tota est; ita turget mihi". Iuven. 3, 188: „istud fermentum tibi habe". — 948. *expurigationem* R. — Sequuntur in B quattuor versus vacui; sed nihil deest.

950. Titulo novæ scenæ in C additur *C* ut 461; extremam quippe fabulæ scenam sine tibicinis cantu agi non oportebat. — Duos primos versus in codd. permutatos esse iam Pylades animadvertit. Iis, qui intus sunt, hæc dicuntur. *Iam redeo,* cf. Ter. Eun. 493: „continuo exeo". alibi: „Iam hic ero", v. ad Amph. 962. — *LY.* edd. Is filii verba audivit. — 952. *aduenistis* Cam. — 953. *placata et placida* Both. — *Cette* Cam.; vocem Nonius p. 84 ex aliis scriptoribus affert, Phocas, Probus aliique ex Plauto. — 954. Post *tibi* hiatus, cf. 283; R. „iam" addit. — 956. *LY.* edd. — 957. *si* add. Cam. — 958. R. ed.: „Suapte culpa damnum capiunt, genus ingenio quom inprobant", quorum posteriora recepi; in prioribus quod voc. *genere* errore ex antecedenti versu irrepsisse putavit, erravit, nam in eo totius sententiæ vis posita est. Veram sententiam et alii invenerunt et Colvius apud Taubm.: „Suapte culpa degeneres abeunt, genus ingenio improbant"; sed num „degener" dici possit qui genus amittat, subdubito, malui igitur: *genere cedunt* aut „Sua se culpa genere excipiunt". — 959. *ergo,* cf. ad Epid. 476 et de prosodia Proleg. p. 204. — *Eo,* quia seni dicitur. — 960. „filio fuerat" Both. R. — 961. *eripere emptam argento* Weis. — 965. Excidit aliquid; Guiet.: „Perge, perge"; R.: *perge porro.* — *altrinsecus* ed. pr., cf. Pseud. 358. — 967 Cam. et R. Lysimacho dederunt. — 968. *in exsilium cum iret* codd. cum hiatu in diæresi; sed scriptura vix sana est, nam exspectabatur aut „quom ibat" aut „ne hinc iret" aut „in exsilium ruentem". — 969. „DE. Num ibat exulatum? an abiit?"

Goetz. — *larua*, v. ad Amph. 770. — 970. *decebat* Cam. — 971 sq. sine dubio spurii sunt; prioris altera pars repetita est ex 969; alter versus nihil aliud dicit quam 970. R. totum locum 971—79 non tam interpolatione quam mutato versuum ordine turbatum arbitratus licentissime tractavit. — 973. *aetatem* ed. pr. *condecet* Lachm. ad Lucr. p. 64. — 974. *si istuc ius est* cet., v. ad Aulul. 740. — 976 spurium esse omnes, credo, Ritschelio concedent. — 977. *habete uobis* Acid., „uobiscum habete" Serv. in Verg. Georg. I, 266. Habete, inquit, eam vobis cum omnibus rebus suis, sed quasi de sue tradenda sermo esset, *cum porcis*, ait, et *cum fiscina*, i. e. cum corbe, qua pabulum adportatur. Ex proverbio aliquo hæc ducta esse apparet, nobis quidem, nisi fallor, ignoto. Schneider, de proverbiis p. 5, Græcum contulit αὐτῷ κανῷ κατέφαγε πάντα, Diogen. IV, 68, et Acidalii coniecturam probat: „cum sportis, cum fiscina". — 978. R. proximo postposuit, quo nihil lucramur. Muell. p. 743 recte animadvertit, verba „sibi habeat" Eutycho non convenire. Hinc igitur Demiphonis verba incipienda sunt. Alterum „sibi" del. Guietus. „Iam eam ut uolt per me sibi habeat licet" Goetz. — 979. *Temperi* Acidal., v. ad Aul. 446. Sero eum munificum esse dicit, quum nihil aliud facere possit. *copia* Guiet. — 980. *quod* Both., cf. ad Amph. 392. — 981. *siet* Pyl. — 982. *Si-siue*. cf. 303. — *ioculo* ed. pr., cf. Most. 906. — 984. *ted* Guiet., prob. R. Nov. Exc. — *eius es; serua* ed. pr. — 985. *Hunc*, cf. 122. *me* del. Guiet. — 986 Lysimachi esse vidit Camerarius. Irridens Demiphonem hortatur, ut delictis suis tamquam adulescentis veniam precetur. — 987. *in me* scripsi sensum secutus, quum, quid in archetypo fuerit, non liqueat; „eia" ed. pr.; Both.: „in hunc". — *inuehier* scripsi. — 989. *Lys. Missas* ed. pr. — *artes feci. DE. Et* Grut. *ego dehinc iam*, sc. missas faciam. — *agis* add. Lachm. Ante *Nihil* Lysimachi nota in libris non est scripta, sed spatium relictum. — 991. *Quin loris* cet. Ut veniam impetret, ne lora quidem deprecatur. — 993. *Quid istic?* v. ad Bacch. 1046. Eutycho hæc dederunt Sarac. Camer. — 994. *utibilist* R. Non utilis, i. e. perniciosus est hic locus, ita ut prætereuntes factorum tuorum arbitri esse possint. De dativo *factis*

v. ad Mil. 273. — 996. *Hercle qui*, cf. 406. — *eadem*, cf. 791. Non semel poetam vereri videmus, ne nimia fabulæ longitudo spectatoribus tædium afferat, v. Pseud. 389. Cas. 926: „hanc ex longa longiorem ne faciamus fabulam“. — 998. *Illac*, illa via, quæ, ut inter vicinos solet (v. ad Epid. 658), ab alterius horto ad alterum fert, ego et filius meus domum redibimus. — 999. Antequam domum ingreditur, Lysimachus denuo ex filio quærit, num re vera uxorem placatam inventurus sit. — 1002. *Uide modo* R. Veritus, ne error aliquis subsit, filium rogat, ut accurate consideret, quid sibi narraverit. Langen. Beitr. p. 277: „Uide. EU. Do meam fidem“. *EU. Me uide*, ed. pr., i. e. me auctorem habeto, v. ad Asin. 144. Trin. 809. Goetz. „Uidi“ ed. — *Sat habeo; sed* R., cf. Most. 381. — 1003. Ab hoc inde versu codicem B Græcas personarum notas exhibere supra commemoravimus p. 312. — 1004. *legem censeo* Guiet. — 1005. *Prius* pro una syllaba est; Bugg. Opusc. ad Madv. p. 158: „Prius quam eamus“ voluit. — *contenti sint*, contineantur, cf. Poen. 461. — 1007. *Seusiue*, Pylades; Brix. ad Men. 793. „si . . . siue“ solam Plautinam formam esse censet, ut v. 303. — 1008. *hac* Both. — 1009. Amatorem, quamvis senex sit, opes suas profundere, facile intelligitur; nec probo, quod Ritsch. Pistorim secutus hunc versum post v. 1012 ponit, loco minime apto, nam quem filius fraudaverit, is opes suas amittet, non prodigus erit. — 1010. *filium* ed. pr. — 1012. *clam, quam si praebuerit* Guietus Camerario duce; sed numerorum causa *quasi* pronuntiandum, ut voluit Seyff. Philol. XXVII p. 455. Abraham. Ann. phil. Suppl. XIV p. 229. cf. Trin. 267. Trucul. 338. supra 312. Mil. 484. annot. ad Amph. 1094. — 1013. *uolo* pro „ut“ scripsi; Both. particula hoc loco omissa: „lex uti teneat senes“; R.: „Haec adeo edico ex h. n. p. ut lex t. s.“ Goetz.: „Haec adeo addo, ut ex h. n. — 1015. *industriam*, in hac fabula agenda, Demiphonis in amica sibi comparanda, Lysimachi in adiuvando vicino.

Altera hæc Militis gloriosi et Mercatoris editio non nihil mutata prodit. Nam postquam accuratius innotuerunt scripturæ codicis palimpsesti Ambrosiani, poetæ verba non paucis locis aliter scribenda videbantur; commentarius autem non solum his accommodanda erat, sed etiam aliis de causis hic illic emendatus est.

Contextus fabulasum his fere locis a priore editione discrepat.

Militis gloriosi Argum. I, 5. Ipsius fabulæ 26. 38. 44 sq. 61. 66 68. 69. 113. 149. 205. 225. 262. 268. 275. 310. 312. 330. 365. 367. 368. 387. 394. 401. 471. 475 sq. 481. 504. 555 sq. 575. 596. 614—16 uncis. 621. 631. 684. 686. 688. 694 sq. 703. 776. 777. 778. 794. 799 sq. 808. 818. 850. 851. 892. 925. 934. 996 sq. 1018. 1026. 1057. 1060. 1068. 1085. 1087. 1088. 1094 sine uncis. 1109. 1152. 1167. 1170. 1172. 1184. 1201. 1205. 1224. 1226. 1246. 1271. 1277. 1298. 1299. 1303. 1312. 1326. 1327. 1330. 1336. 1337. 1344. 1360. 1370. 1373. 1393. 1395. 1410 sine uncis. 1431 sine uncis.

Mercatoris 16—39 uncis. 17. 76. 124 uncis. 125 sq. 127. 157 sqq. 159. 185. 187 sine uncis. 204. 215. 292. 309. 316. 414. 416. 431. 480. 497. 516. 525. 528. 539. 600 sq. 612—16 sine uncis. 653. 672. 690 sq. 693. 751. 753. 757. 759 sq. 772. 785. 794—805 uncis. 848. 871 sq. 873. 880. 882. 909. 994 sq. 1012.

Errores typographicos hos animadverti.

Pag. 39 v. 450 scribendum: sit? , in varietate scripturæ autem delendum: sit *C*.

— 45 numerus 520 versui 519 male adscriptus est, in var. script. autem pro 524 scribendum: 523.

— 63 var. scr. post 777 addatur: Itaque.

— 96 v. 1125 scribendum: uidetur.
v. 1126, scribendum: hunc.

— 101 var. scr. 1182 scrib: eate *BC*.

— 205 var. scr. 883 omittendum *B*.

T. MACCII PLAUTI

COMOEDIAE.

RECENSUIT ET ENARRAVIT

IOANNES LUDOVICUS USSING.

VOLUMINIS QUARTI
PARS SECUNDA
PSEUDOLUM ET POENULUM
CONTINENS.

HAVNIÆ MDCCCLXXXIII.

SUMPTIBUS LIBRARIÆ GYLDENDALIANÆ (HEGELIORUM PATRIS ET FILII).

TYPIS EXCUDERUNT JOERGENSEN ET SOCII.

Quo tempore prior huius voluminis pars edita est, ipse peregrinationis causa abfui et posteriores eius plagulæ amicorum cura correctæ prelo submissæ sunt. Quorum diligentia quum merito laudanda sit, tamen si quid ipse incuria peccaveram, id emendare non sunt ausi. Itaque præter ea, quæ iam ad calcem prioris partis correcta sunt, non nulla mihi postea vel emendanda vel addenda visa sunt. Quorum non exigua pars aliis debetur, maxime Ioanni Forchhammero meo, rectori scholæ Herlovianæ, qui lectis his duabus fabulis emendationes et dubitationes suas mecum communicavit. Quæ autem nuper prodiit Mercatoris altera editio Ritscheliana a Georgio Goetzio recognita, quoniam editorem „verecundia vetuit in reiciendi summi viri commentis audacia uti", ita ut ne in ordine quidem versuum a vestigiis eius digressus sit, minus mihi novi, quam speraveram, præbuit. Hæc igitur velim

EMENDANDA ET ADDENDA

in Milite glorioso

Pag. 6 v. 20 scribatur: dicam — tu quae
— 21 - 268 — : Si inuenio quo*i* dixit,
— — var. script. v. 5: 268 qui uidit *BC*.
— 91 v. 1067 scribatur: *Palæstrio*
Quid est?
Milphidippa
Ut ludo, nequeo hercle cett.
— — var. script.: 1067 Quid est ut ludo. PA.

Pag. 93 v. 1084 scribatur: sublegerunt.
— 99 v. 1157 — : differri,
— 115 var. script. v. 1315: uti fluat *A*, ut fluat *BC* facetis
— 120 v. 1359 scribatur: Scies. Immo
— 126 ante v. 1416 Lorarii omittendum.

in Mercatore

Pag. 133 v. 16 scribatur: [Et
— 134 v. 39 — : eloquar.]
— 136 v. 76 — : Parasse atque isse mercis uectatum undique
— — var. scr. ad h. v. deleatur „uectatum *B*"
— 138 vv. 125 et 126 permutentur et in var. scr. del. „*proximo postponitur*"
— 144 ante v. 181 del. Charinus
— — var. script. v. ult. scribatur: *211*.
— 145 v. 187 unci tollantur.
— 146 v. 193 unci tollantur.
— 150 v. 254 scribatur: Nauem, ex Rhodo qua est heri
— 151 v. 278 — : litis
— 158 v. 374 uncis includendus.
— 160 var. script. v. 3: 396 *proximo postponit A*.
— 163 v. 431 scribatur: pol licitust
— 176 v. 539 — : Breue iam relicuum uitae spatiumst; *omne ego*
— 181 v. 601 scribatur: *Charinus*
Quidquid est, ad capita rerum perueni.
Eutychus
Primum omnium
— — var. scr. scribatur: 601 CH. *om.* omnium *om. C*
— 185 v. 650 — : Frustra dixti. Hoc mihi certissumumst:
— 195 var scr. scribatur: 757 Nisi *A*, Ni *BC*
— 197 v. 779 — : dabo,
— — v. 780 — : Iamne
— — v. 785 — : acerrumos
— — v. 794 — : [Ecastor

Pag. 198 v. 805 scribatur: mulieres]
— 199 v. 828 — : Ubique
— 200 v. 834 — : Uitam
— 210 v. 931 — : respondet
— — var. scr. — : 931 respondit
— 211 v. 942 post irata deleatur punctum.
— 216 v. 983 scrib.: Se illam

in commentario ad Militem gloriosum

Pag. 234 ad v. 100: Lacunam inesse putavit Leo Mus. Rhen. XXXVIII p. 25 talem:

Is amabat meretricem, [itidem quae illo tempore
Habitabat cum sua] matre Athenis Atticis.

— 235 addatur: 130. *clanculum* Forchhammer ad sequentia trahit.

— 238 ad v. 187: „Earumpse" voluit Leo Mus. Rhen. XXXVIII p. 11.

— 239 ad v. 205: Forchh. coni.: „Ecce autem Mauortis nisu laeuam in femine habet manum.

— 244 ad v. 268 init.: *dixit* A. Forchh. vidit scribendum esse *quoi dixit*, nam dissimulatione rem aggreditur Palæstrio (v. 262) nec ipsum hominem, qui Philocomasium vidisset, se inventurum sperat, sed eorum aliquem quibuscum fabulatus esset.

— 253 ad v. 420: Sceledro versum dat Ribbeck.

— 254 ad v. 440: Ne Haspero quidem egregia Spengelii coniectura satisfecit, qui coni.: „Ἀγλυκὴς es tu, non γλυκεῖα's".

— 258 ad v. 529: Forchh. quoque ante hunc versum plene interpungens scribebat: „Si hic non uidebit mulierem — Aperitur foris." ut prior sententia interrupta sit.

— 259 ad v. 572: ament AB, „amant" Forchh.

— — v. 9—16 pro verbis „simul personas . . . . tu abis? aut" scribatur: „Equidem malim".

— 275 v. 17 addantur: Forchh. versus 809—12 tuetur scribens 810 „face", 811 „aget", ut huius subiectum *hic* Palæstrio sit.

— 281 ad v. 914: Forchh. coni. „ubi fundamenta constant."

Pag. 282 v. 3 addatur: 925. *Age . . . abite*, cf. Casin. 465: „age fabricamini". Rud. 208: „age adsistite."

— 290 v. 24—28 scribatur: 1067. *Quid est? Ut ludo*, hæc vulgo iuncta Milphidippæ dantur, reliqua Palæstrioni. Sed illam quam hunc veri similius est risum continere non potuisse. Palæstrio interrogat, quid sit quod faciem avertat; illa respondet se in tali ludo non ridere non posse.

— 295 ad v. 1159: Forchh. coni.: „Abierim cupiens istius. PAL. Nuntias omnem ordinem".

— 298 ad v. 1212: Forchh.: „incipe iam".

— 300 ad v. 1265: Forchh.: „Leuandum morbum mulieri. MI. Uiden ut tremit".

in commentario ad Mercatorem

Pag. 317 ad v. 16 sqq.: Versus 16—39 cum Forchhammero aliisque spurios habeo.

— — ad v. 17: Leo Mus. Rhen. XXXVIII p. 17 coni.: „Rem eampse ecfatus sum orsusque inde exilico".

— 318 ad v. 31: Leo l. l. p. 16 scribi vult: „Multiloquium: parum loquium hoc ideo fit quia". Sed fieri vix potest quin idem nomen positum fuerit hic et v. 34.

— 319 v. 10 -12 „Hæc non . . . . redit" deleantur.

— 320 ad v. 76: *isse mercis uectatum* Forchhammer.

— 321 ad v. 116: „Occurrenti" voluit Forchh.

— — VV. 125 et 126 non necesse esse permutentur, Forchhammero concedo. Charino suadenti ut lacinia sudorem abstergeat, Acanthio respondet, hoc inutile esse; ne balnea quidem omnia lassitudinem sibi eximere posse.

— 324 v. 10—11 „sed Plautinum . . . . proximus" deleantur.

— — v. 24—25 „Mihi versus . . . videtur" deleantur; addantur: Pro *saeuis*, quod v. 195 redit, Bücheler „aduorsis" ponebat.

— 330 ad v. 374: Versus h. l. minime aptus ad similitudinem versus 359 confictus videtur.
Proxima annotatio ad v. 375 delenda est.

— 331 addatur: De vv. 396—97 vid. Goetzii edit. p. 44.

— 333 — : *pol licitust* duobus verbis Forchh.

Pag. 337 v. 6—7 scribendum: IAMRELICUOMUITAESPATIUMST
— 339 v. 26—27 „sed ab h. v. . . . . v. 601“ deleantur.
— 340 ad v. 617: Hunc quoque versum Forchh. spurium habet.
— 321 ad v. 660: Malim: „abieci ego ingenium meum“.
— 342 addatur: Ante 680 in A versus fuit ab I incipiens, quem, quoniam nihil desideratur, pro dittographia huius versus habuerim.
— 346 v. 15 scribendum: *acerrumos*
— — v. 20 post „acerrumas“ addatur: Iam scripserim: „Conciuit hostis domi *mi*; uxor acerrumast“.
— — VV. 794—805 quin spurii sint, non dubito; quare suo loco post 817 eos me reliquisse vellem.
— 349 ad v. 859: Forchh. „hos“, sc. qui nominantur v. 855.

in Pseudolo

Pag. 5 v. 1 scribendum: meliust
— — var. script. ad v. 1 add.: melius *BC*
— 16 var. script. v. 6 post „omnia“ addendum „nti“.
— 25 — — v. 3 add.: 274 P. Amatur *B*, Amatur *C*
— 36 — — v. 6 pro 387 scribendum 386.
— 43 — — v. 2 scribendum: chaitoyionai *C*
— 62 v. 741 scribendum: Sed iste seruos, ex Carysto qui hic adest,
— 70 var. script. v. 1 scrib.: 870 animum bonum *C*
— 72 v. 902 scrib.: diem
— 73 v. 923 scrib.: *Pseudolus*
Hoc uolo quod cett.
— — var. script. v. 4 ante „occeptum“ addatur: 923 Ps. *om.*
— 75 in contextu pro numero 941 scribendum 942 et in var. script. pro 940 941.
— 83 var. script. v. 2 pro 1036 scribendum 1035
— 88 v. 1118 scrib.: *Me*
— 95 v. 1188 scrib.: Eho,
— 101 v. 1275 scrib.: perdidici,

in Poenulo

Pag. 148 titulo scenæ addatur C
— 165 var. script. v. 1—2 „meos seruos *B*“ deleantur.

Pag. 171 v. 867 scribendum: gratiis
— 177 v. 940 — : alecoti
— 181 var. script. extrem. addendum: tuis *A*
— 183 v. 1017 unci tollantur.
— 213 v. 1387 scribendum: *uos*
— 215 v. 1414 — : Antamoenides

in commentario

Pag. 352 ad v. 1174 post „Mil. 730" addatur: Aul. 50. 291. Merc. 830. Jordan. Herm. XV p. 10.

PSEUDOLUS.

M · *IUNIO* · M · FIL · *PR* · URB ·
ACT*A* · *MEGALESIIS*

ARGUMENTUM I.

Praesentis numerat quindecim miles minas;
Simul consignat symbolum, ut Phoenicium
Ei det leno qui eum cum relicuo adferat.
Uenientem caculam interuortit symbolo
Dicens Syrum se Ballionis Pseudolus
Opemque erili ita tulit; nam Simiae
Leno mulierem, quem is supposuit, tradidit.
Uenit Harpax uerus; res palam cognoscitur
Senexque argentum quod erat pactus reddidit.

ARGUMENTUM II.

Calidorus *meretricem adulescens Phoenicium*
Efflictim deperibat, nummorum indigus.
Eandem miles, qui uiginti mulierem
Minis mercatus abiit, soluit quindecim.
Scortum reliquit ad lenonem ac symbolum,
Ut, qui adtulisset signum simile cetero
Cum pretio, secum aueheret emptam mulierem.
Mox missus ut prehendat scortum a milite
Uenit calator militaris; eum *dolis*
Adgreditur adulescentis seruos Pseudolus
Tamquam lenonis atriensis, symbolum
Aufert minasque quinque acceptas mutuas
Dat subditiuo caculae cum symbolo.
Lenonem fallit sycophantans cacula;
Scorto Calidorus potitur, uino Pseudolus.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Heidelbergensis (C), Ambrosiani (A), ubi apparuit.

INCIPIT PSEUDOLUS. PROLOGUS *BC*; *sequuntur vv. 1—2 fabulæ; tum* PSEUDOLUS *B*, PROLOGUS *C*; *sequitur Argum I.*

1 milles *B* pheonicum *C* 3 reliquo 4 har pacē binominus fuit caculā *C* 6 si nimiae

Argum. II om. BC

4 absoluit 8 ad praehendit 12 Adfert minas quinque 13 subditicio 14 sycophantacie cacula 15 uiuo Seudolo

PERSONAE FABULAE.

Pseudolus servos
Calidorus adulescens
Ballio leno
Lorarius
Simo senex
Callipho senex
Harpax cacula
Charinus adulescens
Puer
Coquos
Simia sycophanta
Phoenicium mulier

PROLOGUS.

* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

Exporgi melius lumbos atque exsurgier;
Plautina longa fabula in scenam uenit.

---

1 Exporci exsurger *B*, exurger *C* 2 scaenam *A*

PSEUDOLUS SERUOS. CALIDORUS ADULESCENS.

Pseudolus

Si ex te tacente fieri possem certior,
Ere, quae miseriae te tam misere macerent,
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei te rogandi et tis respondendi mihi.
Nunc quoniam id fieri non potest, necessitas
Me subigit ut te rogitem. Responde mihi:
Quid est quod tu exanimatus iam hos multos dies
Gestas tabellas tecum, eas lacrumis lauis
Neque tui participem consili quemquam facis?
Eloquere, ut quod ego nescio id tecum sciam.

Calidorus

Misere miser sum, Pseudole.

Pseudolus

Id te Iuppiter
Prohibessit.

Calidorus

Nihil hoc Iouis ad iudicium adtinet;
Sub Ueneris regno uapulo, non sub Iouis.

Pseudolus

Licet me id scire quid sit? nam tu me antidhac
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.

P PSEUDOLUS SERUUS C CALIDORUS ADULESCENS *B*
4 miseria & etam *B*, misera eam *C* macerant *BC* 6 et te respondendi
12 id *om.* *A* 13 ipseudole *B* 16 id *om.* *A* m.oantidhac *A*

Calidorus

Idem animus nunc est.

Pseudolus

Face me certum quid tibi est;
Iuuabo aut re *te* aut opera aut consilio bono.

Calidorus

Cape has tabellas; tute hinc narrato tibi,
Quae me miseria et cura contabefacit.

Pseudolus

Mos tibi geretur. Sed quid hoc, quaeso?

Calidorus

Quid est?

Pseudolus

Ut opinor, quaerunt litterae hae sibi liberos;
Alia aliam scandit.

Calidorus

Ludis iam ludo tuo?

Pseudolus

Has quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,
Interpretari posse alium neminem.

Calidorus

Cur inclementer dicis lepidis litteris,
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?

Pseudolus

An obsecro hercle habent quas gallinae manus?
Nam has quidem gallina scripsit.

Calidorus

Odiosus mihi es;
Lege uel tabellas redde.

---

18 P. Idem PS *om.* *B* fac *BC* 19 Iubabo *A* te *om.* 24 aliă aliā *C* Ludis me *BC* 25 Sibulla *A*, sibilla *BC* 27 clementer *C* 28 conscriptā *C* 29 PS. *om.* habentque gallinae *BC*, habent quas gallinas *A*

Pseudolus

Immo enim perlegam;
Aduortito animum.

Calidorus

Non adest.

Pseudolus

At tu cita.

Calidorus

Immo ego tacebo; tu istinc ex cera cita;
Nam istic meus animus nunc est, non in pectore.

Pseudolus

Tuam amicam uideo, Calidore.

Calidorus

Ubi ea est, obsecro?

Pseudolus

Eccam in tabellis porrectam; in cera adcubat.

Calidorus

At te di deaeque, quantum est —

Pseudolus

Seruassint quidem.

Calidorus

Quasi solstitialis herba paulisper fui;
Repente exortus sum, repentino occidi.

Pseudolus

Tace, dum tabellas perlego.

Calidorus

Ergo quin legis?

Pseudolus

„Phoenicium Calidoro amatori suo
Per ceram et linum litterasque interpretes

---

31 C. Immo *B* 32 C. At *B* 33 CA. *om.* *C* hinc *BC*
43 non *om.* *C* 36 cubat *BC* 37 CA. *et* PS. *om.* *B* quantust *C*
38 CA. *om.* C

Salutem inpertit et salutem abs te expetit
Lacrumans titubanti animo corde et pectore."

Calidorus

Perii; salutem nusquam inuenio, Pseudole,
Quam illi remittam.

Pseudolus

Quam salutem?

Calidorus

Argenteam.

Pseudolus

Pro lignean salute uis argenteam
Remittere illi? uide sis quam tu rem geras.

Calidorus

Recita modo; ex tabellis iam faxo scies,
Quam subito argento mihi usus inuento siet.

Pseudolus

„Leno me peregre militi Macedonio
Minis uiginti, mea uoluptas, uendidit.
Et prius quam hinc abiit quindecim miles minas
Dederat; nunc unae quinque remorantur minae.
Ea causa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex anulo suam imaginem,
Ut qui huc adferret eius similem symbolum
Cum eo simul me mitteret; ei rei dies
Haec praestituta est proxuma Dionysia."
Cras ea quidem sunt.

Calidorus

Prope adest exitium mihi,
Nisi quid mihi in te est auxili.

---

43 Salutem mittit *BC* ex te *A* 45 Peri *B* nunquam *B* ipseudole *B* 47 PS. *om.* *B* ligneã *C* ueis *A* 51 perege *C* macedonico *BC* 53 abit *BC* 58 Qum *B*

Pseudolus

Sine perlegam.

Calidorus

Sino; nam mihi uideor cum ea fabularier.
Lege; dulce amarumque una nunc misces mihi.

Pseudolus

„Nunc nostri amores mores consuetudines
Iocus ludus sermo suauisuauiatio.
Conpressiones artae amantum conparum,
Teneris labellis molles morsiunculae,
Nostrorum . . . . . um . . . . unculae.
Papillarum horridularum oppressiunculae:
Harunc uoluptatum mihi omnium atque itidem tibi
Distractio discidium uastities uenit,
Nisi quae mihi in te est aut tibi est in me salus,
Haec quae ego sciui ut scires curaui omnia;
Nunc ego te experiar quid ames, quid simules. Uale."

Calidorus

Est misere scriptum, Pseudole.

Pseudolus

O miserrume.

Calidorus

Quin fles?

Pseudolus

Pumiceos oculos habeo; non queo
Lacrimam exorare ut exspuant unam modo.

Calidorus

Quid ita?

---

61 perligam 62 quo mea 63 P. Lege *B* 64 PS. *om* *B* 65 suauis sauiatico *B*, suauis sauiatio *C* 66 amantium *C* corporum *B* 68 *abest a BC* 70 Harum *BC* ibi dea 72 mihi intestauit ibi est 73 scibi *BC* 74 simimules *B* 76 Qum *B* puniceos *B* 77 exputant *B*

Pseudolus

Genus nostrum semper siccoculum fuit.

Calidorus

Nihilne adiuuare me audes?

Pseudolus

Quid faciam tibi?

Calidorus

Eheu!

Pseudolus

*E*heu? id quidem hercle. ne parsis, dabo.

Calidorus

Miser sum; argentum nusquam inuenio mutuum

Pseudolus

Eheu.

Calidorus

Neque intus nummus ullus est.

Pseudolus

Eheu.

Calidorus

Ille abducturus est mulierem cras.

Pseudolus

Eheu.

Calidorus

Istocine pacto me adiuuas?

Pseudolus

Do id quod mihi est;
Nam is mihi thensaurus iugis in nostra est domo.

---

79 ades 80 C. Eheu *antecedenti versu* P. Heu 81 inueno *B* mutuum pseudole 82 CA. *om.* 82 *sq.* ullust. C. ·eheu Ille 84 adtuas 85 thensauros *B* uostra . . . . . t *A*

Calidorus

Actum est de me iam. Sed potes tu mutuam
Drachumam dare unam mihi, quam cras reddam tibi?

Pseudolus

Uix hercle opinor, si me opponam pignori.
Sed quid ea drachuma facere uis?

Calidorus

Restim uolo
Mihi emere.

Pseudolus

Quam ob rem?

Calidorus

Qui me faciam pensilem.
Certum est mihi ante tenebras tenebras persequi.

Pseudolus

Quis mihi igitur drachumam reddet, si dedero tibi?
[An tu te ea causa uis sciens suspendere,
Ut me defraudes, drachumam si dederim tibi?]

Calidorus

Profecto nullo pacto possum uiuere,
Si illa a me abalienatur atque abducitur.

Pseudolus

Quid fles, cucule? uiues.

Calidorus

Quid ego ni fleam,
Quoi nec paratus nummus argenti siet
Neque libellai spes sit usquam gentium?

86 hodie iam de me est *BC* qd *B* potes nunc mutuam *BC* 87 darem B mihi unam *BC* 88 ē si 89 quidē a *BC* CA. *om. B* 90 CA. *om.* C 92 n̄ (*pro* si) *C* dederim *BC* 94 defrudes *B* drachmam *A*, drachuma *C* 97 Qui *B* 98 quo in haec *C* 99 libellae

Pseudolus

Ut litterarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illi lacrumis fleueris argenteis,
Quod tu istis lacrumis te probare postulas,
Non pluris refert quam si imbrem in cribrum geras.
Uerum ego te amantem, ne paue, non deseram.
Spero alicunde hodie me bona opera aut non bona
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.
Atque id futurum unde dicam nescio,
Nisi quia futurum est; ita supercilium salit.

Calidorus

Utinam, quae dicis, dictis facta suppetant.

Pseudolus

Scis tu quidem hercle, mea si conmoui sacra,
Quo pacto et quantas soleam turbellas dare.

Calidorus

In te nunc omnes spes sunt aetati meae.

Pseudolus

Satin est, si hanc hodie mulierem ecficio tibi
Tua ut sit aut si tibi do uiginti minas?

Calidorus

Satis, si futurumst.

Pseudolus

Roga me uiginti minas,
Ut me ecfecturum tibi quod promisi scias.
Roga obsecro hercle; gestio promittere.

Calidorus

Dabisne argenti mihi hodie uiginti minas?

---

100 PS. *om.* *C* 101 drachmis *AC*, dracmis *C* argentes *B* 102 prouare *B* 103 in crebrum legas *A* 104 non *om.* *B* 105 aut hæc mea 107 unde *bis* *B*, *ter* *C* 108 futurus est *BC* 111 turbelas *A* 112 sunt omnes spes *C* 116 affecturum *B* quo *BC* 117 C. obsecro hercle. P. *BC* 118 Dauisne

Pseudolus

Dabo; molestus nunc iam ne sis mihi.
Atque hoc, ne dictum tibi neges, dico prius:
Si neminem alium potero, tuum tangam patrem.

Calidorus

Di te mihi semper seruent! uerum si potest,
Pietatis causa uel etiam matrem quoque.

Pseudolus

De istac re in oculum utrumuis conquiescito.

Calidorus

Utrum oculum anne aurem?

Pseudolus

At hoc peruolgatum est minus.
Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omnibus
Pube praesenti in contione, omni poplo,
Omnibus amicis notisque edico meis,
In hunc diem a me ut caueant, ne credant mihi.

Calidorus

St, tace obsecro hercle.

Pseudolus

Quid negoti est?

Calidorus

Ostium
Lenonis crepuit.

Pseudolus

Crura mauellem modo.

Calidorus

Atque ipse egreditur intus, periurum caput.

---

120 neces *B* tibi prius *C* 122 Dicite semper *om. BC* potes *BC* 125 Oculum utrum anne in *BC*, Utr . . . nin *A* 127 popuio *C* 129 nec *B* 130 Sit taceo *B*, si tace *C* hercle obsecro *A* 131 leonis *C* C *B* 132 penitus periuri *B* capud *C*

LENO LORARII V ET IIDEM C

Ballio

Exite, agite exite, ignaui, male habiti et male conciliati,
Quorum numquam quicquam quoiquam uenit in mentem ut recte faciant,
Quibus, nisi ad hoc exemplum experior, non potest usura usurpari.
Neque homines magis asinos umquam uidi; ita plagis costae callent;
Quos quom ferias, tibi plus noceas; eo enim ingenio hi sunt flagritribae,
Qui haec habent consilia: ubi data occasio est, rape, clepe, tene,
Harpaga, bibe, es, fuge; hoc eorum officium est.
Mauelis lupos apud ouis linquere quam hos domi custodes.
At faciem quom adspicias eorum, haud mali uidentur; opera fallunt.
Nunc adeo hanc edictionem nisi animum aduortetis omnes,
Nisi somnum socordiamque ex pectore oculisque amouetis,
Ita ego uostra latera loris faciam ut ualide uaria sint,
Ut ne peristromata quidem aeque picta sint Campanica
Neque Alexandrina beluata tonsilia tappetia.
Atque heri iam edixeram omnibus dederamque eas prouincias;
Uerum ita uos estis praediti *desidioso* ingenio inprobi,

LORARI. IV. ET IDEM *B; titulum om. C*; LENO CALIDORUS PSEUDOLUS *A* 133 agite ite *BC* 134 nunc quam *B* 135 usurpari usura *B* 136 Neque ego hominis nunquam *A* 137 dum *BC* flagritibae *C* 138 clepe *om. A* 139 harpagabile *B* est fugi hoc est eorum opus *BC* 40 ut induellis lupus *BC* oveis quam hos domi linquere *A* 141 aspicies 142 edicionem *B* aduertitis *C* 144 sunt *C* 145 atque *C* cumpanica *C*, campaca *B* 146 consilia *BC* 147 heri a me dexteram *C* 148 praediti neglegentes ingenio inprobo *BC*

Officium uostrum ut uos malo cogatis conmouerier.
[Nempe ita animati estis uos, uincite hoc duritia ergo atque me.]
Hoc sis uide, ut alias res agunt. Hoc agite, hoc animum aduortite,
Huc adhibete auris quae ego loquar, plagigera genera hominum.
Numquam edepol uostrum durius tergum erit quam terginum hoc meum est.
Quid nunc? doletne? Em sic datur, si quis erum seruos spernit.
Adsistite omnes contra me et quae loquor aduortite animum.
Tu qui urnam habes, aquam ingere; face plenum ahenum sit coco.
Te cum securi caudicali praeficio prouinciae.

Lorarius

At haec retunsast.

Ballio

Sine siet; itidem uos estis plagis:
Num qui minus ea gratia tamen omnium opera utor?
Tibi hoc praecipio ut niteant aedes; habes quod facias; propera, abi intro.
Tu esto lectisterniator. Tu argentum eluito, idem exstruito.
Haec, quom ego a foro reuortar, facite ut offendam parata,
Uorsa sparsa tersa strata lauta structaque omnia ut sint.
Nam mihi hodie natalis dies est; decet eum omnis concelebrare.

---

151 Hoc uideas alias *A*, Hoc uide sis ut auas *B*, hoc uidisset sis at alias *C* 152 *post 153 ponit A* 153 qua *B* hoc *om. A* 154 Qui *BC* 155 me eque *C*, me . quo *B* 156 igere *A* scito *B*, cito *C* 158 LO. *om.* BA. *om. C* uos quoque estis plagis omnes 160 abi *om. C* 162 eo reuortor offenda *C* 163 Uorsas praster gastrata *BC* lautaque coctaque omnia sunt *C* 164 omnis uos concebrare *B*

[Pernam callum glandium sumen facito in aqua iaceant; satin audis?]
Magnifice uolo me summos uiros accipere, ut mihi rem esse reantur.
Intro abite atque accelerate, ne mora quae sit, coquos quom ueniat.
Ego eo in macellum, ut piscium quidquid sit pretio praestinem.
I, puere, prae; ne quisquam pertundat cruminam cautio est.
Uel opperire; est quod domi dicere paene oblitus fui.
Auditin? uobis, mulieres, hanc habeo edictionem.
Uos quae in munditiis mollitiis deliciisque aetatulam agitis
Uiris cum summis, inclutae amicae, nunc ego scibo atque hodie experiar,
Quae capiti, quae uentri operam det, quae suae rei, quae somno studeat;
Quam libertam fore mihi credam et quam uenalem, hodie experiar.
Facite hodie ut mihi munera multa huc ab amatoribus conueniant;
Nam nisi mi annuus penus hodie datur, cras populo prostituam uos.
Natalem scitis mihi esse diem hunc; ubi isti sunt quibus uos oculi estis,
Quibus uitae, quibus deliciae estis, sauia, mammillae, mellillae?
Manipulatim munerigeruli facite ante aedis iam mihi adsint.
Cur ego uestem aurum atque ea quibus est uobis usus praehibeo? Quid

165 Paternā *C* gallum 166 Magnūfic *A* 167 atque haec cito celebrate ueniat mihi 168 est praesentinem 170 fui oblitus 174 capitis quaeque suae summo *C* 177 nisi penus annuus hodie conuenit prosituauos *B* 178 sitis 179 estis quibus sauia mamilla mellill *A*, mellitae *BC* 180 Manipulatim mihi munigeruli *C* iam hic adsint 181 usui perhibeo *C*

Mihi domi nisi malum uostra opera est, inprobae, uini modo cupidae?
Eo uos uostros pantices madefacitis, quom ego sim siccus.
Nunc adeo hoc factu est optumum, ut nomine quemque appellem suo,
Ne dictum esse actutum sibi quaepiam uostrarum mihi neget.
Aduortite animum cunctae.
Principio, Hedylium, tecum ago, quae amica es frumentariis,
Quibus, quanti montes maxumi, frumenti acerui sunt domi;
Face sis sit delatum huc mihi frumentum, hunc annum quod satis
Mihi et familiae omni sit meae, usque adeo ut frumento afluam,
Ut ciuitas nomen mihi conmutet meque ut praedicet
Lenone ex Ballione regem Iasonem.

Calidorus

Audin, furcifer quae loquitur? Satin magnificus tibi uidetur?

Pseudolus

Pol iste, atque etiam malificus;
Sed tace atque hanc rem gere.

Ballio

Aeschrodora, tu quae amicos tibi habes lenonum aemulos
Lanios, qui item ut nos iurando iure malo male quaerunt rem, audi:

---

182 mihi *superiori versui adiungitur.* hodie inprobe uino cupidae estis *B*, cupide estis *C* 183 panticesque adeo madefactatis *A*, madefactis *C* simihicsiccus *A*, sim hic siccus *BC* 184 factum est quamqu . nomine *A* 185 Nec actuum *C* 186 *continuatur cum antecedenti.* 187 hedyllum *B*, hedillum *C* 188 Quibus cunctis acerui frumenti *BC* 190 et malitiae meae *A*, etiam familiae *BC* atque adeo 191 me quae *B* 193 E. *B*, *om. C* quae loquitur *om. A* 194—95 *uno versu B* 196 BA. *om. C* aemolos *A* 197 male *om. BC*

Nisi carnaria tria grauida tegoribus onere uberi hodie
Mihi erunt, cras te, quasi Dircam olim, ut memorant, duo gnati Iouis
Deuinxere ad taurum, item ego te distringam ad carnarium;
Id tibi profecto taurus fiet.

Calidorus

Nimis sermone huius ira incendor.

Pseudolus

Huncine hic hominem pati
Colere iuuentutem Atticam?
Ubi sunt, ubi latent quibus aetas integra est, qui amant a lenone?
Quin conueniunt? quin una omnes peste hac populum hunc liberant?
Sed nimis sum stultus, nimis fui
Indoctus; illine audeant id facere, quibus ut seruiant
Suus amor † cogit; simul prohibebit faciant aduorsum eos quod solent.

Calidorus

Tace.

Pseudolus

Quid est?

Calidorus

Male facis mihi, quom sermoni huius obsonas.

Pseudolus

Taceo.

Calidorus

At taceas malo multo quam tacere te autumes.

---

198 togeribus *A* onere ubere *A*, oner iuberi *BC* 200 item hodie stringam *BC* 201 profectos *A* 202—3 *uno versu B* 203 iuuenem *C* 205 Qui *B* omnis *B* hinc *A* *Ante* 206 *in A duo versus fuerunt, prior a* Sed, *alter a* Uah *incipiens.* 206 Sed *om. A* nimius stultus *A* nimium *BC* 207 *duobus versibus A* Inductus *A* ne illi *BC* 208 prohibet *BC* nolunt *BC* 209 Uah tace *BC* male morigerus male *BC* quo *A* huic *BC* 210 tacere te dicas. B. tu autem

Ballio

Xystilis, fac ut animum aduortas, quoius amatores oliui
Dynamin domi habent maxumam:
Si mihi non iam huc culleis
Oleum deportatum erit,
Te ipsam culleo ego cras faciam ut deportere in pergulam.
Ibi tibi adeo lectus dabitur, ubi tu haud somnum capias, sed ubi
Usque ad languorem —; tenes,
Quorsum haec tendant quae loquor.
[Ain excetra tu, quae tibi amicos tot habes tam probe oleo onustos?
Num quoipiam est hodie tua tuorum opera conseruorum
Nitidiusculum caput? aut num ipse pulmento utor magis
Unctiusculo? sed scio, tu oleum haud magni pendis; uino
Te deungis sine modo.
Reprehendam hercle ego cuncta una opera, nisi quidem hodie haec omnia
Facis *effect*a quae loquor.]
Tu autem, quae pro capite argentum mihi iam iamque semper numeras,
Quae pacisci modo scis, sed quod pacta es non scis soluere,
Phoenïcium, tibi ego haec loquor, deliciae summatum uirum:
Nisi hodie mihi ex fundis tuorum amicorum omne huc penus adfertur,
Cras, Phoenicium, poeniceo corio inuises pergulam.

---

211 xittilis quouis *BC* 212 domo *A* 213 huic cullius *BC* 214 erit *om. BC* 215 faciem *B* 216 hau *A*, aut *BC* 218 quose 219 En excetra *BC* honestos *A* 220 cupiam *BC* etua *BC* 221 Nitidissimum *BC* 223 deuincis *BC* 224 ego cuncta hercle *BC* hodie tu omnia *BC* 225 scelesta haec ut loquor *B*, cælestia hae ut loquor *C* 226 sepe *BC* 227 Ea scisset quo *C* 228 Phenitium hæc ego *BC* 230 phoenici phoenicio *B*, phoenicio *C* inuisus *A*

Calidorus
Pseudole, non audis quae hic loquitur?

Pseudolus
Audio, ere, equidem atque animum aduorto.

Calidorus
Quid mihi es auctor huic ut mittam, ne amicam hic meam prostituat?

Pseudolus
Nihil curassis; liquido es animo; ego pro me et pro te curabo,
Iam diu ego huic bene et hic mihi uolumus; ea amicitia est antiqua;
Mittam hodie huic suo natali die malam rem magnam et maturam.

Calidorus
Quid opus est?

Pseudolus
Potin aliam rem ut cures?

Calidorus
At

Pseudolus
Bat.

Calidorus
Crucior.

Pseudolus
Cor dura.

Calidorus
Non possum.

Pseudolus
Fac possis.

Novam scenam incipiunt BC, hic spatio relicto, ille cum titulo: CALIDORUS ADULESCENS PSEUDOLUS SERVUS BALLIO LENO

231 audi cere *BC* 233 Bene curassis *BC* 234 mihi hic uolimus *A* et 235 Mittam ego hodie *A* die natalio *B*, die natalicio *C*

Calidorus

Quonam pacto possim uincere animum?

Pseudolus

In rem quod sit praeuortaris qua*m* in re aduorsa animo auscultes.

Calidorus

Nugae istaec sunt; non iucundum est, nisi amans facit stulte.

Pseudolus

Pergin?

Calidorus

O Pseudole mi, sine sim nihili.

Pseudolus

Mitte me sis; sine modo, Ego abeam.

Calidorus

Mane, iam ut uoles me esse, ita ero.

Pseudolus

Nunc tu sapis.

Ballio

It dies; ego mihi cesso. I prae, puere.

Calidorus

Heus! Abiit; quin reuocas?

Pseudolus

Quid properas? Placide.

Calidorus

At prius quam abeat.

Ballio

Quid, malum, tam placid*e* is, puere?

---

238 PS. *om.* *C* qua aduerso *C* 239 CA. *om.* *C* iocundum est *C* 240 P. sine. C. modo ego 241 Ego *om.* mane mane ergo 242 concesso *C* 243 Quod *B* habeat quod hoc malum placidis

Pseudolus

Hodie nate, heus, hodie nate, tibi ego dico; heus hodie nate,
Redi et respice ad nos; tametsi occupatum
Moramur, mane; em, conloqui qui uolunt te.

Ballio

Quid hoc est? quis est qui moram mihi occupato
Molestam optulit?

Pseudolus

Qui tibi sospitalis
Fuit.

Ballio

Mortuust, qui fuit; qui sit usust.

Pseudolus

Nimis superbe.

Ballio

Nimis molestu's.

Calidorus

Reprehende hominem; adsequere.

Ballio

I, puere.

Pseudolus

Occedamus hac ob uiam.

Ballio

Iuppiter te
Perdat, quisquis es.

Pseudolus

Te uolo.

Ballio

At nolo ego ambos.
Uorte hac te, puere.

---

244 PS. *om.* 245 ocupatus 246 est 247 mihi *om. C* 248 Quid tibi sospitali 249 mortuus est qui situssus est 251 accedamus ac 252 P. perdat *B* at uos ego

Pseudolus

Non licet conloqui te?

Ballio

At mihi non lubet.

Calidorus

Sin tuam est quippiam in rem?

Ballio

Licetne, obsecro, bitere an non licet?

Calidorus

Uah,

Manta.

Ballio

Omitte.

Calidorus

Ballio, audi.

Ballio

Surdus sum profecto inani. Logi *istaec*.

Calidorus

Dedi, dum fuit.

Ballio

Non peto quod dedisti.

Calidorus

Dabo, quando erit.

Ballio

Ducito, quando habebis.

Calidorus

Eheu, quam ego malis perdidi modis
Quod tibi detuli et quod dedi.

Ballio

Mortua

Uerba re nunc facis; stultus es, rem actam agis.

---

254 est *om.* *C* 255 uiuere CA. *om.* 256 P. omitte *C* 257 inani logistæ. 259 dicito *B* 260 He heu 262 magis

Pseudolus

Nosce saltem hunc quis est.

Ballio

Iam diu scio qui fuit; nunc qui sit ipsus sciat. Ambula tu.

Pseudolus

Potin ut semel modo, Ballio, huc cum lucro respicias?

Ballio

Respiciam istoc pretio; nam si sacrificem summo Ioui
Atque in manibus exta teneam ut porriciam, interea loci
Si lucri quid detur, potius rem diuinam deseram.
Non potest pietati obsisti huic, ut res sunt ceterae.

Pseudolus

Deos quidem, quos maxume aequom est metuere, eos minumi facit.

Ballio

Conpellabo. Salue multum, serue Athenis pessume.

Pseudolus

Di te deaeque ament uel huius arbitratu uel meo;
Uel, si dignu's alio pacto, neque ament nec faciant bene.

Ballio

Quid agitur, Calidore?

Calidorus

Amatur atque egetur acriter.

Ballio

Misereat, si familiam alere possim misericordia.

---

264 dius qui estis *BC* ipsius *C* 265 hunc 267 poritiam 268 de stram *B*, dextram *C* 269 P. Non *B* potes *BC* 270 PS. *om.* quod *C* minime *C* 273 a mente 275 misereatur *C*

Pseudolus

Heia, scimus nos quidem te qualis sis; ne praedices.
Sed scin quid nos uolumus?

Ballio

Pol ego prope modum: ut male sit mihi.

Pseudolus

Et id et hoc quod te reuocamus; quaeso animum aduorte.

Ballio

Audio.
Atque in pauca, ut occupatus nunc sum, confer quid uelis.

Pseudolus

Hunc pudet, quod tibi promisit, quamquam id promisit diu,
Quia minas uiginti tibi pro amica non etiam dedit.

Ballio

Nimio id quod pudet facilius fertur quam illud quod piget.
Non dedisse istunc pudet; me quia non accepi piget.

Pseudolus

At dabit, parabit; aliquos hos dies manta modo;
Nam id hic metuit, ne illam uendas ob simultatem suam.

Ballio

Fuit occasio, si uellet, iam pridem argentum ut daret.

Calidorus

Quid si non habui?

Ballio

Si amabas, inuenires mutuum:
Ad danistam deuenires, adderes faenusculum;
Surruperes patri.

276 simus 277 uolumus *om. C* prope modo *BC* 278 id ae hoc *C* BA. *om* 279 confer sum *C* 280 B. *B*, *om. C* die 283 dedissetis tum *BC* 284 aliquod 285 hic it *BC* 286 prid & *C*. di prid& *B* 287 iam abas *B*, iam habes *C* tuum *BC* 289 Surripuisses *BC*

Pseudolus

Surruperet hic patri, audacissume?
Non periclum est ne quid recte monstres.

Ballio

Non lenonium est. 290

Calidorus

Egon patri surrupere possim quicquam, tam cauto seni?
Atque adeo, si facere possem, pietas prohibet.

Ballio

Audio;
Pietatem ergo istam amplexator noctu pro Phoenicio.
Sed quom pietate*m te* amori uideo tuo praeuortere,
Omnes *homines* tibi patres sunt? nullus est tibi quem roges
Mutuum argentum?

Calidorus

Qui*n* nomen quoque iam interiit mutuum. 296

Ballio

Heus tu, postquam hercle isti a mensa surgunt satis poti uiri,
Qui suum repetunt, alienum reddunt nato nemini,
Postilla omnes cautiores sunt, ne credant alteri.

Calidorus

Nimis miser sum; nummum nusquam reperire argenti queo;
Ita miser et amore pereo et inopia argentaria. 301

Ballio

Emito die caeca hercle oliuom, id uendito oculata die;
Iam hercle uel ducentae possunt fieri praesentes minae.

---

290 periculum est *BC* monstret *B* lenonius est 291 quicquam quā tam 292 possim *C* 293 *post 297 ponit A.* pheniceo *C* 294—96 *om. A* 294 cum pietate amoru u dèo *B* 295 Omnis *B* homines *om.* 296 Metuum CA. *om. C* qui interit *C* 297 saturi poti *BC* 298 redeunt *B* nemine *B* 299 Ab alienis cautiores *BC* nec reddant *BC* 300 miserum *A* repperire *BC* argentiq; hoc *C* 301 argenteria *B* 302 eme *AB*, et me *C* diae *B* 303 fieri possunt *BC*

Calidorus

Perii, annorum lex me perdit quinauicenaria;
Metuunt credere omnes.

Ballio

Eadem est mihi lex; metuo credere.

Pseudolus

Credere autem? eho, an paenitet te, quanto hic fuerit usui?

Ballio

Non est usu quisquam amator nisi qui perpetuat data.
Det, det usque; quando nihil sit, simul amare desinat.

Calidorus

Nihilne te miseret?

Ballio

Inanis cedis; dicta non sonant.
Atque ego te uiuom saluomque uellem.

Pseudolus

Eho, an iam mortuust?

Ballio

Utut est, mihi quidem profecto cum istis dictis mortuust.
Ilico uixit amator, ubi lenoni supplicat.
Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia;
Nam istuc quod nunc lamentare, non esse argentum tibi,
Apud nouercam querere.

Pseudolus

Eho an umquam tu huius nupsisti patri?

Ballio

Di meliora faxint.

Pseudolus

Face quod te rogamus, Ballio,

---

304 annortum *BC* quina uiceria *B*, quinā uicenaria *C* 305 mihi est *A* 306 Eohan *C* me *C* 307 iustus quicquam *A* 308 Detque usque *BC* quando *om. B* 309 temet *BC* cedes 310 mortumst *A*, mortus est *B* 311 *om. C* quom *B* 312 placet *BC* 313 quom *B* 314 clametare este *B* 316 Di melius faciant *BC* fec hoc quod *BC* balho *B*, balcho *C*

Mea fide, si isti formidas credere. Ego in hoc triduo
Aut terra aut mari *aut* alicunde euoluam id argentum tibi.

Ballio

Tibi ego credam?

Pseudolus

Cur non?

Ballio

Quia pol, qua opera credam tibi,
Una opera adligem fugitiuam canem agninis lactibus.

Calidorus

Sicin mihi abs te bene merenti male refertur gratia?

Ballio

Quid nunc uis?

Calidorus

Ut opperiare sex dies aliquos modo,
Ne illam uendas neu me perdas hominem amantem.

Ballio

Animo bono es;
Uel sex mensis opperibor.

Calidorus

Euge, homo lepidissume.

Ballio

Immo uin etiam te faciam ex laeto laetantem magis?

Calidorus

Quid iam?

Ballio

Quia enim non uenalem iam habeo Phoenicium.

Calidorus

Non habes?

---

318 aut *om.* 319 operas 320 tactibus *A* 322 BA. *om. C* dies saltem modo *BC* 323 ne perdas me *C* bono animo es *C* 325 uim *B* 326 iam *om. C*, . . m *B*

Ballio

Non hercle uero.

Calidorus

Pseudole, arcesse hostias,
Uictumas, lanios, ut ego huic sacrificem summo Ioui;
Nam hic mihi nunc est multo potior Iuppiter quam Iuppiter.

Ballio

Nolo uictumas; agninis me extis placari nolo.

Calidorus

Propera: quid stas? arcesse agnos; audin quid ait Iuppiter?

Pseudolus

Iam hic ero; uerum extra portam mi etiam currendum est prius.

Calidorus

Quid eo?

Pseudolus

Lanios inde arcessam duo cum tintinnabulis;
Eadem duo greges uirgarum inde ulmearum adegero,
Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Ioui.

Ballio

I in malam crucem.

Pseudolus

Istuc ibit Iuppiter lenonius.

Ballio

Ex tua re non est ut ego emoriar.

Pseudolus

Qui dum?

Ballio

Sic: quia,

327 uero opseudole arcessi *BC*, accers. *A* 328 laniosus tego *B*. laniosus te ego *C* 329 queam *BC* 330 BA. *om.* ac ninis *B*, acnimis *C* 331 CA. *om.* ei accerse *A* 332 PS. *om.* currendust *B*, currendus ē *C* 333 duos 335 satius *C* 335 *sq.* Ioui in *BC* 336 istic 337—38 *ponuntur post 340* BA. *om.* C. quidum? P.

Si ego mortuus sim, Athenis te sit nemo nequior.
Ex tua re est ut ego emoriar.

Calidorus

Qui dum?

Ballio

Ego dicam tibi:
Quia edepol, dum ego uiuos uiuam, numquam eris frugi bonae.

Calidorus

Dic mihi, obsecro hercle, uerum serio, hoc quod te rogo:
Non habes uenalem amicam tu meam Phoenicium?

Ballio

Non edepol habeo profecto; nam iam pridem uendidi.

Calidorus

Quo modo?

Ballio

Sine ornamentis, cum intestinis omnibus.

Calidorus

Meam tu amicam uendidisti? Quanti?

Ballio

Uiginti minis.

Calidorus

Uiginti minis?

Ballio

Utrum uis, uel quater quinis minis,
Militi Macedonio; et iam quindecim habeo minas.

Calidorus

Quid ego ex te audio?

Ballio

Hoc, amicam tuam esse factam argenteam.

---

338 ergo *C* emortus *B*, emortuus *C* nequor *B* 339 re non est *BC* P. Qui dum? C. 340 uius *B* 341 P. rogo est *BC* 343 BA. *om.* abeo *C* 344 testinis *B* 345 uendidisti? B. ualde 346 CA. *om.* *C* 348 hoc *om.*

Calidorus

Cur id ausu's facere?

Ballio

Lubuit; mea fuit.

Calidorus

Eho, Pseudole,

I, gladium adfer.

Pseudolus

Quid opus gladio?

Calidorus

Qui hunc occidam atque *enicem.*

Pseudolus

Quin tu te occidis potius? nam hunc fames iam occiderit.

Calidorus

Quid ais? quantum terra*m* tetigit hominum periurissume,
Iurauistin te illam nulli uenditurum nisi mihi?

Ballio

Fateor.

Calidorus

Nempe conceptis uerbis?

Ballio

Etiam consultis quoque.

Calidorus

Periurauisti, sceleste.

Ballio

At argentum intro condidi.
Ego scelestus nunc argentum promere possum domo;
Tu qui pius es, istoc genere gnatus, nummum non habes.

---

349 CA. *om.* *C* Qur *AB* P. libuit 349 Ei *A*, Et *C* adfert *B* occidar *B* atque me 351 occides *C* postius *B* 352 terra tegit *BC* 353 iurauistincte *C* 354 consulis *BC*, consutis *A* 355 CA. *om.* 357 pius sistoc *BC* nummus *A*

Calidorus

Pseudole, adsiste altrinsecus atque onera hunc maledictis.

Pseudolus

Licet.

Numquam ad praetorem aeque cursim curram, ut emittar manu.

Calidorus

Ingere mala multa.

Pseudolus

Iam ego te differam dictis meis.

Inpudice.

Ballio

Ita est.

Calidorus

Sceleste.

Ballio

Dicis uera.

Pseudolus

Uerbero.

Ballio

Quippini?

Calidorus

Bustirape.

Ballio

Certo.

Pseudolus

Furcifer.

Ballio

Factum optume.

---

358 CA. *om.* adsistera trinsecus 359 atque lite mittas manus 360 CA. *om.* 361 P. sceleste dices *BC* 362 quid pini *B* certe C. *BC* factā

Calidorus

Sociufraude.

Ballio

Sunt mea istaec.

Pseudolus

Parricida.

Ballio

Perge tu.

Calidorus

Sacrilege.

Ballio

Fateor.

Pseudolus

Periure.

Ballio

Uetera uaticinamini.

Calidorus

Legirupa.

Ballio

Ualide.

Pseudolus

Pernicies adulescentum.

Ballio

Acerrume.

Calidorus

Fur.

Ballio

Babae.

Pseudolus

Fugitiue.

Ballio

Bombax.

Calidorus

Fraus popli.

---

363 Sociofraude *BC* meaec ista *BC* 364 P. sacrilege C. periure 365 Permities *A*, Permilies *BC* 366 bompax *C* populi

Ballio

Planissume.

Pseudolus

Fraudulente.

Calidorus

Inpure leno.

Pseudolus

Caenum.

Ballio

Cantores probos.

Calidorus

Uerberauisti patrem atque matrem.

Ballio

Atque occidi quoque
Potius quam cibum praehiberem; num peccaui quidpiam?

Pseudolus

In pertusum ingerimus dicta dolium; operam ludimus.

Ballio

Num quid aliud etiam uoltis dicere?

Calidorus

Ecquid te pudet?

Ballio

Ten*e* amatorem esse inuentum inanem quasi cassam nucem?
Uerum quamquam multa malaque in me dixistis impi*a*,
Nisi mihi huc adtulerit miles quinque quas debet minas —
Sicut haec est praestituta summa ei argento dies —
Si id non adfert, posse opinor facere me officium meum.

---

367 fraudalente *C* . C. cenum *BC* 369 prehibere *B* 370 inpertus sum ingerrimus *C* docta *B* 371 Nunc quid alium *BC* Haec . . id *A*, ecqui *BC* 372 Ten *A*, Te *BC* 373 Sed *BC* dicta dixistis mihi *BC* 374 huc *om.* *BC* mites 375 summa . i *A*, summæ *B*, summe *C* 376 is non aderit *BC* me *om.* *BC*

Calidorus

Quid id est?

Ballio

Si tu argentum adtuleris, cum illo perdidero fidem;
Hoc officium meum est. Mihi operae si sit, plus tecum loquar;
Sed sine argento frustra es, qui me tui misereri postulas.
Haec mea est sententia, ut tu hinc porro quid agas consulas.

Calidorus

Iamne abis?

Ballio

Negoti nunc sum plenus.

Pseudolus

Paulo post magis.
Illic homo meus est, nisi omnes di me atque homines deserunt.
Exossabo ego illum simulter itidem ut muraenam coquos.
Nunc, Calidore, te mihi operam dare uolo.

Calidorus

Ecquid inperas?

Pseudolus

Hoc ego oppidum admoenire, ut hodie capiatur, uolo.
Ad eam rem usust homine astuto, docto, cauto et callido,
Qui inperata ecfecta reddat, non qui uigilans dormiat.

Calidorus

Cedo mihi, quid es facturus?

---

377 quom *B* perdiderim *BC* 378 meum est officium *BC* m . . . *A*, ego *BC* opera *A* 379 est quod *BC* 380 sententia meast *A* postulas *A* 381 CA. *om. C* habis negotii *BC* nunc *om. C* B. paulo *C* 383 similiter ego illum *BC* murtenam *C* quoquos *AB*, quoquis *C* 384 Sed nunc *BC* Caludore *A* operam mihi te *BC* quid *B* 387 usus est *A* hominem astutum doctum scitum et callidum *BC* 387 imperat haec facta *C* 388 est *BC*

Pseudolus

Temperi ego faxo scies.
Nolo bis iterari; sat sic longae fiunt fabulae.

Calidorus

Optumum atque aequissumum oras.

Pseudolus

Propera, adduc hominem cito.

[*Calidorus*

Pauci ex multis sunt amici, homini qui certi sient.

Pseudolus

Ego scio istuc; ergo utrumque tibi nunc dilectum para
Atque ex multis exquire illis unum qui certus siet.]

Calidorus

Iam hic faxo aderit.

Pseudolus

Potin ut abeas? tibi moram dictis creas.

PSEUDOLUS SERUOS DU

Postquam illic hinc abiit, tu adstas solus, Pseudole.
Quid nunc acturu's. postquam erili filio
Largitu's dictis dapsilis lubentias?
Quoi neque parata gutta certi consili,
Neque exordiri primum unde occipias habes
Neque ad detexundam telam certos terminos.

---

tempori *BC* 390 adhuc *BC* scito *C*, celeriter *A* 391 CA. *om.* multi *A* certe qui *A* 392 C. Ego istunc ergo *A*, istuc P. ergo *BC* utrimque *BC* delectum *A* 393 Atque *post* multis *ponit A*, *om. BC* illis amicis *A* certust cedo *A* 394 CA. *om. C* PS. *om.* 397 ubi sunt ea?
398 Qui *BC* Quoi nec parati est quicquam certi consili *A*, *ubi sequitur versus:* Neque adeo argenti neque nunc quid faciam scio.
399 accipias habeas *C*

Sed quasi poeta, tabulas quom cepit sibi,
Quaerit quod nusquam est gentium, reperit tamen,
Facit illud ueri simile quod mendacium est,
Nunc ego poeta fiam; uiginti minas,
Quae nusquam nunc sunt gentium, inueniam tamen.
[Atque ego huic iam pridem me daturum dixeram
Ac uolui inicere tragulam in nostrum senem;
Uerum is nescio quo pacto praesensit prius.]
Sed conprimenda est uox mihi atque oratio;
Erum eccum uideo huc Simonem una simul
Cum suo uicino Calliphone incedere.
Ex hoc sepulcro uetere uiginti minas
Ecfodiam ego hodie, quas dem erili filio.
Nunc huc concedam, ut horum sermonem legam.

SIMO CALLIPHO, SENES DUO
PSEUDOLUS SERUOS. DU.

Simo

Si de damnosis aut si de amatoribus
Dictator fiat nunc Athenis Atticis,
Nemo antecedat filio credo meo.
Ita nunc per urbem solus sermoni omnibust.
Eum uelle amicam liberare et quaerere
Argentum ad eam rem, hoc alii mihi renuntiant,
Atque id iam pridem sensi et subolebat mihi,
Sed dissimulabam.

---

401 tabulas concepit *C* 402 si gentium *BC*, gentium est *A* repperit *BC* 403 Fecit *B* 404 minae *BC* 405 nunc nusquam *A* 407 At incipere *BC* 409 conprimunda uox mihi atque oratio est *A* 410 uerum *C* 410 Quom *B*. quem *C*
SIMO CALLIPHO PSEUDOLUS *A*
415 aut de *BC* 418 solu *B* sermone est omnibus *BC* 421 Atque hoc *A* et *om.* *C* subolet *BC* 422 *om.* *BC*

Pseudolus

Iam illi notust filius;
Occisa est haec res, haeret hoc negotium.
Quo in conmeatum uolui argentarium
Proficisci, ibi nunc oppido obsaepta est uia.
Praesensit; nihil est praedae praedatoribus.

Callipho

Homines qui gestant quique auscultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant,
Gestores linguis, auditores auribus.
Nam istaec quae tibi renuntiantur, filium
Te uelle amantem argento circumducere,
Fors fuat an istaec dicta sint mendacia.
Sed si sint ea uera, ut nunc mos est, maxume,
Quid mirum fecit, quid nouom, adulescens homo
Si amat, si amicam liberat?

Pseudolus

Lepidum senem.

Simo

Uetus nolo faciat.

Callipho

At enim nequiquam neuis;
Uel tu ne faceres tale in adulescentia.
Probum patrem esse oportet, qui gnatum suum
Esse probiorem quam ipsus fuerit postulet.
Nam tu quod damni et quod fecisti flagiti
Populo uiritim potuit dispertirier.
Id nunc mirare, si patrissat filius?

---

424 Quin commeatum uolui 425 opsa eptastula *BC* 426 CA. *om. C* sauribus *B* 430 istae *C* 432 Forsitan ea tibi *BC* sunt *C* 433 ea uero sunt *BC* mos *om. C* maxume tibi renuntiant *A* 434 noum *A* 435 PS. *om. C* 436 nequi at enim quam *A* 442 ne tu mirari

Pseudolus

Ω Ζεῦ, quam pauci estis homines commodi! Em,
Illic est pater, patrem esse ut aequom est filio.

Simo

Quis hic loquitur? Meus est hic quidem seruos Pseudolus.
Hic mihi conrumpit filium, scelerum caput;
Hic dux, hic illi est paedagogus; hunc ego
Cupio excruciari.

Callipho

Iam istaec insipientia est,
Iras in promptu gerere; quanto satius est
Adire blandis uerbis atque exquirere,
Sintne illa necne sint quae tibi renuntiant.
Bonus animus in mala re dimidium est mali.

Simo

Tibi auscultabo.

Pseudolus

Itur ad te, Pseudole;
Orationem tibi para aduorsum senem.
Erum saluto primum, ut aequom est; postea
Si quid superfit uicinos inpertio.

Simo

Salue. Quid agitur?

Pseudolus

Statur hic ad hunc modum.

Simo

Statum uide hominis, Callipho, quam basilicum.

---

444 pater *om. BC* equo 445 Si quis *BC* hic est 446 Scelerum caput hic corrupit mihi filium *A* 447 ille 448 insipientia si *BC* 449 Iram proptu *B* 450 exquaerere *A* 451 Sint *BC* negnes iniquæ *BC*, uera necne quae *A* 452 dimidiust *BC* 453 abscultabo *B* adie 454 aduersem *C* 458 SI. *om. B* qui ambas ilicum

Callipho

Bene confidenterque adstitisse intellego.

Pseudolus

Decet innocentem, qui sit atque innoxium
Seruom superbum esse apud erum potissumum.

Callipho

Sunt quae te uolumus percontari, quae quasi
Per nebulam nosmet scimus atque audiuimus.

Simo

Conficiet iam te hic uerbis, ut tu censeas
Non Pseudolum, sed Socratem tecum loqui.

Pseudolus

Ita est; iam pridem tu me spernis, sentio.
[Paruam esse apud te mihi fidem ipse intellego.]
Cupis me esse nequam; tamen ero frugi bonae.

Simo

Fac sis uaciuas, Pseudole, aedis aurium,
Mea ut migrare dicta possint quo uolo.

Pseudolus

Age loquere quiduis, tametsi tibi suscenseo.

Simo

Mihin domino seruos tu suscenses?

Pseudolus

Tam tibi
Mirum id uidetur?

Simo

Hercle qui, ut tu praedicas,

---

459 CA. *om.* *B* 460 innoxius 466 C. *B* 469 Fax *B* 470 dicia *B* 472 iam *BC* 473 id *om.* *A*

Cauendum est mihi abs te irato, atque alio tu modo
Me uerberare atque ego te soleo cogitas.
Quid censes?

Callipho

Edepol merito esse iratum arbitror,
Quom apud te parum est e*i* fidei.

Simo

Iam sic sine,
Iratus sit; ego ne quid noceat cauero.
Sed quid ais? quid hoc quod te rogo?

Pseudolus

Si quid uis, roga;
Quod scibo, Delphis tibi responsum dicito.

Simo

A*d*uorte ergo animum et fac sis promissi memor.
Quid ais? ecquam scis filium tibicinam
Meum amare?

Pseudolus

Ναὶ γάρ.

Simo

Liberare quam uelit?

Pseudolus

Καὶ τοῦτο ναὶ γάρ

Simo

E*c*quas uiginti minas
Per sycophantiam atque per doctos dolos
Paritas ut a me auferas?

Pseudolus

Abs te auferam?

---

475 tu *C* 477 parum ste fides sino 481 Auorte faxis promissis 482 P. Quid ais? S. ecquam *B* nae gar mea est qua *B* 484 C *B*, *om. C* Cetuton kaito itone gras *B*, ceuton kaito ito negaris *C* SI. *om. C* equas 486 a *om. C* te ego

Simo

Ita; quas meo gnato des, qui amicam liberet?
Fatere; dic καὶ τοῦτο ναι

Pseudolus

Καὶ τοῦτο ναί.

Callipho

Fatetur.

Simo

Dixin, Callipho, dudum tibi?

Calidorus

Memini.

Simo

Cur haec, tu ubi resciuisti ilico,
Celata me sunt? cur non resciui?

Pseudolus

Eloquar:
Quia nolebam ex me morem progigni malum.
Erum ut *suus* seruos criminaret apud erum.

Simo

Iuberes*ne* hunc praecipitem in pistrinum trahi?

Callipho

Num quid, Simo, peccatum est?

Simo

Immo maxume.
Desiste; recte ego meam rem sapio, Callipho.

---

487 quas a me cognato 488 Fateri di chaytoyna P. Chaitoyionai *B*, fateri Dichaytoyna chaitoyionai 489 calipho 490 resiuisti *B* 491 resiui eloquar 492 praegigni *C*, que gigni *B* 493 suus *om.* criminarit *C*, criminare it *B* 494 Si. *om.* Lubere pristrinum *B* 495 CA. *om.* peccatum est simo immo 496 S. Desiste *B*

[Pseudolus

Peccata mea sunt. Animum aduorte nunc iam,
Quapropter te expertem amoris nati habuerim.
Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.

Simo]

Non a me scibas pistrinum in mundo tibi,
Quom ea mussitabas?

Pseudolus

Scibam.

Simo

Cur non dictum est mihi?

Pseudolus

Quia illud malum aderat, istuc aberat longius;
Illud erat praesens, huic erat diecula.

Simo

Quid nunc agetis? nam hinc quidem a me non potest
Argentum auferri, qui praesertim senserim.
Ne quisquam credat nummum, iam edicam omnibus.

Pseudolus

Numquam edepol quoiquam supplicabo, dum quidem
Tu *uiuos* uiues; tu mihi hercle argentum dabis;
Abs te equidem sumam.

Simo

Tu a me sumes? Strenue!
Exsculpito mihi hercle oculum, si dedero.

497 S. Peccata 499 Pristrinum *B* inmundū 500 pristrinum B 501 eamus scitabas 502 Qui aliud *B*. Quid aliud *C* 503 dieculæ 504 C. Quid *B* 506 numnum *B* 507 Nunc quam 508 uinos *om.* 509 C. tu mea *B* P. strenue 510 S. Sex cludito *B*, Excludito *C*

Pseudolus

Dabis;
Iam dico ut a me caueas.

Simo

Certe edepol scio.
Si abstuleris, mirum et magnum facinus feceris.

Pseudolus

Faciam.

Callipho

Si non abstulerit, uirgis caedito.

Pseudolus

Sed quid si abstulero?

Simo

Do Iouem testem tibi,
Te aetatem inpune habiturum.

Pseudolus

Facito ut memineris.
Praedico, ut caueas; dico, inquam, ut caueas; caue.

Simo

Egone ut cauere nequeam, quoi praedi*ci*tur?

Pseudolus

Em, istis mihi tu hodie manibus argentum dabis.

Callipho

Edepol mortalem graphicum, si seruat fidem.

Pseudolus

Seruitum tibi me abducito, ni fecero.

---

511 C. Certe 512 absitteris *B* feceris facinus *C* 513 Faciam. S. si *B*, Faciam si *C* abstuleris 514 PS. *om.* 516 *proximo postponitur.* 517 præditur 518 ut

Simo

Bene atque amice dicis; nam nunc quidem meu's.

Pseudolus

Uin etiam dicam quod uos magis miremini?

Callipho

Studeo hercle audire; nam ted ausculto lubens.

[Simo

Age dum; nam satis lubenter te ausculto loqui.]

Pseudolus

Prius quam istam pugnam pugnabo, ego etiam prius
Dabo aliam pugnam claram et conmemorabilem.

Simo

Quam pugnam?

Pseudolus

Em, ab hoc lenone uicino tuo
[Per sycophantiam atque per doctos dolos]
Tibicinam illam tuus quam gnatus deperit,
Ea circumducam lepide lenonem; et quidem
Ecfectum hoc hodie reddam utrumque ad uesperum.

Simo

Si quidem istaec opera, ut praedicas, perfeceris,
Uirtute re*g*i Agathocli antecesseris.
Sed si non faxis, num quid causa*e* est ilico
Quin te in pistrinum condam?

Pseudolus

Non unum *in* diem,
Uerum hercle in omnis, quantum est. Sed si ecfecero,
Dabin mihi argentum, quod dem lenoni, ilico
Tua uoluntate?

---

521 nunc nam meust   523 Studie   te dauscultu *B*, te auscultā *C*   524 P. *C*   525 C. *C*   526 commerabilem *B*   527 emabe *B*, eme ab *C*   529 tus quam natus *B*   530 lepidele nomen S. quid ē *B*, lepidule nomen S. quid e *C*   531 P. Effectum hodie hoc *B*   532 aut *C*   533 rei   534 causa est   535 pristrinum *B*   unum quidem diem modo   536 quantus est   537 lenon *B*

Callipho

Ius bonum orat Pseudolus.
'Dabo' inque.

Simo

At enim scin quid mihi in mentem uenit?
Quid si hisce inter se consenserunt, Callipho,
Aut de conpecto faciunt consutis dolis,
Qui me argento interuortant?

Pseudolus

Quis me audacior
Sit, si istuc facinus audeam? Immo sic, Simo:
Si sumus conpecti seu consilium umquam iniimus,
[De istac re aut si de ea re umquam inter nos conueniamus,
Quasi in libro quom scribuntur calamo litterae,]
Stilis me totum usque ulmeis conscribito.

Simo

Indice ludos nunc iam, quando lubet.

Pseudolus

Da in hunc diem operam, Callipho, quaeso mihi,
Ne quo te ad aliud occupes negotium.

Callipho

Quin rus ut irem iam heri *me*cum statueram.

Pseudolus

At nunc disturba quas statuisti machinas.

Callipho

Nunc non abire certum est istac gratia;
Lubido est ludos tuos spectare, Pseudole.
Et si hunc uidebo non dare argentum tibi
Quod dixit, potius quam id non fiat ego dabo.

540 se *om.* *C* conseserunt *B* 541 conpacto *C* 542 circumuertant 543 audeam facere *B*, audeam dicere *C* 544 conspectis lue *B*, conspecti siue *C* inimus 546 litterae calamo *C* 549 PS. *om.* B capho *B* 551 heri constitueram 554 Lubidost in ludos *A* 556 dixi *BC*

Simo

Non demutabo.

Pseudolus

Namque edepol, si non dabis,
Clamore magno et multo flagitabere.
Agite amolimini hinc uos intro nunc iam
Ac meis uicissim date locum fallaciis

Callipho

Fiat; geratur mos tibi.

Pseudolus

Sed te uolo
Domi usque adesse.

Callipho

Quin tibi hanc operam dico.

Simo

At ego ad forum ibo; iam hic ero.

Callipho

Actutum redi.

Pseudolus

Suspicio est mihi nunc uos suspicarier,
Me idcirco haec tanta facinora *his* promittere,
Quo uos oblectem, hanc fabulam dum transigam,
[Neque sim facturus quod facturum dixeram.
Non demutabo, atque etiam certum quod sciam.]
Quo id sim facturus pacto, nihil etiam scio,
Nisi quia futurum est; nam qui in scenam prouenit,
Nouo modo nouom aliquid inuentum adferre addecet;
Si id facere nequeat, det locum illi qui queat.
Concedere aliquantisper hinc mihi in*t*ro lubet,

557 SI. *om* 558 multom *B*, multum *C* flagit habere *B*, flagito abere *C* 559 amouemini *C* 561 Flat *B* nos *B*, Nos *C* PS. *om.* 562 CA. *om. C* 563 adero *BC* 565 facinora promittere *BC* 566 Quin *BC* 569 Cum *C* id *om. BC* 572 id *om. A* et *BC* 573 inro

Dum concenturio in corde sycophantias.
Statim reuortar; non ero uobis morae;
Tibicen uos interea hic delectauerit.

PSEUDOLUS.

Pro Iuppiter, ut mihi, quidquid ago, lepide omnia prospereque eueniunt,
Neque quod dubitem neque quod timeam, meo in pectore conditum est consilium!
[Nam ea stultitia est facinus magnum timido cordi credere;
Nam omnes res perinde sunt ut agas, ut eas magni facias.]
Nam ego [in meo pectore prius] ita paraui copias,
Duplicis triplicis dolos perfidias, ut, ubicumque hostibus congrediar —
Maiorum meum fretus uirtute dicam,
Mea industria et malitia fraudulenta —
Facile ut uincam, facile ut spoliem meos perduellis meis perfidiis.
Nunc inimicum ego hunc communem meum atque uostr*or*um omnium
Ballionem exballistabo lepide; date operam modo.
Hoc ego oppidum admoenire, ut hodie capiatur, uolo
Atque ad hoc meas legiones adducam. Si hoc expugno,
[Facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam]
Post ad oppidum hoc uetus continuo mecum exercitum
Protinus obducam; inde me
Et simul participes omnis meos praeda onerabo atque opplebo,

---

575 *om. BC* 576 intera *B* 577 PS. *om. C* ueniunt *BC* 579—81 *duobus vesibus* stultitia si *BC* 582 ubique *B* cum hostibus *BC* 583 Malorum meorum *BC* 584 Me *BC* fraudulentia *AB*, fraudulenti *C* 585 uincam facilem *A* perfidis *BC* 586 uostrum 588 hoc die 589 Atque ut hoc si expugno *A* 591—93 *duobus versibus*

Metum et fugam perduellibus meis esse me ut sciant natum.
Eo sum genere gnatus: magna me facinora decet ecficere,
Quae post mihi clara et diu clueant.
Sed hunc quem uideo, quis hic est, qui oculis meis ob uiam ignobilis obicitur?
Lubet scire quid hic uenerit cum machaera, et huic quam rem agat hinc dabo insidias.

HARPAX CACULA. PSEUDOLUS SERUOS.

Harpax

Hi loci sunt atque hae regiones, quae mihi ab ero sunt demonstratae,
Ut ego oculis rationem capio, quam mihi ita dixit erus meus miles,
Septumas esse aedis a porta, ubi ille habitet leno, quoi iussit
Symbolum me ferre et hoc argentum.
Nimis uelim certum qui id mihi faciat, Ballio leno ubi hic habitat.

Pseudolus

[St, tace tace; meus hic est homo, ni omnes di *me* atque homines deserunt.]
Nouo consilio nunc mihi opus est; noua res subito mihi haec obiecta est.
Hoc praeuortar principio; illa missa habeo quae ante agere occepi.
Iam pol ego hunc stratioticum nuntium aduenientem probe percutiam.

---

594 me esse ut sioant *B* 597 ignorabilis *BC* 598 uelit *BC* CACULA *et* SERUOS *om. A, totum titulum C* 600 Ui *B* 601 habitat cuius sit 602 mae *B* 603 Nimis uelim *antecedenti versui addit B* quid mihi *B* ballion 604 Sitace est hic *C* me *om.* 606 princirio *B* illa omnia missa

Harpax

Ostium pultabo atque intus euocabo aliquem foras.

Pseudolus

Quisquis es, conpendium ego te facere pultandi uolo;
Nam ego precator et patronus foribus processi foras.

Harpax

Tune es Ballio?

Pseudolus

Immo uero ego eius sum Subballio.

Harpax

Quid istuc uerbi est?

Pseudolus

Condus promus sum, procurator peni.

Harpax

Quasi te dicas atriensem.

Pseudolus

Immo atriensi ego inpero.

Harpax

Quid tu, seruosne es an liber?

Pseudolus

Nunc quidem etiam seruio.

Harpax

Ita uidere; et non uidere dignus qui liber sies.

Pseudolus

Non soles respicere te, quom dicis iniuste alteri?

Harpax

Hunc hominem malum esse oportet.

---

608 HA. *om. B* Hostium pul stabo *B* 609 putandi 610 peccator *B* 611 e oballio *B*, est oballio *C* 613 HA. *om.* atriensen *C* 616 dicas *BC*

Pseudolus

Di me seruant atque amant;
Nam haec mihi incus est; procudam ego hodie hinc multos dolos.

Harpax

Quid illic solus secum loquitur?

Pseudolus

Quid ais tu, adulescens?

Harpax

Quid est?

Pseudolus

Esne tu an non es ab illo militi Macedonio?
Seruos eius qui hinc a nobis est mercatus mulierem,
Qui argenti meo ero lenoni quindecim dederat minas,
Quinque debet?

Harpax

Sum. Sed ubi tu me nouisti gentium
Aut uidisti aut conlocutu's? nam equidem Athenas antidhac
Numquam adueni neque te uidi ante hunc diem umquam oculis meis.

Pseudolus

Quia uidere inde esse; nam olim, quom abiit, argento haec dies
Praestituta est, quoad referret nobis, neque dum re*t*tulit.

Harpax

Immo adest.

Pseudolus

Tune adtulisti?

618 procundam *C* 619 illi *C* secum solus *BC* quiais *C* 620 militite *B*, milite *C* macedonico *C* 622 ero meo *BC* minas dederat *C* 623 sed dubito me *C* 624 quidem *C* athenis *BC* 626 PS. *om. B* hic *BC* 627 retulit

Harpax

Egomet.

Pseudolus

Quid dubitas dare?

Harpax

Tibi ego dem?

Pseudolus

Mihi hercle uero, qui res rationesque eri
Ballionis curo, argentum accepto et quoi debet dato.

Harpax

Si quidem hercle etiam supremi promptes thensauros Iouis,
Tibi libellam argenti numquam credam.

Pseudolus

Dum tu sternuas,
Res erit soluta.

Harpax

Uinctam potius sic seruauero.

Pseudolus

Uae tibi! Tu inuentu's uero, meam qui furcilles fidem.
Quasi mihi non sescenta tanta soli soleant credier.

Harpax

Potest ut alii ita arbitrentur et ego ut ne credam tibi.

Pseudolus

Quasi tu dicas me te uelle argento circumducere.

Harpax

Immo uero quasi tu dicas quasique ego autem id suspicer.
Sed quid est tibi nomen?

---

629 Tibi hercle *A* diem *C* 630 accepto expenso et 631 suppremi *C* promptas *AB*, prompta *C* thesauros ioui *C* 632 PS. *om.* strenuas *BC* 633 P. Res uinciam *B*, untiam *C* 634 iuuentus *C* forcilles *B*, forcillas *C* 635 soli *om.* *C* 636 aui *BC* arbitentur *C*

Pseudolus

Seruos est huic lenoni Syrus;
Eum esse me dicam. Syrus sum.

Harpax

Syrus?

Pseudolus

Id est nomen mihi.

Harpax

Uerba multa facimus; erus si tuus domi est, quin prouocas,
Ut id agam quod missus huc sum. quidquid est nomen tibi?

Pseudolus

Si intus esset, euocarem. Uerum si dare uis mihi.
Magis solutum erit quam si ipsi dederis.

Harpax

At enim scin quid est?
Reddere hoc, non perdere, erus me iussit; nam certo scio
Hoc febrim tibi esse, quia non licet huc inicere ungulas;
Ego nisi ipsi Ballioni nummum credam nemini.

Pseudolus

At illic nunc negotiosust; res agitur apud iudicem.

Harpax

Di bene uortant! at ego, quando eum esse censebo domi,
Rediero; tu epistulam hanc a me accipe atque illi dato;
Nam istic symbolust inter erum meum et tuum de muliere.

Pseudolus

Scio equidem. Qui argentum adferret atque expressam imaginem

---

639 Surus *A*, Sirus *C* 640 Surus *bis A* 641 domi est tuus *C* 642 quo *BC* hic *BC* P. quicquid 643 PS. *om.* 644 erit solutum si *om. BC* sin *BC* 645 erus misit non *BC* ecerto *B* 646 febrin *BC* hoc *BC* 648 negotiosus est 649 censabo *B* 651 symbolumst *A*, simbolum est *BC* 652 equidem ut qui

Huc suam ad nos, cum eo aiebat uelle mitti mulierem;
Nam hic quoque exemplum reliquit eius.

Harpax

Omnem rem tenes.

Pseudolus

Quid ego ni teneam?

Harpax

Dato istunc symbolum ergo illi.

Pseudolus

Licet.
Sed quid est tibi nomen?

Harpax

Harpax.

Pseudolus

Apage te, Harpax; haud places.
Huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid harpax feceris.

Harpax

Hostis uiuos rapere soleo ex acie; ex hoc nomen mihi est.

Pseudolus

Pol te multo magis opinor uasa ahena ex aedibus.

Harpax

Non itast; sed scin quid te oro, Syre?

Pseudolus

Sciam, si dixeris.

---

653 Suam huc quom alebat *B* 653 reliquid HA *om.* 655 H. Quid P. dato ergo istum simbolum ergo *BC* PS. *om.* 656 arpax *B*, harparx *C* hapax *B* 657 hoc *C* audibis *A* intro ni *C*, *lacunam habet B* qui *B* 658 soleo acie *BC* 659 Poltem uito *BC* ahenea exscedibus *BC* 660 ista *A* sin *BC* orem *BC* Sure *A*, scyre *B*

Harpax

Ego deuortar extra portam huc in tabernam tertiam
Apud anum illam doliarem, claudam, crassam, Chrysidem.

Pseudolus

Quid nunc uis?

Harpax

Inde ut me arcessas, erus tuus ubi uenerit.

Pseudolus

Tuo arbitratu; maxume.

Harpax

Nam ut lassus ueni de uia,
Me uolo curare.

Pseudolus

Sane sapis et consilium placet.
Sed uide sis ne in quaestione sis, quando arcessam, mihi.

Harpax

Quin ubi prandero, dabo operam somno.

Pseudolus

Sane censeo.

Harpax

Num quid uis?

Pseudolus

Dormitum ut abeas.

Harpax

Abeo.

---

661 HA *om. B* deuortor 662 diabolia recludam *B*, dioboliare cludam *C* grassam chyrsidem *B* 663 accersas *A* 664 ar-
ato
bitrio *C* 665 nolo *BC* S. sane *B*, Sisane *C* 666 tibi *C* 668 Nunc quid

Pseudolus

Atque audin, Harpage?
Iube sis te operiri; beatus eris, si consudaueris.

C

Di inmortales, conseruauit me illic homo aduentu suo;
Suo uiatico redduxit me usque ex errore in uiam.
Namque ipsa Opportunitas non potuit mihi opportunius
Aduenire, quam haec adlata est mihi opportune epistula.
Nam haec adlata cornu copiae est, ubi inest quidquid uolo;
Hic doli, hic fallaciae omnes, hic sunt sycophantiae,
Hic argentum, hic amica amanti erili filio.
Atque ego nunc me ut gloriosum faciam et copi pectore,
Quo modo quidque agerem, ut lenoni surruperem mulierculam,
Iam instituta, ornata cuncta in ordine, animo ut uolueram,
Certa, deformata habebam; sed profecto hoc sic erit:
Centum doctum hominum consilia sola haec deuincit dea,
Fortuna. Atque hoc uerum est: proinde ut quisque fortuna utitur,
Ita praecellet atque exinde sapere eum omnes dicimus.
Bene ubi quoi quod scimus consilium accidisse, hominem catum
Eum esse declaramus, stultum autem illum, quo*i* uortit male.
Stulti haud scimus, frustra ut simus, quom quid cupienter dari
Petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere.
Certa mittimus, dum incerta petimus, atque hoc *e*uenit

---

668 Iubes siste *B*, iube si te *C* si consudaueris *om. B*, *add.* pseudolus *Ante* 670 SERUOS. C *B*, *om. C et sine intervallo A* 670 Diimortales *B* aduenienti *C* 671 reduxit *C* 672 Nam ıpsa mihi oportunitas *BC* nonportunitas potuit *C* mihi *om. BC* 673 cauata est *BC* 674 copiast 675 dolori falliciae *B* sunt hic sunt sicophanice *BC* 677 ut *om. BC* faciam ut copi *B*, faciam ut *C* 678 quique *BC* 681 hominem *B* sola *om. C* 684 ubi quid discimus cautum *C* 685 quo 686 scimus cum quod 687 syt *B* 688 uenit

In labore atque in dolore, ut mors obrepat interim.
Sed iam satis est philosophatum; nimis diu et longum loquor.
Di inmortales, aurichalco contra non carum fuit
Meum mendacium, hic modo quod subito conmentus fui,
Quia lenonis me esse dixi. Nunc ego hac epistula
Tris deludam, erum et lenonem et qui hanc dedit mihi epistulam.
Eugepae! Porro aliud autem quod cupiebam contigit:
Uenit eccum Calidorus; ducit nescio quem secum simul.

CALIDORUS, CHARINUS, ADULESCENTES II.
PSEUDOLUS SERUOS. C

Calidorus

Dulcia atque amara apud te sum elocutus omnia;
Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.

Charinus

Conmemini omnia; id tu modo, me quid uis facere, fac sciam.

Calidorus

Pseudolus mihi ita inperauit, ut aliquem hominem strenuum,
Beneuolentem adducerem ad se.

Charinus

Seruas inperium probe;
Nam et amicum et beneuolentem ducis. Sed istic Pseudolus
Nouos mihi est.

---

691 auricalco *A* 692 meum *om. C* 693 pepistula *B* 694 ludam *A* mihi dedit *C* 695 Euge par pari
CALIDORUS CHARINUS PSEUDOLUS *AC*
697 eloctus *C* 699 faciam *C* *Sequuntur in BC duo versus:*
CA. Quom hec tibi alia sum elocutus uis scires si scis de simbolo.
CH. Omnia inquam tu modo quid me facere uis fac ut sciam.
702 ducisse *B* istinc 703 Nouus si mihi est *BC*

Calidorus

Nimium est mortalis graphicus; heuretes mihi est;
Is mihi haec sese ecfecturum dixit quae dixi tibi.

Pseudolus

Magnifice hominem conpellabo.

Calidorus

Quoia uọx resonat?

Pseudolus

Io,
Te, io te, tyranne, te rogo qui inperitas Pseudolo.
Quaero quoi ter trina triplicia tribus modis tria gaudia.
Artibus tribus demeritas dem laetitias, de tribus
Fraude partas per malitiam, per dolum et fallacias.
In libello hoc obsignato haec adtuli pauxillulo.

Calidorus

Illic homo est; ut paratragoedat carnufex!

Pseudolus

Confer gradum
Contra pariter; porge audacter ad salutem brachium.

Calidorus

Dic utrum Spemne an Salutem te salutem, Pseudole.

Pseudolus

Immo utrumque.

Calidorus

Utrumque, salue. Sed quid actum est? Quid iubes?
Adtuli hunc.

---

704 His esse *BC* 705 sonat *BC* 706 Tete *A*, Iote tete *BC* turanne rogo *A* Pseudole *A*, Pseudoli *B*, Pseudolus *C* 707 quo iter *BC*, quoiper *A* modis me tria 708 tribus ter demeritas *BC* 709 malitiam et per *BC* fallaciam *BC* 710 obsignato ad te attuli *BC* 711 CH. Illic homo est. P. C. Confer 712 CA. Contra paliter. P. por claudaciter *B*, *lacuna est in C* bacchium *A* 713 spem neans matrem *BC* 714 actumst? P. quid times? 715 CA. Attuli hinc *BC*

Pseudolus

Quid, adtulisti?

Calidorus

Adduxi uolui dicere.

Pseudolus

Quis istic est?

Calidorus

Charinus.

Pseudolus

Euge, iam *Χαίρειν τοῦτον λέγω.*

Charinus

Q*u*in tu si quid opust mihi audacter inperas?

Pseudolus

Tam gratia est.

Bene sit tibi, Charine; nolo tibi molestos esse nos.

Charinus

Uos molestos mihi! Molestum est *id* quidem.

Pseudolus

Tum tu igitur mane.

Calidorus

Quid istuc est?

Pseudolus

Epistulam hanc modo intercepi et symbolum.

Calidorus

Symbolum? quem symbolum?

Pseudolus

Qui a milite adlatust modo.

Eius seruos qui hunc ferebat cum quinque argenti minis,

Tuam qui amicam hinc arcessebat, ei os subleui modo.

---

716 charytoιιonolω 717 CH. *om.* tu quicquid opus est *BC* P. tam graciam *B*, *om. C.* 718 sit charine *BC* 719 id *om.* tu *om. C* 720 CH. epistula *B* modo hanc *BC*, hanc *A* 721 CH. aliatust modo est *B*, alienatust modo est *C* 723 accersebat *A*, arcessabat *B*

Calidorus

Quo modo?

Pseudolus

Horum causa haec agitur spectatorum fabula;
Hi sciunt, qui hic adfuerunt; uobis post narrauero.

Calidorus

Quid nunc agimus?

Pseudolus

Liberam hodie tuam amicam amplexabere.

Calidorus

Egone?

Pseudolus

Tu istic ipsus, inquam, si quidem hoc uiue*t* caput;
Si modo mihi hominem inuenietis propere

Charinus

Qua facie?

Pseudolus

Malum
Callidum doctum, qui quando principium prehenderit,
Porro sua uirtute teneat quid se facere oporteat,
Atque qui hic non uisitatus saepe sit.

Charinus

Si seruos est,
Num quid refert?

Pseudolus

Immo multo mauolo quam liberum.

Charinus

Posse opinor me dare hominem tibi malum et doctum, modo
Qui a patre aduenit Carysto nec dum exit ex aedibus
Quoquam neque Athenas aduenit umquam ante hesternum diem.

---

724 fabule *B*, fabulæ *C* 726 amplexabero *C* 727 tute ego ipsus *BC* uiue 728. CA. Qua PS *om.* 731 Atque eum, qui non hic usitatus 732 Nunc quid *B* 733 CA. 734 exiit *BC* aediebus *B*

Pseudolus

Bene iuuas. Sed quinque inuentis opus est argenti minis
Mutuis, quas hodie reddam; nam huius mihi debet pater.

Charinus

Ego dabo; ne quaere aliunde.

Pseudolus

O hominem opportunum mihi.
Etiam opust chlamyde et machaera et petaso.

Charinus

Possum a me dare.

Pseudolus

Di inmortales, non Charinus mihi hic quidem est, sed Copia.
Sed iste seruos ex Carysto, qui hic adest, ecquid sapit?

Charinus

Hircum ab alis.

Pseudolus

Manuleatam tunicam habere hominem addecet.
Ecquid is homo habet aceti in pectore?

Charinus

Atque acidissumum.

Pseudolus

Quid, si opust ut dulce promat indidem, ecquid habet?

Charinus

Rogas?
Murrinam passum defrutum mellam mel quoiuismodi.
Quin in corde instruere quondam coepit pantopolium.

---

736 Iubas *BC* inuentus *C* 737 nam unam huius *BC* 738 CA. 739 opus te *B* chamyde mechaera *B* CH. *om.* 740 PS. *om.* Dii est *om. A* 741 isti *BC* hic qui aduenit *BC* qui *B*, quid *C* 742 Hirquum *B*, His cum *C* aliis *BC* decet *BC* 743 Equidem homo habet *A*, Ecquid habetis homo *BC* acidissimi *BC* 744 opus sit et quid *C* CA. rogans *C* 745 defructum *B* melinam *B*, mellinam *C* quoiusmodi *A*, quouismodi *BC* 746 hermopolium *BC*

Pseudolus

Eugepae; lepide, Charine, meo me ludo lamberas.
Sed qui*d* nomen esse dicam ego isti seruo?

Charinus

Simiae.

Pseudolus

Scitne in re aduorsa uorsari?

Charinus

Turbo non aeque citust.

Pseudolus

Ecquid argutust?

Charinus

Malorum facinorum saepissume.

Pseudolus

Quid quom manufesto tenetur?

Charinus

Anguilla est; elabitur.

Pseudolus

Ecquid is homo scitust?

Charinus

Plebi scitum non est *s*cit*i*us.

Pseudolus

Probus homo est, ut praedicare te audio.

Charinus

Immo si scias —
Ubi te adspexerit, narrabit ultro quid sese uelis.
Sed quid eo es facturus?

---

747 me meo *BC* 748 qui CA. i 749 CA. citus est 750 argutus est? CA 751 CA. angulas te labitur *B* 752 est scitus *C* CA. citus 753 CA. sci scias *B* 754 aspexeris esse 755 quideles acturus *B*, quis es acturus *C*

Pseudolus

Dicam. Ubi hominem exornauero,
Subditi*u*om fieri ego illum militis seruom uolo;
Symbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti minis,
Mulierem ab lenone abducat; em tibi omnem fabulam.
Ceterum quo quidque pacto faciat, ipsi dixero.

Calidorus

Quid nunc igitur stamus?

Pseudolus

Hominem cum ornamentis omnibus
Exornatum adducite ad me iam ad trapezitam Aeschinum;
Sed properate.

Charinus

Prius illi erimus quam tu.

Pseudolus

Abite ergo ocius.
Quidquid incerti mihi in animo prius aut ambiguum fuit,
Nunc liquet; nunc defaecatum est cor mihi; nunc † peruiast.
[Omnis ordine sub signis ducam legiones meas
Aui sinistra, auspicio liquido atque ex sententia.]
Confidentia est inimicos meos me posse perdere.
Nunc ibo ad forum atque onerabo meis praeceptis Simiam,
Quid agat, ne quid titubet, docte ut hanc ferat fallaciam. 769
Iam ego hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit lenonium.

---

756 subditum *B*, subditium *C* 757 quom *B* 760 quom *B* 762 P. prius illic PS. *om.* 764 defecatum si cor 765 Omnes ordines sub *om.* *C* 768 honerabo mi is preceptissimam *B* 769 hunc *C*

PUER. DU

Quoi seruitutem di danunt lenoniam
Puero, atque eidem si addunt turpitudinem,
Ne illi, quantum ego nunc corde conspicio meo,
Malam rem magnam multasque aerumnas danunt.
Uelut haec mihi euenit seruitus, ubi ego omnibus
Paruis magnisque miseriis praefulcior,
Neque ego amatorem mihi inuenire ullum queo,
Qui amet me, ut curer tandem nitidiuscule.
Nunc huic lenoni hodie est natalis dies;
Interminatus est a minumo ad maxumum,
Si quis non hodie munus misisset sibi,
Eum cras cruciatu maxumo perbitere.
Nunc nescio hercle, rebus quid faciam meis,
Neque ego illud possum quod illi qui possunt solent.
[Nunc nisi lenoni munus hodie misero,
Cras mihi potandus fructus est fullonius.]
Eheu, quam illae rei ego etiam nunc sum paruolus.
Atque edepol, ut nunc male malum metuo miser,
Si quispiam det qui manus grauior siet,
Quamquam illud aiunt magno gemitu fieri,
Conprimere dentis uideor posse aliquo modo.
Sed conprimunda est mihi uox atque oratio;
Erus eccum recipit se domum et ducit coquom.

Titulum om. C 772 idem *C* 775 Uellit *C* 776 praefulgior 777 ullum inuenire 778 curet 780 Interminatus tam inimo 782 Tum 783 quia *B*, qua *C* 786 potantus *B* 787 ille relego 788 male eum metuo 793 ecum *B* ducet *C*

BALLIO LENO. COQUOS. PUER. DU

Ballio

Forum coquinum qui uocant, stulte uocant,
Nam non coquinum, uerum furinum est forum.
Nam ego si iuratus peiorem hominem quaererem
Coquom, non potui quam hunc quem duco ducere
Magis multilocum gloriosum inutilem.
Quin ob eam rem Orcus recipere ad se hunc noluit,
Ut esset hic qui mortuis cenam coquat;
Nam hic solus illis coquere quod placeat potest.

Coquos

Si me arbitrabare istoc pacto ut praedicas,
Cur conducebas?

Ballio

Inopia; alius non erat.
Sed cur sedebas in foro, si eras coquos,
Tu solus praeter alios?

Coquos

Ego dicam tibi:
Hominum auaritia factus sum inprobior coquos,
Non meopte ingenio.

Ballio

Qua istuc ratione?

Coquos

Eloquar.
Quia enim, quom ex*t*emplo ueniunt conductum coquom,
Ne*mo* illum quaerit qui optumus et carissumust;
Illum conducunt potius qui uilissumust.

Titulum om. C, B BALLIO C COQUOS *B* 795 coquinum est 796 si ego *C* pelorem 798 Magis *om.* gloriosum sinsulsum inutilem 799 hunc ad se 800 mortui *C* 802 CA. *C in tota scena* 805 alius 806 auaritia ego sum factus 807 meo te *C* 808 exemplo 809 Ne

Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.
Illi drachmis sunt miseri; me nemo potest
Minoris quisquam nummo ut surgam subigere.
Non ego item cenam condio ut alii coqui,
Qui mihi condita prata in patinis proferunt,
Boues qui conuiuas faciunt, herbasque oggerunt;
Eas herbas herbis aliis porro condiunt;
Indunt coriandrum feniculum allium atrum holus;
Adponunt rumicem brassicam betam blitum;
Eo laserpici libram pondo diluunt;
Teritur sinapis scelera, quae illis qui terunt
Prius quam triuerunt oculi ut exstillent facit.
Ei homines cenas ubi coquont, quom condiunt,
Non condimentis condiunt, sed strigibus,
Uiuis conuiuis intestina quae exedint,
Hoc hic quidem homines tam breuem uitam colunt,
Quom hasce herbas huius modi in suum aluom congerunt
Formidulosas dictu, non esu modo,
Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt.

Ballio

Quid? tu diuinis condimentis utere,
Qui prorogare uitam possis hominibus,
Qui ea culpes condimenta?

Coquos

Audacter dicito;
Nam uel ducenos annos poterunt uiuere
Meas qui esitabunt escas quas condiuero.

---

812 sent *B*, essent *C* miserrime nemo *B* 816 hoggerunt *B* 818 foeniculum *C* alium *B* 820 lasarpici *BC* 821 senapis celera cum illis *BC* 822 extilient *B*, exilient *C* 823 libico quint com *B*, sibi coquint cum *C* 825 Uiuas *A* 826 qolunt *A* 827 herba *B* huius in sinum *C* malum *A*, saluum *BC* 828 essu *A*, esum *BC* 834 quisessit habunt *B*, quis esit habunt *C* condidero *BC*

Nam ego cicilindrum quando in patinas indidi
Aut cepolindrum aut maccidem aut sicaptidem,
Ipsae se patinae feruefaciunt ilico.
Haec ad Neptuni pecudes condimenta sunt;
Terrestris pecudes sicimalindro condio
Aut hapalopsi aut cataractria.

Ballio

At te Iuppiter
Dique omnes perdant cum condimentis tuis
Cumque tuis istis omnibus mendaciis.

Coquos

Sine sis loqui me.

Ballio

Loquere atque *i* in malam crucem.

Coquos

Ubi omnes patinae feruont, omnis aperio;
Is odos dimissis manibus in caelum uolat;
Eum odorem cenat Iuppiter cottidie.

Ballio

[Odos dimissis manibus?

Coquos

Peccaui insciens.

Ballio

Qui dum?

---

i
835 cocilendrum *A* patinasciudidi *BC* 836 sipolindrum *BC* mæcidem *C* sauecaptidem *B*, sauccaptidem *C* 837 Eaepse *A*, Eae ipsae sese *BC* 838 Aec *B*, Aee *C* neptum *B* 839 ciomalindro *A*, cicimandro *B*, cicimdro *C* 840 Haut hapalocopide *A*, Aaud hapalopside *B*, aut hapalopside *C* aud *B* cactaractria *B*, catactri *C* ad *B* 841 Diique quom *B* 842 istis *om. BC* om̄s *C* 843 Sinescis *BC* i *om.* 844 feruent *BC* 845 demissis pedibus *BC* 846 modorem 847 pedibus *BC* 848 Quidem *BC*

Coquos

'Dimissis pedibus' uolui dicere.]

Ballio

Si nusquam coctum is, quidnam cenat Iuppiter?

Coquos

It incenatus cubitum.

Ballio

I in malam crucem.
Istacine causa tibi hodie nummum dabo?

Coquos

Fateor equidem me esse coquom carissumum;
Uerum pro pretio facio ut opera adpareat
Mea quo conductus uenio.

Ballio

Ad furandum quidem.

Coquos

An tu inuenire postulas quemquam coquom
Nisi miluinis aut aquilinis ungulis?

Ballio

An tu coquinatum te ire quoquam postulas,
Quin ibi constrictis ungulis cenam coquas?
Nunc adeo tu, qui meus es, iam edico tibi,
Ut nostra properes amoliri hinc omnia,
Tum ut huius oculos in oculis habeas tuis.
Quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul;
Si quo hic gradietur, pariter *tu* progredimino;

---

848 C. quiam demissis *B*, BA. quia demissis *C* manibus *BC* 849 nūquam *C* is coctis *BC* 850 Id *BC* i *om. C* 853 oppera *B* 854 ueni *BC* 855 coquam *B* 856 Nisi *om. C* 857 BA. *om.* quoquinatum *A* te re *BC* 858 *sq.* Quin .... adeo *om. C* quoquas *B* 859 est amedico *BC* 860 properas ammoliri omnia *BC* 862 huic *B* spectaui te otu *BC* 863 hic quo *C* tu *om.* progredimini *C*

Manum si protollet, pariter proferto manum.
Suum si quid sumet, id tu sinito sumere;
Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus.
Si iste ibit, ito; stabit, adstato simul;
Si conquiniscet, istic conquiniscito.
Item his discipulis priuos custodes dabo.

Coquos

Habe modo bonum animum.

Ballio

Quaeso qui possum, doce,
Bonum animum habere, qui te ad me adducam domum?

Coquos

Quia sorbitione faciam ego hodie te mea
Item ut Medea Peliam concoxit senem,
Quem medicamento et suis uenenis dicitur
Fecisse rursus ex sene adulescentulum;
Item ego te faciam.

Ballio

Eho, an etiam ueneficu's?

Coquos

Immo edepol uero hominum seruator.

Ballio

Ehem,
Quanti istuc unum me coquinare perdoces?

Coquos

Quid?

Ballio

Ut te seruem, ne quid subrupias mihi.

---

868 conquiscet *B* conquiis cito simul *BC* 869 prius 870 possim *BC* doce *om. A* 871 Bonum *om. BC* te ad te me *B* 872 te hodie *BC* 873 meoeappeliam *A*, me deapelleme *B*, me de appellem me *C* 874 mendicamento *C* 875 rursum *BC* 877 Inmo *B* seruator magis *BC* 878 B. Ehem mane. quanti *BC*

Coquos

Si credis, nummo; si non, ne mina quidem.
Sed utrum tu amicis hodie an inimicis tuis
Daturu's cenam?

Ballio

Pol ego amicis scilicet.

Coquos

Quin tuos inimicos potius quam amicos uocas?
Nam ego ita conuiuis cenam conditam dabo
Hodie atque ita suaui suauitate cond*ia*m:
Ut quisque quidque conditum gustauerit,
Ipsus sibi faciam ut digitos praerodat suos.

Ballio

Quaeso hercle, prius quam quoiquam conuiuae dabis,
Gustato tute prius et discipulis dato,
Ut praerodatis uostras furtificas manus.

Coquos

Fortasse haec tu nunc mihi non credas quae loquor.

Ballio

Molestus ne sis; nimium iam tinnis; tace.
Illic ego habito; intro abi et cenam coque
Propere.

Puer

Quin tu is adcubitum? i, conuiuas cedo;
Conrumpitur iam cena.

Ballio

Em, subolem sis uide;

---

880 si non credis ne *A* 881 tu *om. BC* 882 BA. *om.* 883 CO. *om.* tu illos 885 suaui *om. BC* condim *BC* 887 Ipse *A*, Ipsos *BC* dictos *B* 888 BA. *om. B* quoiquam *om. B*, quicquam *C* conuiui *BC* 889 Gusta *BC* 890 It *B* uestra *B* 892 BA. *om. C*, C. *B* tinnis non taces *B*, tinnis non places *C* 893 Em illic *BC* habiet cenam quoque *BC* 894 quittuis *A*, C. quin uis *BC* et

Iam hic quoque scelestus est coqui sublingulo.
Profecto quid nunc primum caueam nescio;
Ita in aedibus sunt fures, praedo in proxumo est.
Nam mihi hic uicinus apud forum paulo prius
Pater Calidori opere suasit maxumo,
Ut mihi cauerem a Pseudolo seruo suo,
Ne ei fidem haberem; nam eum circum ire in hunc diem,
Ut me, si posset, muliere interuorteret.
Eum promisisse fortiter dixit sibi,
Sese abducturum a me dolis Phoenicium.
Nunc ibo intro atque edicam familiaribus,
Profecto ne quis quidquam credat Pseudulo.

PSEUDOLUS SERUOS, SIMIA SYCOPHANTA. C

Pseudolus

Si umquam quemquam di inmortales uoluere esse auxilio adiutum,
Tum me et Calidorum seruatum uolunt esse et lenonem exstinctum,
Quom te adiutorem genuerunt mihi tam doctum hominem atque astutum.
Sed ubi illic est? sumne ego homo insipiens, qui haec mecum egomet loquar solus?
Dedit uerba mihi hercle, ut opinor;
Malus cum malo stulte caui.

---

896 quoqui *A* sublincio *BC* 899 Iam 900 fecit 902 Neu fide me *B*, neu fidem ei *C* 903 possit *B* 904 firmiter *BC* 907 pseudole *C* PSEUDOLUS SIMIA *A*, *om.* *C* (C *pro* SIMIA *B*) 908 quicquam *A* dii mortales *BC* 909 Calydorum *AB*, callidorum *C* serutum *B*, seruum *C* 911 quid 913 malos stulte *B*

Tum pol ego interii, homo si ille abiit, neque hoc opus quod uolui hodie ecficiam.
Sed eccum uideo uerbeream statuam, ut it, ut magnifice infert sese.
Hem, te hercle ego circumspectabam; nimis metuebam male ne abisses.

Simia

Fuit meum officium ut facerem, fateor.

Pseudolus

Ubi restiteras?

Simia

Ubi mihi lubitum est.

Pseudolus

Istuc ego iam satis scio.

Simia

Quid ergo quod scis me rogas?

Pseudolus

At hoc uolo, monere te.

Simia

Monendu's, ne me moneas.

Pseudolus

Nimis tandem ego abs te contemnor.

Simia

Quippe ego te ni contemnam,
Stratioticus homo qui cluear iam?

Pseudolus

Iam hoc uolo quod occeptum est agi.

Simia

Num quid agere aliud me uides?

---

914 habiit uoluit ego hodie *BC* 915 heccum *B* uti ut *BC* 916 Ehem *BC* 918 Ipsu.. *B*, ipsuc *C* iam *om. BC* cur ego quo *BC* 919 moneat *BC* 922 Stratiocus *BC* esse homo cluear *A* P. iam *BC* occeptum stagi. nunc quid *BC*

Pseudolus

Ambula ergo cito.

Simia

Immo otiose uolo.

Pseudolus

Haec ea occasio est: dum ille dormit, uolo
Tu prior ut occupes adire.

Simia

Quid properas? Placide; ne time. Ita ille faxit Iuppiter,
Ut ille palam ibidem adsiet, quisquis ille est qui adest a milite.
Numquam edepol erit ille potior Harpax quam ego. Habe animum bonum;
Pulcre ego hanc explicatam tibi rem dabo.
Sic ego illum dolis atque mendaciis
In timorem dabo militarem aduenam,
Ipsus sese ut neget esse eum qui siet
Meque ut esse autumet qui ipsus est.

Pseudolus

Qui potest?

Simia

Occidis me, quom istuc rogitas.

Pseudolus

O hominem lepidum.

Simia

Te quoque etiam dolis atque mendaciis,
Qui magister mihi es, an*ti*dibo, ut scias.

Pseudolus

Iuppiter te mihi seruet.

---

925 PS. *om. B* 927 SI. *om. C*, P. *B* 928 atiet quia *C* 931 Si *BC* 933 ipse *BC* eum esse *BC* 934 aut tumet quid *BC* 936 SI. *om.* dolis atque *om. C* 937 *om. BC* 938 PS. *om. C*

Simia

Immo mihi.
Sed uide, ornatus hic me satin condecet?

Pseudolus

Optume habet At uide ne titubes.

[Simia

Esto.

Pseudolus

Tantum tibi boni di inmortales duint, quantum tu tibi optes;
Nam si exoptem, quantum dignu's, tantum dent, minus nihilo sit. 941
Neque ego hoc homine quemquam uidi magis malum et maleficum.

Simia

Tun id mihi?

Pseudolus

Taceo. Sed ego quam tibi dona dabo et faciam, si hanc sobrie rem adcurassis?]

Simia

Potin ut taceas? memorem inmemorem facit qui monet quod memore meminit. 945
Teneo omnia; in pectore condita sunt; meditati sunt doli docte.

Pseudolus

Probus est hic homo.

Simia

Neque hic est neque ego.

---

939 satis condedit *C* 940 At uide ne titubes *ex 947 adscita.* 940 PS. *om.* dii mortales *B* diunt 942 est 943 tum *C* 944 quantibi *B* accurasses *B* 945 immemoram *B* memor 947 Probus hic est *Versui additur:* PS. At uide ne titubes. S. Potin ut taceas (*ubi* Ad *A* ude *B*, tude *C* poti num *BC*)

Pseudolus

Ita me di ament..

Simia

Ita non facient; mera iam mendacia fundis.

Pseudolus

Ut ego ob tuam, Simia, perfidiam te amo et metuo et magnifico.

Simia

Ego istuc aliis dare condidici; mihi obtrudere non potes palpum.

Pseudolus

Ut ego hodie te accipiam lepide, ubi ecfeceris hoc opus.

Simia

Hahahe.

Pseudolus

Lepido uictu, uino unguine et inter pocula pulpamentis.
Ibidem una aderit mulier lepida tibi sauia suauia quae det.

Simia

Lepide accipies me.

Pseudolus

Immo si ecficies, tum faxo magis dicas.

Simia

Nisi ecfecero, cruciabiliter me carnufex accipito.
Sed propera mihi monstrare ubi sit os lenonis aedium.

Pseudolus

Tertium hoc est.

Simia

St, tace; aedes hiscunt.

---

948 dii amment *B* fundes 949 simiam magnifacio *B* 951 te hodie *C* accipeam *B* 952 unguentis 953 aperit mulier lepida tibi sauia super uiaque decet *C* 954 accipis effici *B*, efficis *C* 955 carnifex me 956 sit sito stenonis *B*, sit ostenonis *C* 957 PS. *om.* *B* si tace *C*

Pseudolus

Credo animo male est
Aedibus.

Simia

Quid iam?

Pseudolus

Quia edepol ipsum lenonem euomunt.

Simia

Illicine est?

Pseudolus

Illic *ipsus* est.

Simia

Mala mers est. Illuc sis uide,
Ut transuorsus, non prouorsus cedit, quasi cancer solet.

BALLIO IIDEM C

Ballio

Minus malum hunc hominem esse opinor, quam esse censebam, coquom;
Nam nihil etiam dum harpagauit praeter cyathum et cantharum.

Pseudolus

Heus tu, nunc occasio est et tempus.

Simia

Tecum sentio.

---

957 PS. *om. B* 958 Q. quid iam. S. *B* 959 ipsus *om.* mercist P. 960 Non prorsus uerum ex transuerso BALLEO *C* IDEM 962 crathum et et *B*

Pseudolus

Ingredere in uiam dolose; ego hic in insidiis ero.

Simia

Habui numerum sedulo; hoc est sextum a porta proxumum
Angiportum; in id angiportum me deuorti iusserat.
Quotumas aedis dixerit, id ego admodum incerte scio.

Ballio

Quis hic homo chlamydatus est? aut unde est? aut quem quaeritat?
Peregrina facies uidetur hominis atque ignobilis.

Simia

Sed eccum qui ex incerto faciet mihi quod quaero certius.

Ballio

Ad me adit recta. Unde ego hominem hunc esse dicam gentium?

Simia

Heus tu qui cum hirquina barba adstas, responde quod rogo.

Ballio

Eho an non prius salutas?

Simia

Nulla est mihi salus dataria.

Ballio

Nam pol hinc tantumdem accipies.

Pseudolus

Iam inde a principio probe.

Simia

Ecquem in angiporto hoc hominem tu nouisti, te rogo.

---

964 dolos ego et *B*, dolos et ego et *C* 965 porta ad proxumum *A* 966 iusseras 967 quo tum has *C* incerto *BC* 970 SI. *om.* faciem *B* quot quer *B* 971 BA. *om.* mea directa *C* 972 hirquinastas barba 973 SI. *om.* 974 BA. *om. C* S. iam probi 975 SI. *om. C* hoc *om. B* nonuisti *B*, non uidisti *C*

Ballio

Egomet me.

Simia

Pauci istuc faciunt homines quod tu praedicas;
Nam in foro uix decumus quisque est, qui ipsus sese nouerit.

Pseudolus

Saluos sum; iam philosophatur.

Simia

Hominem ego hic quaero malum
Legirupam inpurum periurum atque inpium.

Ballio

Me quaeritat;
Nam illa *mea* sunt cognomenta. Nomen si memoret modo.
Quid est ei homini nomen?

Simia

Leno Ballio.

Ballio

Sciuine ego?
Ipse ego is sum, adulescens, quem tu quaeris.

Simia

Tune es Ballio?

Ballio

Ego enimuero is sum.

Simia

Ut uestitu's, es perfossor parietum.

Ballio

Credo, in tenebris conspicatus si sis me, abstineas manum.

---

977 quisquis ipse esse *A*, ipsu sese *BC* 978 PS. *om.* *B* 979 Legorupam *B* impium *B*, implum *C* peiiurum *A*, peiurum *B* improbum *BC* P. me *C* 980 mea *om.* cognamenta *B* 981 scibinego 982 istum *BC*, sum *A* quæritas tunc *BC* 983 est perforor *BC* paretum *C*

Simia

Erus meus tibi me salutem multam uoluit dicere.
Hanc epistulam accipe a me; hanc me tibi iussit dare.

Ballio

Quis is homo est qui iussit?

Pseudolus

Perii. nunc homo in medio luto est.
Nomen nescit; haeret haec res.

Ballio

Quem hanc misisse ad me autumas?

Simia

Nosce imaginem; tute eius nomen memorato mihi,
Ut sciam te Ballionem esse ipsum.

Ballio

Cedo mihi epistulam.

Simia

Accipe et cognosce signum.

Ballio

Oh, Polymachaeroplagides
Purus putus est ipsus; noui. Heus, Polymachaeroplagidi
Nomen est.

Simia

Scio iam me recte tibi dedisse epistulam,
Postquam Polymachaeroplagidae elocutus nomen es.

Ballio

Quid agit is?

---

985 SI. *om. C* Serus *B* multa *B* 987 BA. *om.* homo qui iussit *B*, homost quis sit *C* SI. periit tuto 988 auttumas *C* 989 eiius *A* 991 et *om. BC* oho *BC* polymaceroplacides 992 mutus *BC* Polumacaeroplacidi *A*, P. polymaceroplacides *B*, *C* (*in quo pro* P. *spatium est*) 993 tibi me recte *BC* 994 polymacheroplacide ne locutus *B* 995 Sed quid *BC*

Simia

Quod homo edepol fortis atque bellator probus.
Sed propera hanc perlegere quaeso epistulam — ita negotium est —
Atque accipere argentum actutum mulieremque emittere.
Nam necesse est hodie Sicyoni me esse aut cras mortem exsequi;
Ita erus meus est inperiosus.

Ballio

Noui; notis praedicas.

Simia

Propera perlegere ergo epistulam.

Ballio

Id ago, si taceas modo.
„Miles lenoni Ballioni epistulam
Conscriptam mittit Polymachaeroplagides,
Imagine obsignatam quae inter nos duo
Conuenit olim.“ Symbolust in epistula;
Uideo et cognosco signum. Sed in epistula
Nullam salutem mittere scriptam solet?

Simia

Ita militaris disciplina est, Ballio:
Manu salutem mittunt bene uolentibus;
Eadem malam rem mittunt male uolentibus.
Sed ut occepisti, perge opera experirier,
Quid epistula ista narret.

Ballio

Ausculta modo.
„Harpax calator meus est ad te qui uenit —“
Tune es *is* Harpax?

---

996 pelligere *C* negotius *B* 997 mihi emittere 1000 SI. *om. B* epistulam ergo 1001 epistulam *om. C* 1003 Imaginem 1004 simbolum est 1004—5 *inverso ordine A* 1007 baltio 1010 operam *BC* 1011 Qui *B* 1012 callator *C* 1013 Tunes saphax *B*, tune es saphax *C*

Simia

Ego sum.

Ballio

Atque ipse harpax quidem.
„Qui epistulam istam fert; ab eo argentum accipi
Et cum eo simitu mulierem mitti uolo.
Salutem scriptam dignum est dignis mittere;
Te si arbitrarem dignum, misissem tibi.“

Simia

Quid nunc?

Ballio

Argentum des, abducas mulierem.

Simia

Uter remoratur?

Ballio

Quin sequere ergo intro.

Simia

Sequor.

PSEUDOLUS SERUOS DU

Peiorem ego hominem magisque uorsute malum
Numquam edepol quemquam uidi, quam hic est Simia,
Nimisque ego illum hominem metuo et formido male,
Ne malus item erga me sit, ut erga illum fuit,
Ne in re secunda nunc mihi obuortat cornua,
Si occasionem capsit, qui sit *mihi* malus;
Atque edepol equidem nolo; nam illi bene uolo.

1013 BA. *om.* 1014 B *præfigit C* 1014 *sq.* accipiet Quo meo *B*, accipiet Cum eo *C* 1015 simit *B*, simul *C* multe rem *B* 1018 SI. *om. B* 1019 SI. *om. B* rego PSEUDOLUS *om.* 1021 similia *B* 1023 ergasme *B* 1025 ceperit capsti mihi *om.*

[Nunc in metu sum maxumo triplici modo.
Primum omnium iam hunc conparem metuo meum
Ne deserat me atque ad hostis transeat.
Metuo autem, ne erus redeat etiam dum a foro,
Ne capta praeda capti praedones fuant.
Quom haec metuo, metuo ne ille huc Harpax aduenat
Prius quam hinc hic Harpax abierit cum muliere.]
Perii hercle; nimium tarde egrediuntur foras.
Cor conligatis uasis exspectat meum,
Si non educat mulierem secum simul,
Ut exsulatum ex pectore aufugiat meo.
Uictor sum; uici cautos custodes meos.

SYCOPHANTA SERUOS MERETRIX DU

Simia

Ne plora; nescis ut res sit, Phoenicium,
Uerum haud multo post faxo scibis adcubans.
Non ego te ad illum duco dentatum uirum
Macedoniensem, qui te nunc flentem facit;
Quoiam esse te uis maxume, ad eum duceris;
Calidorum haud multo post faxo amplexabere.

Pseudolus

Quid tu intus quaeso desedisti tam diu?
Mihi cor retunsu*m*st oppugnando pectore.

Simia

Occasionem repperisti, uerbero,

1029 transeant 1031 fiant *C* 1032 adueniat *C* 1033 habierit *C* quom *B* 1036 expectata 1037 aut fugiat 1038 uicia aut os *B* S. SICOFANTA *B*, *C tituli loco spatium habet* 1039 phoentium *C* 1040 *bis scribit C* 1042 quile nunc *B*, qui lenonem *C* 1043 te esse duco te 1044 Calydorum *B* amplexauere *B* 1045 quam diu 1046 retuntust o pugnando *B*

Ubi perconteris me, insidiis hostilibus.
Quin hinc meamus gradibus militariis?

Pseudolus

Atque edepol quamquam nequa*m* homo es, recte mones.
Ite hac triumphi ad cantharum recta uia.

BALLIO. SIMO.

Ballio

Hahahe, nunc mihi demum animus in tuto loco est,
Postquam iste hinc abiit atque abduxit mulierem.
Iube nunc uenire Pseudolum, scelerum caput,
Et abducere a me mulierem fallaciis.
Conceptis hercle uerbis satis certo scio
Ego periurare me mauellem miliens
Quam mihi illum uerba per deridiculum dare.
Nunc deridebo hercle hominem, si conuenero;
Uerum in pistrino credo, ut conuenit, fore.
Nunc ego Simonem mihi ob uiam ueniat uelim,
Ut mea laetitia laetus promiscam siet.

Simo

Uiso quid rerum meus Ulixes egerit,
Iamne habeat signum ex arce Ballionia.

1048 percuntetis *B*, percunctetis *C* 1049 Quin hii metimur *B*, Quin hic metimus *C* 1050 ne qua 1051 *om. C* *Tituli spatium C*, *om. B* 1052 Hahae *A*, Hahe *BC* demum mihi *BC* est loco *BC* 1053 habiit *C* 1054 Iubet *A*, Libet *BC* 1057 mauellem me *BC* 1058 dericulum *C* 1059 conuero *B* 1060 pistinum *B*, pistrinum *C* 1061 uenitat *B*, uentrem *C* 1062 promisca *B*, promiscua *C* *Ante 1063 B:* S SIMO SENEX. E EIDEM. DU 1063 Visso *A* quirerum *B*, quiserum *C* meum *BC* sulixe segerit *B* 1064 Iam nae *B* ballcona *B*, balliona *C*

Ballio

O fortunate, fortunatam cedo manum.

Simo

Quid est?

Ballio

Iam . .

Simo

Quid iam?

Ballio

Nihil est quod metuas.

Simo

Quid est?

Uenitne homo ad te?

Ballio

Non.

Simo

Quid est igitur boni?

Ballio

Minae uiginti sanae et saluae sunt tibi,
Hodie quas abs te est instipulatus Pseudolus.

Simo

Uelim quidem hercle.

Ballio

Roga me uiginti minas,
Si illic hodie illa sit potitus muliere
Siue eam tuo gnato hodie, ut promisit, dabit.
Roga obsecro hercle; gestio promittere,
Omnibus modis tibi esse rem ut saluam scias;
Atque etiam habeto mulierem dono tibi.

1065 cedo fortunatam *BC* 1066 Simo. SI. quid est *B*, sino. SI. quidem *C* nihilem quod *C* 1067 SI. *om.* *C* quidem igitur *C* 1069 inde est instipulatus 1071 Si ille hodie 1072 prosit *B* 1073 Rogato hercle obsecro *C* 1075 do *C*

Simo

Nullum periclum est, quod sciam, stipularier.
Ut concepisti uerba. Uiginti minas
Dabin?

Ballio

Dabuntur.

Simo

Hoc quidem actum est haud male.
[Sed conuenistine hominem?

Ballio

Immo ambos simul.

Simo

Quid ait? quid narrat? quaeso quid dicit tibi?

Ballio

Nugas theatri, uerba quae in comoediis
Solent lenoni dici, quae pueri sciunt;
Malum et scelestum et periurum aibat esse me.

Simo

Pol haud mentitust.

Ballio

Ergo haud iratus fui.
Nam quanti refert ei nec recte dicere,
Qui nihil*i* faciat quique infitias non eat?

Simo]

Sed qui non metuas ab eo, id audire expeto.

Ballio

Quia numquam abducet mulierem iam nec potest.

1076 periculumst *C* 1078 hau *B* 1083 aiebant 1084 hau *B* ego *C* 1085 ei *om. C* negrecte *B* 1086 nihil 1087 SI. *om. C* Quid est quid non expecto 1088 numquam a me abducet

Simo

Qui dum?

Ballio

Meministin tibi me dudum dicere
Eam uenisse militi Macedonio?

Simo

Memini.

Ballio

Em, illius seruos huc ad me argentum adtulit
Et obsignatum symbolum,

Simo

Quid postea?

Ballio

Qui inter me atque illum militem conuenerat.
Is secum abduxit mulierem haud multo prius.

Simo

Bonan fide istuc dicis?

Ballio

Unde ea sit mihi?

Simo

Uide modo ne illic sit contechnatus quidpiam.

Ballio

[Epistula atque imago me certum facit.]
Qui illam iam in Sicyonem ex urbe abduxit modo?

Simo

Bene hercle factum. Quid ego cesso Pseudolum
Facere ut det nomen ad Molas coloniam?
Sed quis hic homo est chlamydatus?

Ballio

Non edepol scio,
Nisi ut obseruemus quo eat aut quam rem gerat.

1089 SI. Qui dum? BA. *om.* 1092 Et eboh signatum *B* 1093 BA. *om.* 1094 B. Is hau *B* 1095 Bonam fidei *B*, fidem *C* 1096 conthecnatus C 1098 illam quidem iam inszcyonem *B*, inszionem *C* adduxit 1101 chlammidatus *B*

CACULA LENO SENEX

Harpax

Malus et nequam est homo qui nihil*i* eri inperium sui seruos facit;
Nihil*i* est autem suum qui officium facere inmemor est nisi est admonitus.
Nam qui liberos ilico se arbitrantur,
Ex conspectu eri si sui se abdiderunt,
Luxantur lustrantur comedunt quod habent, i nomen diu
Seruitutis ferunt.
Nec boni ingeni quidquam in is inest,
Nisi ut inprobis se artibus teneant.
Cum his mihi nec locus nec sermo conuenit
Neque iis umquam nobilis fui.
Etsi abest, hic adesse erum arbitror;
Nunc ego illum metuo, quom hic non adest,
Ne quom adsiet metuam.
Ego ut mihi inperatum est, ei rei operam dabo.
Nam in taberna usque adhuc mansi ut*i* iusserat
Me Syrus, quoi dedi symbolum.
Leno ubi esset domi, me aibat arcessere.
Uerum ubi is non uenit nec uocat,
Uenio huc ultro, ut sciam, quid rei siet,
Ne illic homo me ludificetur.

Titulum om. C. cum spatio 1103 nihil imperium eri *C* 1104 Nihil nisi adeomonitus *C* 1105 liberos esse illico 1106 eri . . sui *B* 1107 Luxuriantur habente in omen *B*, habenti nomen *C* 1111 mihi hec locus *B* 1112 Neque *om. C* is *C* 1113 Ego ut mihi Impetratum estet si abest *B*, Ego ut mihi imperatumst etsi ab em C 1115 metuiã *C* 1116 Ego . . . inperatum est *om.* 1117 inter berna *C* 1117 *sq.* adhuc sineret sirus Cui dedi simbolum . mansi ut iusserat (mansit *C*) 1119 alebat *B*, aiebat *C* 1120 iubi *B* 1121 quod *B*

Neque quidquam est melius quam ut hoc pultem atque aliquem euocem intus huc.
Leno argentum hoc uolo
A me accipiat atque amittat mulierem mecum simul.

Ballio

Heus tu.

Simo

Quid uis?

Ballio

Hic homo meus est.

Simo

Qui dum?

Ballio

Quia praeda haec mea est.
Scortum quaerit, habet argentum; admordere hunc mihi lubet.

Simo

Iamne illum comesurus es?

Ballio

Dum recens est,
Dum dat, dum calet, deuorari decet; nam
Boni me uiri pauperant, inprobi augent.
Populo strenui, mihi inprobi usui sunt.

Simo

Malum quod tibi di dabunt, ut scelestu's.

Harpax

Me nunc conmoror, quom has foris non ferio, ut sciam
Sitne Ballio domi.

1123 eu . . . em huc *A*, euocem hinc intus *BC* 1125 A *om.* *BC* muliē *C* 1126 meust apredaē *B* haec *om.* *C* 1127 argentum tam *B*, argentum tam etiam *C* iubet *B* 1128 comessurus *A* 1129 datur decet tam *B*, decet tamen *C* 1130 improbi alent augent rem meam mali *BC* 1131 Populi *BC* improbius uisi sunt *C* 1132 di *om.* *C* ni sic *B*, nisi *C*

Ballio

Uenus mihi haec bona dat, quom hos huc adigit
Lucrifugas, damni cupidos, qui se suamque aetatem bene curant,
Edunt, bibunt, scortantur. Illi sunt alio ingenio atque tu,
Qui neque tibi bene esse patere et illis quibus est inuides.

Harpax

Heus, ubi estis uos?

Ballio

Hic quidem ad me recta habet rectam uiam.

[*Harpax*

Heus, ubi estis uos?

Ballio

Heus, adulescens, quid istic debetur tibi?]
Bene ego ab hoc praedatus ibo; noui, bona scaeua est mihi.

Harpax

Ecquis hoc aperit?

Ballio

Heus, chlamydate, quid istic debetur tibi?

Harpax

Aedium dominum lenonem Ballionem quaerito.

Ballio

Quisquis es, adulescens, operam fac conpendi quaerere.

Harpax

Quid iam?

Ballio

Quia tu ipsus ipsum praesens praesentem uides.

Harpax

Tune is es?

Simo

Chlamydate, caue sis tibi a curuo infortunio
Atque in hunc intende digitum; hic leno est.

1135 dat at *BC* 1139—40 *personarum notæ om.* 1141 si bono ui 1143 HA. *om.* 1145 te ipsus coram praesens *BC* 1146 SI. *om. C* curio *BC* infortuniu *A*

Ballio

At hic est uir probus.
Sed tu, bone uir, flagitare saepe clamore in foro,
Quom libella nusquam est, nisi quid leno hic subuenit tibi.

Harpax

Quin tu mecum fabulare?

Ballio

Fabulor. Quid uis tibi?

Harpax

Argentum accipias.

Ballio

Iam dudum, si des, porrexi manum.

Harpax

Accipe; hic sunt quinque argenti lectae numeratae minae.
Hoc tibi erus me iussit ferre Polymachaeroplagides,
Quod deberet, atque ut mecum mitteres Phoenicium.

Ballio

Erus tuus?

Harpax

Ita dico.

Ballio

Miles

Harpax

Ita loquor.

Ballio

Macedonius?

Harpax

Admodum, inquam.

Ballio

Te ad me misit Polymachaeroplagides?

1148 none *B*, non es *C* in clamore *C* 1149 quod 1150 fabulare *om. in lacuna B* 1151 iamsi dudum *C* 1153 ferro *B* 1154 meum *C* 1155 BA. *om. B* Eruus *B*

Harpax

Uera memoras.

Ballio

Hoc argentum ut mihi dares?

Harpax

Si tu quidem es
Leno Ballio.

Ballio

Atque ut a me mulierem tu abduceres?

Harpax

Ita.

Ballio

Phoenicium esse dixit?

Harpax

Recte meministi.

Ballio

Mane;
Iam redeo ad te.

Harpax

At maturate propera; nam propero; uides
Iam diem multum esse?

Ballio

Uideo; hunc aduocare etiam uolo;
Mane modo istic; iam reuortar ad te. Quid nunc fit, Simo?
Quid agimus? Manufesto hunc hominem teneo, qui argentum adtulit.

Simo

Quid iam?

Ballio

An nescis quae sit haec res?

Simo

Iuxta cum ignarissumis.

1157 HA. *om. C* 1158 adduceres 1159 HA. Ita *antecedenti versui iungunt BC* 1159 Phonictume *B* 1160 maturitate 1161 die *B*, diu *C* 1162 fiet *B*, *om. C* 1164 iuxta quoniam *B* ignarissimus *C* *Sequuntur in BC 1207—9 suo loco redeuntes.*

Ballio

Pseudolus tuus adlegauit hunc, quasi a Macedonio
Milite esset.

Simo

Haben argentum ab homine?

Ballio

Rogitas quod uides.

Simo

Heus, memento ergo dimidium istinc mihi de praeda dare;
Commune istuc esse oportet.

Ballio

Quid? malum? Id totum tuum est.

Harpax

Quam mox mihi operam das?

Ballio

Tibi do equidem. Quid nunc mihi es auctor, Simo?

Simo

Exploratorem hunc faciamus ludo*s* suppositicium,
Adeo donicum ipsus sese ludos fieri senserit.

Ballio

Sequere. Quid ais? nempe tu illius seruos es?

Harpax

Planissume.

Ballio

Quanti te emit?

Harpax

Suarum in pugna uirium uictoria;
Nam ego eram domi inperator summus in patria mea.

Ballio

An etiam ille umquam expugnauit carcerem patriam tuam?

1166 Habesne *BC* 1169 HA. *om. C* 1170 ludo 1171 senserim 1172 BA. *om.* 1174 Num ego dederam *C* 1175 BA. *om.*

Harpax

Contumeliam si dices, audies.

Ballio

Quotumo die

Ex Sicyone huc peruenisti?

Harpax

Altero ad meridiem.

Ballio

Strenue mehercule isti. Quamuis pernix hic homo est.
Ubi suram adspicias, scias posse eum gerere crassas conpedis.
Quid ais? tune etiam cubitare solitu's in cunis puer?

Simo

Scilicet.

Ballio

Etiamne facere solitus es, scin quid loquar?

Simo

Scilicet solitum esse.

Harpax

Sanine estis?

Ballio

Quid hoc quod te rogo?

Noctu in uigiliam quando ibat miles, quom tu ibas simul,
Conueniebatne in uaginam tuam machaera militis?

Harpax

I in malam crucem.

Ballio

Id licebit iam tibi hodie temperi.

Harpax

Quin tu mulierem mihi emittis? aut redde argentum.

1176 HA. *om.* quotum hodie *C* 1178 BA. *om.* Strenui mehercle *B* est homo 1180 B. *præfigitur* solitus es *B* 1181 SI. *om.* fatere *B* solitum 1182 SI. *om.* sani c ne *B* SI. 1183 miles tum tu *BC* 1184 Conueniebantne 1185 I *om. C* malum *C* Ire licebit tamen tibi *A*, tibi tamen *BC* 1186 HA. *om.* reddis

Ballio

Mane.

Harpax

Quid maneam?

Ballio

Chlamydem hanc conmemora quanti conducta est.

Harpax

Quid est?

Ballio

Quid meret machaera?

Harpax

Elleborum hisce hominibus opus est.

Ballio

Eho.

Harpax

Mitte.

Ballio

Quid mercedis petasus hodie domino demeret?

Harpax

Quoi domino? Quid somniatis? mea quidem haec habeo omnia,

[Meo peculio empta.

Ballio

Nempe quod femina summa sustine*n*t?

Harpax

Uncti hi sunt senes; fricari sese ex antiquo uolunt.]

Ballio

Responde obsecro hercle uero serio hoc quod te rogo:
Quid meres? quantillo argento te conduxit Pseudolus?

1186 BA. *om.* 1187 commemores *BC* 1188 etlebrorum *B*, ellebrorum *C* 1190 HA. *om.* Quid domino? quid socii quid somniatis? equidem *C* 1191 poculio *B* BA. *om.* quid *B* sustinet 1192 HA. *om.* Hunc tibi sunt senex *C* 1193 BA. *om.* hoc uero serio *BC* 1194 qua nullo *C* argenti o *B*, argenti *C*

Harpax

Qui istic Pseudolust?

Ballio

Praeceptor tuus, qui te hanc fallaciam
Docuit, ut fallaciis hinc mulierem a me abduceres.

Harpax

Quem tu Pseudolum, quas tu mihi praedicas fallacias?
[Quem ego hominem nullius coloris noui.

Ballio

Non tu istinc abis?]

Ballio

Nihil est hodie hic sycophantis quaestus. Proin tu Pseudolo
Nunties abduxisse alium praedam. qui occurrit prior
Harpax.

Harpax

Is quidem edepol Harpax ego sum.

Ballio

Immo edepol esse uis.
Purus putus hic sycophanta est.

Harpax

Ego tibi argentum dedi
Et dudum aduenieus extemplo symbolum seruo tuo,
Eri imagine obsignatam epistulam, hic ante ostium.

Ballio

Meo tu epistulam dedisti seruo? quoi seruo?

Harpax

Syro.

Ballio.

[Non confidit; sycophanta hic nequam est; nugis meditatur male.]

1195 HA. *om.* Quistic *B*. Quid istic *C* 1196 me mulierem abduceres *C* 1197 HA. *om.* 1198 BA. *om. B* 1199 pseudole *B*, pseudolole *C* 1200 adduxisse aliam *C* 1203 extimplo *C* 1205 BA. *om.* tua dedistis 1206 meditatum malest *A*

Edepol hominem uerberonem Pseudolum, ut docte dolum
Conmentust: tantundem argenti, quantum miles debuit,
Dedit huic atque hominem exornauit, mulierem qui abduceret.
Nam illam epistulam ipsus uerus Harpax huc ad me adtulit.

Harpax

Harpax ego uocor; ego seruos sum Macedonis militis. 1211
Ego nec sycophantiose quidquam ago nec malefice,
Neque istum Pseudolum mortalis qui sit noui neque scio.

Simo

Tu, nisi mirum est, leno, plane perdidisti mulierem. 1214

Ballio

Edepol ne istuc magis magisque metuo, quom uerba audio.
Mihi quoque edepol iam dudum ille Syrus cor perfrigefacit,
Symbolum qui *ab* hoc accepit; mira sunt *ni* Pseudolust.
Eho tu, qua facie fuit dudum quoi dedisti symbolum?

Harpax

Rufus quidam, uentriosus, crassis suris, subniger,
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodum
Magnis pedibus.

Ballio

Perdidisti, postquam dixisti pedes.
Pseudolus fuit ipsus. Actum est de me; iam morior, Simo.

Harpax

Hercle te haud sinam moriri, nisi mihi argentum redditur,
Uiginti minae.

1207—9 *in BC iam post 1164 lecti* 1207 donum *B*[1] 1208 Commentumst *B*[1], Commentum si *B*[2] quantim *B*[1]*C*[1] 1209 arcesseret *B*[1]*C*[1] 1212 sycophanthiose *B* 1215 HAR. 1216 BA. 1217 ab *om.* sunt pseudolus est 1218 facile *B* dedistis 1219 HA. *om.* crassus *C* syris *B*, sirus *C* 1221 SI. 1222 actu imst dem etiā *B*, actumst idem etiā *C* 1223 HA. *om* aut te sina moriri *B*, aut tesin a me moriri *C* argentum mihi *C*

Simo

Atque etiam mihi aliae uiginti minae.

Ballio

Auferen tu id praemium a me, quod promisi per iocum?

Simo

De inprobis uiris auferri praemium et praedam decet.

Ballio

Saltem Pseudolum mihi dedas.

Simo

Pseudolum ego dedam tibi?
Quid deliquit? dixine, ab eo tibi ut caueres, centiens?

Ballio

Perdidit me.

Simo

At me uiginti modicis multauit minis.

Ballio

Quid nunc faciam?

Harpax

Si mihi argentum dederis, te suspendito.

Ballio

Di te perdant! Sequere sis me ergo ad forum ut soluam.

Harpax

Sequor.

Simo

Quid ego?

Ballio

Peregrinos absoluam; cras agam cum ciuibus.
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia,
Qui illunc ad me hodie adlegauit, mulierem qui abduceret.

1224 SI *om.* *B*, HA. *C* 1225 Auferetur id *BC* 1226 improbris *C* 1228 deliquid uit *B* habere sentiens 1231 ergo hac ad 1232 BA. Quid ego peregrinos 1234 illum

Sequere tu. Nunc ne exspectetis, dum hac domum redeam uia.
Ita res gesta est: angiporta certum est consectarier.

Hárpax

Si graderere tantum *quantum* loquere, iam esses ad forum.

Ballio

Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

SIMO SENEX. C

Bene ego illum tetigi, bene autem seruos inimicum suum.
Nunc mihi certum est alio pacto Pseudolo insidias dare,
Quam in aliis comoediis fit, ubi cum stimulis aut flagris
Insidiantur; at ego iam intus promam uiginti minas,
Quas promisi, si ecfecisset; obuiam ultro ei deferam.
Nimis illic mortalis doctus*t*, nimis uorsutus, nimis malus.
Superauit dolum Troianum atque Ulixem Pseudolus.
Nunc ibo intro, argentum promam, Pseudolo insidias dabo.

PSEUDOLUS SERUOS EBRIUS.

Quid hoc? sicine hoc fit? pedes, statin an non?
An id uoltis ut me hinc iacentem aliquis tollat?
Nam hercle si cecidero, uostrum erit flagitium.
Pergitin pergere? ah, saeuiundum mihi hodie est.

1235 te 1236 angiporta haec certum est 1237 HA. *om.* quantum *om.* 1238 BA. *om.* *Titulum om. A* C *om. B* 1241 comedis *B* 1242 inultus 1243 ei ultro feram *A* 1244 doctus 1245 ui ixē *B*, uixissem *C* pseudolum 1246 ibi *C* SERUUS PSEUDOLUS *B*, *nomina desunt in C* 1247 Quod *B* 1248 tacentem 1250 hodie est *proximo versu*

Magnum hoc uitium uino est: pedes captat primum, luctator dolosust.
Profecto edepol ego nunc probe habeo madulsam;
Ita uictu excurato, ita munditiis dignis
Itaque in loco festiuo sumus festiue accepti.
Quid opus est me multas agere ambages?
Hoc est homini quam ob rem uitam amet.
Hic omnes uoluptates, omnes uenustates sunt.
Deis proxumum esse arbitror [nam ubi amans complexust
Amantem, ubi ad labra labella adiungit,
Ubi alter alterum bilingui manufesto inter *se* prehendunt,
Ubi mamma mammicula opprimitur alia aut si lubet corpora conduplicant,]
Manu candida cantharum dulciferum
Propinare amicissumam amicam;
[Neque ibi esse alium alii odio nec molestum nec sermonibus morologis uti;]
Unguenta atque odores, lemniscos, corollas
Dari dapsilis, [non enim parce promi,] *de* uictu cetero ne quis me roget.
Hoc ego modo atque erus minor
Hunc diem sumpsimus p*r*othyme,
Postquam opus meum omne ut uolui perpetraui hostibus fugatis.
Illos adcubantis potantis amantis
Cum scortis reliqui et meum scortum ibidem
Cordi atque animo suo obsequentis.
Sed postquam exsurrexi, orant med ut saltem.

1251 capitat *C* 1253 *post insequentem ponit A* mauditiis digni ah *B*, magnis munditiis *C* 1255 est *om. BC* 1257 uoluptates in hoc omnes 1260 altera alterum *B* inters *B*, inter *C* 1261 mammiam anicula allaut *B*, alant *C* 1262 canpharum 1263 micissimam amicitiam 1264 alio odio ibi nec morolongis *C* 1265 Uunguenta *C* lemni cos *B*, lentiscos *C* 1266 de *om.* 1268 pothyme 1272 Corde 1273 me id ut

Ad hunc me modum intuli satis facete;
Nempe ex disciplina, quippe ego qui probe Ionica perdidici.
Palliolatim amictus sic incessi ludibundus.
Plaudunt perpetim; clamitant me ut reuortar.
Occepi denuo hoc modo; [nolui idem;]
Amicae dabam me meae, ut me amaret.
Ubi circumuortor, cado; id fuit naenia ludo.
Atque dum enitor, prax, iam paene inquinaui pallium.
Nimiae tum uoluptati edepol fui;
Ob casum datur cantharus; bibi.
Conmuto ilico pallium, illud posiui.
Inde huc exi*i*, crapulam dum amouerem.
Nunc ad erum meum maiorem uenio foedus conmemoratum.
Aperite, aperite. Heus, Simoni me adesse aliquis nuntiate.

SIMO SENEX. PSEUDOLUS SERUOS.

Simo

Uox uiri pessumi me exciet foras.
Sed quid hoc? quo modo? quid uideo ego?

Pseudolus

Cum corona ebrium Pseudolum tuum.

Simo

Libere hercle hoc quidem. Sed uide statum;
Num mea gratia pertimescit magis?
Cogito saeuiter blanditerne adloquar.

1274 intulit illis satis 1275 Nime lonica per *B*, lenoni caper *C* 1276 sed palliotatim sic hæc incessi *B* 1277 parum *B*, partim *C* 1280 Tibi 1281 Itaque du me mitor proxiam *B* 1284 Commut ollico *C* posui *C* 1285 exi grapulam 1286 Nunc abero aderum *BC* 1287 adesse quis nuntiate . simo pseudolus *BC* SENEX *et* SERUOS *om. A* 1288 ne 1289 tu uideo *BC* 1290 Quom *B* 1291 Liberae *B* 1292 pertimescet

Sed hoc me uotat uim facere nunc,
Quod fero, si qua in hoc spes sita est mihi.

Pseudolus

Uir malus uiro optumo ob uiam it.

Simo

Di te ament, Pseudole.

Pseudolus

Pfui.

Simo

I in malam crucem.

Pseudolus

Cur ego adflictor?

Simo

Quid tu, malum, in os igitur mihi ebrius inructas?

Pseudolus

Molliter sis tene me; caue ne cadam.
Non uides me ut madide madeam?

Simo

Quae istaec audacia est, te sic interdius
Cum corolla ebrium incedere?

Pseudolus

Lubet.

Simo

Quid, lubet? Pergin ructare in os mihi?

Pseudolus

Suauis ructus mihi est; sic sine modo.

1294 Sed me hoc *A* 1297 PS. *et* SI. *om.* i *om.* mala crecem *B* 1298 ego me adflictor *BC* ergo in os *BC* 1301 ista hæc audacia si te *BC* 1302 ingredere *A* 1303 PS. *C* in os ructare *A* 1304 ei modo *A*

Simo

Credo equidem potis esse te, scelus,
Massici montis uberrumus quattuor
Fructus ebibere in hora una.

Pseudolus

Hiberna addito.

Simo

Haud male mones. Sed dic tamen,
Unde onustam celocem agere te praedicem?

Pseudolus

Cum tuo filio perpotaui modo.
Sed, Simo, ut probe tactus Ballio est!
Quae tibi dixi ut ecfecta reddidi!

Simo

Derides. Pessumus homo est.

Pseudolus

Mulier haec facit:
Cum tuo filio libera adcubat.

Simo

Omnia ut quidque egisti ordine scio.

Pseudolus

Quid ergo dubitas dare mihi argentum?

Simo

Ius petis, fateor; tene.

Pseudolus

[At negabas daturum esse te mihi; tamen das.]
Onera hunc hominem ac me consequere.

1305 potasse te *BC* 1308 Seddicatamenhaumalemones A, Sed dic tamen. P. Hau male mones *BC* 1309 honestam 1310 Quom *B* filio *om. C* perportaui *BC* 1311 probe Cum tuo filio libera occupat Tactus est Ball *A* 1312 *sequuntur in A:* Pessumus homo Mulier haec faci. Omnia scio ut quiq. egisti ordine scio 1318 atque

Simo

Hac ego istum onerem?

Pseudolus

Onerabis scio.

Simo

Quid ego huic homini faciam? Satin ultro et argentum aufert et me inridet?

Pseudolns

Uae uictis.

Simo

Uorte ergo humerum mihi.

Pseudolus

Em.

Simo

Hoc ego numquam ratus sum
Fore me, ut tibi fierem supplex.
Heu, heu, heu!

Pseudolus

Desine.

Simo

Doleo.

Pseudolus

Ni doleres tu, ego dolerem.

Simo

Quid? hoc auferen, Pseudole, abs tuo ero?

Pseudolus

Lubentissimo corde atque animo.

Simo

Non audes, quaeso, aliquam partem mihi gratiam facere argenti?

1318 honerem *BC* 1319 sa . . . n . *A*, statim *BC* 1320 B. uorte *BC et sic postea* umerum *B* mihi *om. BC* 1321 Hem *A* 1323 Heu heu *A* dolores *BC* 1324 auferrenon 1325 Nonne *A* facere hic argenti

Pseudolus

Num me dices auidum esse hominem? nam hinc numquam eris nummo diuitior.
Neque te mei tergi misereret, si hoc non hodie ecfecissem.

Simo

Erit ubi te ulciscar, si uiuo.

Pseudolus

Quid minitare? habeo tergum.

Simo

Age sane igitur.

Pseudolus

Redi.

Simo

Quid redeam?

Pseudolus

Redi modo; non eris deceptus.

Simo

Redeo.

Pseudolus

Simul mecum *i* potatum.

Simo

Egone eam?

Pseudolus

Fac quod te iubeo;
Si is, aut dimidium aut plus etiam faxo hinc feres.

Simo

Eo; duc me quo uis.

Pseudolus

Quid nunc? num quid iratus es aut mihi aut filio
Propter has res, Simo?

1326 Nom *B*, Non *AC* esse hominem *om.* *BC* 1327 hoc si *A*, sei hoc *BC* et fecissem *BC* 1328 sei 1329 P. Igitur redi *B*, P. Igitur reddi *AC* reddam *BC* 1330 i *om.* lubeo *B* 1331 pius

Simo

Nihil profecto.

Pseudolus

I hac.

Simo

Te sequor. Quin uocas spectatores simul?

Pseudolus

Hercle me isti haud solent uocare, neque ergo ego istos.
Uerum sultis adplaudere atque adprobare hunc
Gregem et fabulam, in crastinum uos uocabo.

1336 sed uoltis 1337 crastinam *B*

POENULUS.

ARGUMENTUM.

Puer septuennis subripitur Carthagine.
Osor mulierum emptum adoptat hunc senex
Et facit heredem. Eius cognatae duae
Nutrixque earum raptae. Mercatur Lycus
Uexatque amantem. At ille cum auro uilicum
Lenoni obtrudit; ita eum furto adligat.
Uenit Hanno Poenus; gnatum hunc fratris repperit
Suasque adgnoscit, quas perdiderat, filias.

Discrepantia scripturæ codicum Palatino-Vaticani (B), Heidelbergensis (C), Ambrosiani (A), ubi apparuit.

1 surripitur *B* 2 Ossor *C* 4 mercatus 6 itae *B* frurto *C* 7—8 repperis Uasq. 8 adcognoscit *B*

PERSONAE FABULAE.

A *Agorastocles adulescens*
B *Milphio seruos*
Γ *Adelphasium*
Δ *Anterastilis*
E *Lycus leno*
Z *Antamoenides miles*
H *Aduocati*
Θ *Collabiscus uilicus*
K *Syncerastus seruos*
X *Hanno Poenus*
N *Giddeneme nutrix*
Puer

PROLOGUS.

Achillem Aristarchi mihi conmentari lubet;
Inde mihi principium capiam ex ea tragoedia.
„Sileteque et tacete atque animum aduortite;
Audire iubet uos inperator“ histricus.
Bonoque ut animo sedeant in subselliis
Et qui esurientes et qui saturi uenerint —
Qui edistis, multo fecistis sapientius;
Qui non edistis, saturi fite fabulis;
Nam quoi paratum est, quod edit, nostra gratia
Nimia est stultitia sessum inpransum incedere —
Exsurge, praeco, fac populo audientiam;
Iam dudum exspecto, si tuum officium scias.
Exerce uocem, quam per uiuis et cluis,
Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames.
Age nunc reside, duplicem ut mercedem feras.
Bonum factum ergo, edicta ut seruetis mea:
Scortum exoletum ne quod in proscenio
Sedeat, neu lictor uerbum aut uirgae muttiant,
Neu dissignator praeter os obambulet

---

4 lubet *B* hystricus 5 sedeate 6 esuplentes 7 edisti *B* 8 saturifice *B* 9 paratum si quo dedit 10 stultia sesū īprasum *C* 13 uiuisq et *C* colis 14 Num *B* ta titum *B*, statim *C* 16 factum esse edicta 17 ne quis in *B*, neq in *C* 18 niue 19 designator *C*

Neu sessum ducat, dum histrio in scena siet.
Diu qui domi otiosi dormierunt, decet
Animo aequo nunc stent, uel dormire temperent.
Serui ne obsideant, liberis ut sit locus,
Uel aes pro capite dent; si id facere non queunt,
Domum abeant, uitent ancipiti infortunio,
Ne et hic uarientur uirgis et loris domi,
Si minus curassint, quom eri *re*ueniant domum.
Nutrices pueros infantis minutulos
Domi procurent neue spectatum adfera*nt*.
Ne et ipsae sitiant et pueri pereant fame,
Neue esurientes hic quasi haedi obuagiant.
Matronae tacitae spectent, tacitae rideant;
Canora hic uoce sua tinnire temperent.
Domum sermones fabulandi conferant,
Ne et hic uiris sint et domi molestiae.
Quodque ad ludorum curatores adtinet,
Ne palma detur quoiquam artifici iniuria.
Neue ambitionis causa extrudantur foras,
Quo deteriores anteponantur, boni.
Et hoc quoque etiam, quod paene oblitus fui:
Dum ludi fiunt, in popinam, pedisequi,
Inruptionem facite; nunc, dum occasio est.
Nunc, dum scriblitae aestuant, adcurrite.
Haec quae inperata sunt pro inperio histrico,
Bonum hercle factum, pro se quisque ut meminerit.
[Ad argumentum nunc uicissatim uolo
Remigrare, ut aeque mecum sitis gnarures.
Eius nunc regiones, limites, confinia

---

27 cura sint ueniant 28 minitulos *C* 29 Domi ut neu quae *B*, neuq͞ *C* afferat 30 pertant *B* 31 aedi obuiaut *C* 32 rediant *B*, redeant *C* 33 . onara *B*, Lanora *C* uoce *om.* *C* 36 ad *om.* *B* 38 Niue *C* 39 bonis 43 scribilitae *B*, scriplite *C* occurrite 47 Remigare *B* siti signa rures

Determinabo; ei rei ego sum factus finitor.]
Sed nisi molestum est, nomen dare uobis uolo
Comoediai; sin odio est, dicam tamen,
Si quidem licebit per illos, quibus est in manu.
Carchedonius uocatur haec comoedia,
Latine † platus Patruus Pultiphagonides.
Nomen iam habetis; nunc rationes ceteras
Accipite, nam argumentum hoc hic censebitur.
Locus argumento est suum sibi proscenium;
Uos iuratores estis; quaeso, operam date.
Carthaginienses fratres patrueles duo
Fuere, summo genere et summis diuitiis;
Eorum alter uiuit, alter est emortuus.
Propterea apud uos dico confidentius,
Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.
Sed illi seni, qui mortuust, *ei* filius,
Unicus qui fuerat, abditiuos a patre
Puer septuennis subripitur Carthagine,
Sexennio prius quidem, quam moritur pater.
Quoniam perisse sibi uidet gnatum unicum,
Conicitur ipse in morbum ex aegritudine.
Facit illum heredem fratrem patruelem suum;
Ipse abiit ad Acheruntem sine uiatico.
Ille, qui subripuit puerum, Calydonem auehit.
Uendit eum domino hic diuiti quoidam seni,
Cupienti liberorum, osori mulierum.
Emit hospitalem is filium inprudens senex
Puerum illum eumque adoptat sibi pro filio
Eumque heredem fecit, quom ipse obiit diem.

---

49 sum *om.* *B* 50 molestum si non mendare 51 odiosi 52 immanu *B* 53 comediae *B* 55 orationes *C* 57 sibis *B*, scibis *C* 61 est *om.* *B* 63 pollector 64 cui *C* mortuus est filius 65 fuerit *B* ab diuitiis appatre *C* 67 sexenni opprius *B*, sexenni ob prius *C* 68 periisse *B* 69 improbum *B* 71 habiit ad acherontem *C* 74 mulierem

Is illic adulescens habitat in illisce aedibus.
Reuortor rursus denuo Carthaginem.
Si quid mandare uoltis aut curarier,
Argentum nisi qui dederit, nugas egerit,
Uerum qui dederit, magis maiores egerit.
Sed illi patruo huius, qui uiuit senex,
Carthaginiensi duae fuere filiae,
Altera quinquennis, altera quadrimula.
Cum nutrice una periere a Magaribus.
Eas qui subripuit, in Anactorium deuehit;
Uendit eas omnis, et nutricem et uirgines,
Praesenti argento homini, si leno est homo,
Quantum hominum terra sustinet, sacerrumo.
Uosmet nunc facite coniecturam ceterum,
Quid id sit hominis, quoi Lyco nomen siet.
Is ex Anactorio, ubi prius habitauerat,
Huc conmigrauit in Calydone*m* hau*d* diu
Sui quaesti causa; is in illis habitat aedibus.
Earum hic adulescens alteram ecflictim perit
Suam sibi cognatam inprudens neque scit, quae siet.
Neque eam umquam tetigit; ita eum leno macerat;
[Neque quicquam cum ea fecit etiamnum stupri
Neque duxit umquam neque ille uoluit mittere;]
Quia amare cernit, tangere hominem uolt bolo.
Illam minorem in concubinatum sibi
Uolt emere miles quidam, qui illam deperit.
Sed pater ill*ar*um Poenus postquam eas perdidit,
Mari te*rraque* usque quaque quaeritat.

---

78 illis cae cae diebus *B* 80 si quit amandare 82 maiores nugas egerit 84 duae filere filiae *B* 86 Quom *B* 87 inanaotorium *B* 88 Uendite. asomis et *B*, uendite A somnis e *C* 89 Presaens *B*, præsens *C* 92 homines *B* lico *C* 93 habitabuerat *B* 94 calydone hau 96 Efflictum *C* 97 nequesitq; aesit *B*, neque quæ sit *C* 99 quom etiam nun *B*, etiam non *C* 100 Uolut *C* 101 uolibolo 102 inconcubinatam *C* 103 peperit 104 illi impoenus pesquam meas perdedit 105 Marite usque

Ubi quamque in urbem est ingressus, ilico
Omnes meretrices, ubi quisque habitant, conuenit.
Dat aurum, ducit noctem, rogitat postibi,
Unde sit, quoiatis, captane an subrupta sit,
Quo genere gnata, qui parentes fuerint.
Ita docte atque astu filias quaerit suas.
Et is omnis linguas scit, sed dissimulat sciens
Se scire; Poenus plane est; quid uerbis opust?
Is heri huc in portum naui uenit uesperi.
Pater harunc idem huic patruus adulescentulo est.
Iamne hoc tenetis? Si tenetis, ducite;
Caue dirumpatis; quaeso, sinite transigi.
Ehem! paene oblitus sum relicuum dicere.
Ille, qui adoptauit hunc pro filio sibi,
Is illi Poeno, huius patruo, hospes fuit,
[Is hodie huc ueniet reperietque hic filias
Et hunc sui fratris filium, ut quidem didici ego.
Ego ibo, ornabor: uos aequo animo noscite.]
Huc qui hodie ueniet reperietque hic filias
Et hunc sui fratris filium. Dehinc ceterum
Ualete, adeste; ibo, alius nunc fieri uolo.
Quod restat, restant alii, qui facient palam.
Ualete atque adiuuate, ut uos seruet Salus.

---

107 inuenit 108 post ubi *C* 109 quolatis captaneant 114 uespere 118 reliquum 120 patri 123 aequos anim[o]as *B* 124 Hic 127 Quod restant restant aliqui faciant 128 salus Adgorastocles Milphio

AGORASTOCLES ADULESCENS. MILPHIO SERUOS.

Agorastocles

Saepe ego res multas tibi mandaui. Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consili,
Quas tu sapienter, docte et cordate et cate
Mihi reddidisti opiparas opera tua.
Quibus pro benefactis fateor deberi tibi
Et liberatem et multas grates gratias.

Milphio

Scitum est, per tempus si ob uiam est uerbum uetus;
Nam tuae blanditiae mihi sunt, quod dici solet,
Gerrae germanae, *αἱ δὲ κολλῦραι λυραί.*
Nunc mihi blandidicus es; heri in tergo meo
Tris facile corios contriuisti bubulos.

Agorastocles

At amans per amorem si quid feci, Milphio,
Ignoscere id te mihi aequom est.

Milphio

Haud uidi magis.
Em, nunc ego amore pereo; sine te uerberem,
Item ut tu mihi fecisti ob nullam noxiam.
Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.

ADGORASTOCLES *B*, *titulum om. C* 129 res *om. B* 130 consilii, *ut semper* 132 oppiparas *C* 135 Scitum si per obuiam si uerbum 137 hae de collyrae lyre *B*, hae de collirae lire *C* 140 Adamans fecit 142 Et nunc 144 locarum

Agorastocles

Si tibi lubido est aut uoluptati, sino.
Suspende uinci uerbera, auctor sum, sino.

Milphio

Si auctoritatem postea defugeris,
Ubi dissolutus tu sies, ego pendeam.

Agorastocles

Egone istuc ausim facere praesertim tibi?
Quin si feriri uideo te, extemplo dolet.

Milphio

Mihi quidem hercle.

Agorastocles

Immo mihi.

Milphio

Istuc mauelim.
Sed quid nunc tibi uis?

Agorastocles

Cur ego apud te mentiar?
Amo inmodeste.

Milphio

Meae istuc scapulae sentiunt.

Agorastocles

At ego hanc uicinam dico Adelphasium meam,
Lenonis huius meretricem maiusculam.

Milphio

Iam pridem equidem istuc ex te audiui.

Agorastocles

Differor
Cupidine eius. Sed lenone istoc Lyco,
Illius domino, non lutum est lutulentius.

---

146 berbera *B* 147 postera 149 ïstac *B* p̄serū *C* 151 immo istuc (*om.* mihi) *C* 152 ergo *B* 154 Ad *B* 155 malusculum *B*, masculum *C* 156 me quidem *B* 157 lico *C* 158 domi *C*

Milphio

Uin tu illi nequam dare nunc?

Agorastocles

Cupio.

Milphio

Em, me dato.

Agorastocles

Abi dierectus.

Milphio

Dic mihi uero serio:

Uin dare malum illi?

Agorastocles

Cupio.

Milphio

Em, eundem me dato.

Utrumque faxo habebit, et nequam et malum.

Agorastocles

Iocare.

Milphio

Uin tu illam hodie sine damno tuo

Tuam libertam facere?

Agorastocles

Cupio, Milphio.

Milphio

Ego faciam, ut facias. Sunt tibi intus aurei

Trecenti nummi Philippei.

Agorastocles

Sescenti quoque.

Milphio

Satis sunt trecenti.

---

159 en mendato 160 Abid rectus *B* 163 Locare damno et dispendio tuo 164 libertatem *C* 166 philippii *B*, philipii *C*

Agorastocles

Quid iis facturu's?

Milphio

Tace.
Totum lenonem tibi cum tota familia
Dabo hodie dono.

Agorastocles

Qui *id* facturu's?

Milphio

Iam scies.
Tuus Collabiscus nunc in urbe est uilicus;
Eum hic non nouit leno. Satin intellegis?

Agorastocles

Intellego hercle, sed quo euadas, nescio.

Milphio

Non scis?

Agorastocles

Non hercle.

Milphio

At ego iam faxo scies.
Ei dabitur aurum, ut ad lenonem deferat,
Dicatque se peregrinum esse ex alio oppido:
Se amare uelle atque obsequi animo suo;
Locum sibi uelle liberum praeberier,
Ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter.
Leno ad se accipiet auri cupidus ilico;
Celabit hominem et aurum.

Agorastocles

Consilium placet.

---

168 quom *B* 169 Quid 170 collubiscus 174 Et a *B* 177 præbirier *B*

Milphio

Rogato, seruos ueneritne ad eum tuus;
Ille me censebit quaeri; continuo tibi
Negabit. Quid tu dubitas, quin extempulo
Dupli tibi, auri et hominis, fur leno siet?
Neque id unde ecficiat, habet. Ubi in ius uenerit,
Addicet praetor familiam totam tibi:
Ita decipiemus fouea lenonem Lycum.

Agorastocles

Placet consilium.

Milphio

Immo etiam ubi expoliuero,
Magis hoc tum demum dices; nunc etiam rude est.

Agorastocles

Ego in aedem Ueneris eo, nisi quid uis, Milphio.
Aphrodisia hodie sunt.

Milphio

Scio.

Agoractocles

Oculos uolo
Meos delectare munditiis meretriciis.

Milphio

Hoc primum agamus, quod consilium cepimus.
Abeamus intro, ut Collabiscum uilicum
Hanc perdoceamus ut ferat fallaciam.

Agorastocles

Quamquam Cupido in corde uorsatur, tamen
Tibi auscultabo.

---

183 extemplo *C* 184 Duplicitibi *B*, Duplici ubi *C* hauriet 185 ueuenerit *B* 187 licum *C* 188 consiliom *B* etiam expoliauero *C* 190 quituis *B*, quitius *C* 193 coepimus *C* 194 ui collybis cum *B*, ut collibiscum *C* uilicum *om.* *C*

Milphio

Faciam ut facto gaudeas.
Inest amoris macula huic homini in pectore,
Sine damno magno quae elui neutiquam potest.
Itaque hic scelestus est homo leno Lycus,
Quoi iam infortuni intenta ballista est probe,
Quam ego haud multo post mittam e ballistario.
Sed Adelphasium exit eccam atque Anterastilis.
Haec est prior, quae meum erum dementem facit.
Sed euocabo. Heus, i foras, Agorastocles,
Si uis uidere ludos iucundissumos.

Agorastocles

Quid istuc tumulti est, Milphio?

Milphio

Em, amores tuos
Si uis spectare.

Agorastocles

O multa tibi di dent bona,
Quom hoc mihi obtulisti tam lepidum spectaculum.

ADELPHASIUM ANTERASTILIS MERETRICES II. MILPHIO SERUOS. AGORASTOCLES ADULESCENS. ANCILLA.

Adelphasium

Negoti sibi qui uolet uim parare,
Nauem et mulierem, haec duo conparato.
Nam nullae magis res duae plus negoti
Habent, forte si occeperis exornare.
[Neque umquam satis hae duae res ornantur,]

---

199 que 203 ecam exit *B*, eccam exit *C* 208 dent bona di 209 tum *B* *Post* 209: Adelfasium anterastilis milphio agorastocles ANCILLA *om. B*, *totum titulum C*

Neque eis ulla ornandi satis satietas est.
Atque haec ut loquor, nunc domo docta dico.
Nam nos usque ab aurora ad hoc quod diei est,
Ex industria ambae numquam concessamus
Lauari aut fricari aut tergeri aut ornari
Poliri expoliri pingi fingi, et una
Binae singulis quae datae nobis ancillae,
Ea*e* nos lauando eluendo operam dederunt,
Aggerundaque aqua sunt uiri duo defessi.
Apage sis, negoti quantum in muliere una est!
Sed uero duae, sat scio, maxumo uni
Populo quoilubet plus satis dare potis sunt,
[Quae noctes diesque omni in aetate semper
Ornantur lauantur tergentur poliuntur.
Postremo modus muliebris nullus est, neque umquam
Lauando et fricando scimus facere *finem*;
Nam quae lauata est, nisi perculta est, meo quidem animo quasi inculta est.]

Anterastilis

Miror equidem te, soror, istaec fabulari,
Quae tam callida et docta sis et faceta.
Nam quom sedulo munditer nos habemus,
Uix aegreque amatorculos inuenimus.

Adelphasium

Ita est; uerum hoc unum tamen cogitato:
[Modus omnibus rebus, soror, optumum est habitu,]
Nimia omnia nimium exhibent negoti hominibus ex se.

---

215 ordinandi *B* 216 modo 218 *anteponitur*: Postquam aurora illuxit numquam consessauimus 218—282 *in B ponuntur post 349* 219 aufricari *B* 222 Ea 223 Aggerunda quae 227 in omni *C* 228 piliuntur *C* 230 facerenniam *B*, facere *C* 231 qua clauata *B*, qua elauata *C* inlusta *B*, iniusta *C* 232 soror te istec sic *B* 236 cogitoto *B* 237 modis *C* 238 negotium

Anterastilis

Soror, cogita, amabo, item nos perhiberi,
Quasi salsa muriatica esse autumantur
Sine omni lepore et sine suauitate,
Nisi multa aqua usque et diu macerantur.
Olent, salsa sunt, tangere ut non uelis.
[Item uos sumus; eius seminis mulieres sunt:
Insulsae admodum atque inuenustae, sine munditia et sumptu.]

Milphio

Coqua est haec quidem, Agorastocles, ut ego opinor:
Scit muriatica ut maceret.

Agorastocles

Quid molestu's?

Adelphasium

Soror, parce, amabo; sat est istuc alios
Dicere nobis, ne nosmet nostra etiam uitia loquamur.

Anterastilis

Quiesco.

Adelphasium

Ergo amo te. Sed hoc nunc responde
Mihi: sunt hic omnia, quae ad deum pacem oportet
Adesse?

Anterastilis

Omnia *adsunt*; *cum cura* adcuraui.

Agorastocles

Diem pulcrum et celebrem et uenustatis plenum,
Dignum Uenere pol, quoi sunt Aphrodisia hodie.

Milphio

Ecquid gratiae, quom huc foras te euocaui,
Habebis? Iam num me decet

---

240 Quam si mariatica *B* 245 inuenustate mundacia *B* 248 amalo *B* 249 nosmet in nostra uitiam *B*, ut iam *C* 252 adsunt; cum cura *om.* 253 plenium *B* 254 ueneri 256 Habebis *om.*

Donari cado uini ueteris? Dic dari. Nihil
Respondes? Lingua huic excidit, ut ego opinor.
Quid hic, malum, adstans obstupuisti?

Agorastocles

Sine amem; ne opturba, ac tace.

Milphio

Taceo.

Agorastocles

Si tacuisses, iam istuc taceo non gnatum foret.

Anterastilis

Eamus, mea soror.

Adelphasium

Eho, amabo, quid illo nunc properas?

Anterastilis

Rogas?
Quia erus nos apud aedem Ueneris mantat.

Adelphasium

Maneat pol. Mane;
Turba est nunc apud aram. An te ibi uis inter istas uorsarier
Prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias,
Miseras, schoeno delibutas, seruilicolas sordidas?
Quae tibi olant stabulum statumque, sellam et sessibulum merum,
Quas adeo haud quisquam umquam liber tetigit neque duxit domum,
Seruolorum sordidulorum scorta diobolaria.

Milphio

I in malam crucem! tun audes etiam seruos spernere?

258 uncua *B* 259 hic *om. B* opstituisti actate *B*, aetate *C* 260 sit accuisses *B* 262 mandat *C* 264 Proseda *C* reliquias allicarias *B*, reliqui sallicarias *C* 265 scheno *C* 267 hau *B* tegit *B* 268 Seruorum *B* duobolaria

Propudium! quasi bella sit, quasi eampse reges ductitent.
Monstrum mulieris! tantilla tanta uerba funditat,
Quoius ego nebulae cyatho *uno* septem noctes non emam.

Agorastocles

Di inmortales omnipotentes, quid est apud uos pulcrius?
Quid habetis, qui mage immortalis uos credam esse, quam ego siem,
Qui haec tanta oculis bona concipio? nam Uenus non est Uenus;
Hanc equidem Uenerem uenerabor, me ut amet pos*t*hac propitia.
Milphio, heus, ubi es?

Milphio

Assum apud te eccum.

Agorastocles

At ego elixus sis uolo.

Milphio

Enimuero, ere, facis delicias.

Agorastocles

De te *e*quidem haec didici omnia.

Milphio

Etiamne ut ames eam, quam numquam tetigeris?

Agorastocles

Nihil illuc quidem est.
Deos quoque edepol et amo et metuo, quibus ego abstineo manus.

---

270 Propidium *C* eam ipse ductitenet *B* 271 Et monstrum *C* 272 Quouis *C* nebula ciratho *B* uno *om.* 273 Dii mortales *B* 274 immortales *B* 276 me *om. C* amet at poshac 277 Milphio heus Milphio adsum 278 enim ere *C* quidem 278 *sq.* omnia ... illuc *om. B* 279 nihil illic quidem st *C* 280 edepol ut ame *C* ego tamen abstineo

Anterastilis

Eu ecastor, quom ornatum adspicio nostrum ambarum, paenitet,
Exornatae ut simus.

Adelphasium

Immo uero sane commode,
Nam pro erili et nostro quaestu satis bene ornatae sumus.
Non enim pote quaestus fieri, si eum sumptus superat, soror.
Eo illud satius est, quod satis est, habitu, quam quod plus sat est.

Agorastocles

Ita me di ament, ut illa me amet malim quam di, Milphio,
Nam illa mulier lapidem silicem subigere ut se amet potest.

Milphio

Pol equidem haud mentire, nam tu es lapide silice stultior,
Qui hanc ames.

Agorastocles

At uide sis, cum illac numquam limaui caput.

Milphio

Curram igitur aliquo ad piscinam aut ad lacum; limum petam.

Agorastocles

Quid eo opust?

Milphio

Ego dicam: ut illi et tibi limem caput.

Agorastocles

I in malam rem!

Milphio

Ibi sum equidem.

---

281 ornatam *B* 283 erilicet 284 potest quaestus non consistet si 285 satius si satis quod satis est habitus plus quam sat est 286 amet *AB* 288 Polit quidem *BC* 289 quom *B* lamaui *C* 290 aut lacum *C* 291 opus sit limen *B* 292 . in *B*

Agorastocles

Pergis?

Milphio

Taceo.

Agorastocles

At perpetuo uolo.

Milphio

Enimuero, ere, meo me lacessis ludo et delicias facis.

Anterastilis

Satis nunc lepide ornatam credo, soror, te tibi uiderier,
Sed ubi exempla conferentur meretricum aliarum, ibi tibi
Erit cordolium, si quam ornatam melius forte adspexeris.

Adelphasium

Inuidia in me numquam innata est, neque malitia, mea soror:
Bono me*d* esse ingenio ornatum quam auro, multo mauolo.
Aurum fortuna inuenitur, natura ingenium bonum.
Bonam ego quam beatam me esse nimio dici mauolo,
Meretricem pudorem gerere magis decet quam purpuram.
[Magisque meretricem pudorem, quam aurum gerere condecet.]
Pulcrum ornatum turpes mores peius caeno conlinunt;
Lepidi mores turpem ornatum facile factis conprobant.

Agorastocles

Eho tu, uin tu facinus facere lepidum et festiuom?

Milphio

Uolo.

Agorastocles

Potin es mihi auscultare?

---

292 perdis 293 aere laccessis 295 conferuntur meretricium *C* 298 me esse ingenio *A*, me ingenio esse *B*, ingenio me esse *C* 299 Aurum in *BC*, Aurum id *A* 300 decima uolo *B* 301 *proximo postponit A* 302 Magis quit *B*, Magis quid *C* 306 Potesne auscultāri *B*

Milphio

Possum.

Agorastocles

Abi domum ac suspende te.

Milphio

Quam ob rem?

Agorastocles

Qui*a* iam numquam audibis uerba tot tam suauia.
Quid tibi opust uixisse? ausculta mihi modo ac suspende te.

Milphio

Si quidem tu es mecum futurus pro uua passa pensilis.

Agorastocles

At ego amo hanc.

Milphio

At ego esse et bibere.

Adelphasium

Eho tu, quid ais?

Anterastilis

Quid rogas?

Adelphasium

Uide num pleni oculi sorderum qui erant iam splendent mihi?

Anterastilis

Immo etiam in medio oculo paulum sordet.

Adelphasium

Cedo sis dexteram.

Agorastocles

Ut quidem tu huius oculos illotis manibus tractes aut teras?

---

307 qui iam 308 opus si 309 passa *om. C* pensibis *B* 310 amabo *A* 311 Uinden tu *B*, uiden tu *C* sord . rum *A*, sorderunt *BC* erunt *B* 312 sordist *A* AD. *spatium deest* 313 Ut tu quidem *BC* iulutis *BC*

Anterastilis

Nimia nos socordia hodie tenuit.

Adelphasium

Qua de re? obsecro.

Anterastilis

Quia non iam dudum ante lucem ad aedem Ueneris uenimus,
Primae ut inferremus ignem in aram.

Adelphasium

Ah! non facto est opus. 316
Quae habent nocturna ora, noctu sacrificatum ire occupant.
Priusquam Uenus expergiscatur. prius deproperant sedulo
Sacrificare, nam uigilante Uenere si ueniant eae.
Ita sunt turpes, credo ecastor, Uenerem ipsam e fano fugent.

Agorastocles

Milphio.

Milphio

Edepol Milphionem miserum! Quid nunc uis tibi? 321

Agorastocles

Obsecro hercle, ut mulsa loquitur!

Milphio

Nihil nisi laterculos,
Sesamum papaueremque. triticum et frictas nuces.

Agorastocles

[Ecquid amare uideor?

Milphio

Damnum, quod Mercurius minime amat. 324

---

315 iam non *C* 316 Prima cum ut *B*, prima cum *C* signem aha non factust *A* 317 occupans 318 uenus experiscatur *B*,
u
expescatur uenus *C* 319 uigilante *B* aeae 322 utnulsa *B* 323 Sesumam papauperem *B* nunc es *B*

Agorastocles

Namque edepol lucrum amare nullum amatorem addecet.]

Anterastilis

Eamus, mea germana.

Adelphasium

Age sis ut lubet. Sequere hac.

Anterastilis

Sequor.

Agorastocles

Eunt hae.

Milphio

Quid si adeamus ad eas?

Agorastocles

Primum prima salua sis
Et secunda tu secundo salue in pretio; tertia
Salue extra pretium.

Ancilla

Tum pol ego et oleum et operam perdidi.

Agorastocles

Quo te agis?

Adelphasium

Egone? in aedem Ueneris.

Agorastocles

Quid eo?

Adelphasium

Ut Uenerem propitiem.

Agorastocles

Eho an irata est? Propitia hercle est; uel ego pro illa spondeo.
Quid tu ais?

---

327 primū primu *C* 328 tu in secundo 329 et oleum *bis B* 330 te *om. A* 331 ehon irata *C* herche *B*

Adelphasium

Quid mihi molestu's? obsecro.

Agorastocles

Ah! tam saeuiter?

Adelphasium

Mitte, amabo.

Agorastocles

Quid festinas? Turba nunc illi est.

Adelphasium

Scio.

Sunt illi aliae, quas spectare ego et me spectari uolo.

Agorastocles

Qui lubet spectare turpis, pulcram spectandam dare?

Adelphasium

Quia apud aedem Ueneris hodie est mercatus meretricius.
Eo conueniunt mercatores; ibi ego me ostendi uolo.

Agorastocles

Inuendibili merci oportet ultro emptorem adducere.
Proba mers facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est.
Quid ais tu? quando illi apud me mecum caput tu copulas?

Adelphasium

Quo die Orcus ab Acherunte mortuos amiserit.

Agorastocles

Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici.

Adelphasium

Deferto ad me; faxo actutum constiterit lymphaticum.

---

337 ego *om. A* 338 Inuendibilem ers *B* 339 repperittarem est et si abstruoso *C*, occulto *A* 340 caput et corpus copulas *BC* 341 orchus ab achaerunte *B* amiseris 342 intus *om. A* quod

Milphio

Bellule hercle.

Agorastocles

I dierecte in maxumam malam crucem!

Milphio

Quam magis adspecto, tam magis est nimbata et nugae merae.

Adelphasium

Segrega*t* sermonem; taedet; age, sustolle hoc amiculum.
Pura sum; comperce, amabo, me adtrectare, Agorastocles.

Agorastocles

Quid agam nunc?

Adelphasium

Si sapias, curam hanc facere conpendi potes.

Agorastocles

Quid? ego non te curem? Quid ais, Milphio?

Milphio

Ecce odium meum.

Quid me uis?

Agorastocles

Cur mihi haec irata est?

Milphio

Cur tibi haec irata sit?

Cur ego id curem? *tu ut sis*, istaec magis mea est curatio.

---

344 Bellula immaximam *B* 345 ninbata *B* 346 Segrega taedaet *B* amicultum *C* 347 comperta *C* attractare *A* 348 potest 349 Quid ego nunc te curem quid agas, Milphio *cet. B*, *sic autem C:* Quid ego nunc te curem namq istæc magis mea est curatio; *sed apposito signo in ima pagina adduntur*:

Quid me . uis cur mihi hec irata est cur hec mihi irata est
Cur ego id curem namq' istæc magis mea est curatio?

Post 349 *B*: Postquam aurora inluxit, numquam concessauimus. *Sequuntur 218—281*, *tum*

Exornatae simus Immo uero sane commode Quid me uis
Qur mihi haec irata est qur haec irata est tibi? *tum* 351 *ut C*

Agorastocles

Iam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillam facis,
Quam mare olim est, quom ibi alcedo pullos educit suos.

Milphio

Quid faciam?

Agorastocles

Exora, blandire, expalpa.

Milphio

Faciam sedulo.
Sed uide sis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas postea.

Agorastocles

Non faciam.

Adelphasium

Non aequos in me es, sed morare et male facis.
Bene promittis multa ex multis; omnia in cassum cadunt.
Liberare iurauisti me haud semel sed centiens.
Dum te exspecto, neque *ego* usquam aliam mihi paraui copiam,
Neque istuc usquam adparet; ita nunc seruio nihilo minus.
I. soror. Abscede tu a me.

Agorastocles

Perii. Eho, quid agis, Milphio?

Milphio

Mea uoluptas, mea delicia, mea uita, mea amoenitas,
Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum sauium,
Meum mel, meum cor, mea colustra, meus molliculus caseus.

Agorastocles

Mene ego illaec patiar praesente dici? discrucior miser,

---

352 hercule *B* 353 alcyo *AB*, alycio *C* seducit 356 aecuius *BC* mes *A* 358 Liberaret *C* iura uis te sedent lens *B*, sed deciens *C* 359 nequam *A* ego *om.* 362 meae diliciae *B* 363 oculus *A* 364 Meum mei meum *B* collustra *C* colliculus *B* 365 praesente patiar illaec *B*

Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnuficem rapi.

Milphio

Noli, amabo, suscensere ero meo causa mea.
Ego faxo, si non irata es, *aes* nimium pro te dabit
Atque te faciet ut sis ciuis Attica atque libera.
Quin adire sinis? Quin, tibi qui bene uolunt, bene uis item?
Si ante quid mentitust, nunc iam dehinc erit uerax tibi.

[*Adelphasium*

Abscede hinc sis, sycophanta.

Milphio

Parebo, at scin quomodo?
Sine te exorem, sine prehendam auriculis, sine dem sauium.
Iam hercle ego faciam plorantem illum, nisi te propitiam facio.]
Atque hic ne me uerberitatum faciat, nisi te propitio,
Male formido; noui ego huius mores morosi malos.
Quam ob rem, amabo, mea uoluptas, sine te hoc exorarier.

Agorastocles

Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiae
Exturbo oculos atque dentes. Em uoluptatem tibi,
Em mel, em cor, em labellum, em salutem, em sauium.

Milphio

Impias, ere, te; oratorem uerberas.

Agorastocles

Iam istoc magis.
Etiam ocellum addam et labellum et linguam.

366 quadragis *C* 367 ere *C* causam *B* 368 si non faxo *A* aes *om.* ninnium *B* 369 sies *A* 370 sinus *C* qui tu tibi *B*, qui tibi *C* nolunt *C* 371 quidem *BC* entitus sit *B*, mentitus sit *C* 372 *proximo postponit A* Aspice dehinc *C* parero *B*, pareo *C* sin *C* 373 aures *A* 374 hercule *BC* plorat *A* 375 me ne *BC* uerberet illum 376 mores moros *A*, mores mores *C* 377 amabo *om. A* me *B* te *om. A* hoc *om. BC* 379 uolumptatem *C* 380 hem *quater C* sualum *B* 381 impia secrete *C* 382 labellum linguam *A*

Milphio

Ecquid facies modi?

Agorastocles

Sicine ego te orare iussi?

Milphio

Quomodo ergo orem?

Agorastocles

Rogas?
Sic enim diceres, sceleste: huius uoluptas, te obsecro.
Huius mel, huius cor, huius labellum, huius lingua, huius sauium.
Huius delicia, huius salus amoena, huius festiuitas,
Huius colustra, huius dulciculus caseus, mastigia.
[Huius cor, huius studium, huius sauium, mastigia.]
Omnia illa, quae dicebas tua, ea memorares mea.

Milphio

Obsecro, hercle te, uoluptas huius atque odium meum,
Huius amica nimis amata, mea inimica et maleuola,
Oculus huius, lippitudo mea, mel huius, fel meum,
Ut tu huic *aut* irata ne sis aut, si id fieri non potest,
Capias restim ac te suspendas cum ero et uostra familia.
Nam mihi iam uideo propter te uictitandum sorbilo;
Ita ego iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito
Propter amorem uostrum.

Adelphasium

Amabo, men prohibere postulas,
Ne te uerberet, magis quam ne mendax me aduorsum siet?

---

382 Eoquid *C* 383 orares ego rogem *A* 385 salum *B* 386 *om. C* Huius colustra huius *B* 387 *om. A, nisi quod extremis proximi superscripta* dulciculus caseus 389 tua esse eam *B*, tua esse ea *C* 391 amica mammiata 392 oculos leppitudo 393 huic irata 394 suspensas quomero *B* 396 Itaque iam 397 menbro hibere *B*

Anterastilis

Aliquid huic responde, amabo, commode, ne incommodus
Nobis sit, nam detinet nos de nostro negotio.

Adelphasium

Uerum. Etiam tibi hanc amittam noxiam unam, Agorastocles.
Non sum irata.

Agorastocles

Non es?

Adelphasium

Non sum.

Agorastocles

Da ergo, ut credam, sauium.

Adelphasium

Mox dabo, quom ab re diuina rediero.

Agorastocles

I ergo strenue.

Adelphasium

Sequere me soror.

Agorastocles

Atque audin etiam? Ueneri dicito
Multa*m* meis uerbis salutem.

Adelphasium

Dicam.

Agorastocles

Atque hoc audi.

Adelphasium

Quid est?

---

399 incommodis *B* 402 suaium *B* 404 Seque *B* audi *C*
405 Multa

Agorastocles

Paucis uerbis rem diuiuam facito. Atque audin? respice.
Respexit. Idem edepol Uenerem credo facturam tibi.

AGORASTOCLES ADULESCENS. *MILPHIO* SERUOS.

Agorastocles

Quid nunc mihi es auctor, Milphio?

Milphio

Ut me uerberes
Atque auctionem facias, nam inpunissume
Tibi quidem hercle uendere hasce aedis licet.

Agorastocles

Quid iam?

Milphio

Maiorem partem in ore habitas meo.

Agorastocles

Supersede istis uerbis.

Milphio

Quid nunc uis tibi?

Agorastocles

Trecentos Philippos Collabisco uilico
Dedi dudum, priusquam me euocauisti foras.
Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dexteram
Perque hanc sororem laeuam perque oculos tuos.
[Perque meos amores perque Adelphasium meam]
Perque tuam libertatem.

Milphio

Em, nunc nihil obsecras.

---

407 tibi; Agorastocles milphio *B* 408 auctor es *A* 411 parte minore *C* mea 412 ueis nunc *A* 413 Collybisco *A* 414 dum *A* euocasti *BC* 416 perqueusoculos *A* 418 hem *C*

Agorastocles

Mi Milphidisce, mea commoditas, mea salus,
Fac, quod facturum te promisisti mihi.
Ut ego hunc lenonem perdam.

Milphio

Perfacile id quidem est.
I, adduce testis tecum; ego intus interim
Iam et ornamentis meis et sycophantiis
Tuum exornabo uilicum; propera atque abi.

Agorastocles

Fugio.

Milphio

Meum istuc magis officium quam tuum.

Agorastocles

Ego, ego ne, si istuc lepide ecfexis,

Milphio

I modo.

Agorastocles

Ut non ego te hodie

Milphio

Abi modo.

Agorastocles

Emittam manu,

Milphio

I modo.

Agorastocles

Non hercle merear — oh —

Milphio

Uah, abi modo.

---

420 te esse *BC* promisti *C* 422 I *om. C* tecum *bis C* 423 *om. A* 424 uilicom 425 Meum est istuc 426 Egone egone et fexis 428 meream *BC*

Agorastocles

Quantum Acherunt*i* est mortuorum,

Milphio

Etiamne abis?

Agorastocles

Neque quantum aqua*i* est in mari,

Milphio

Abiturun es?

Agorastocles

Neque nubes omnes quantum est,

Milphio

Pergin pergere?

Agorastocles

Neque stellae in caelo.

Milphio

Pergin aures tundere?
„Neque hoc neque illud neque"

Agorastocles

Enimuero serio.
Neque hercle uero —

Milphio

Quid opust uerbis?

Agorastocles

Quippini?

Milphio

Quod uno uerbo dicere hic quid uis licet.

Agorastocles

Neque hercle uero — serio: scin quomodo?
Ita me di amabunt — uin bona dicam fide,

---

429 acherunt est 430 aquast *A*, aqua est *B*, est aqua *C* abiturusne *BC* 431 omnes *om. C* 433 illuc *BC* AG. *spatium deest* 434 MI. *et* AG. *spatia desunt* opus *A*, opus si *BC* 435 quidueis *A*

Quod hic inter nos liceat? Ita me Iuppiter —
Scin — Quam uidetur credi quod ego fabuler!

Milphio

Si nequeo facere ut abeas, egomet abiero.
Nam isti quidem hercle orationi Oedipo
Opus coniectore, qui sphingi interpres fuit.

Agorastocles

Illic hinc iratus abiit, nunc mihi cautio est,
Ne meamet culpa meo amori obiexim moram.
Ibo atque arcessam testis, quando amor iubet
Me oboedientem esse seruo liberum.

LYCUS LENO. ANTAMOENIDES MILES.

Lycus

Di illum infelicent omnes, qui post hunc diem
Leno ullam Ueneri umquam inmolarit hostiam,
Quiue ullum turis granum sacrificauerit;
Nam ego hodie infelix, dis mihi iratissumis,
Sex inmolaui agnos nec potui tamen
Propitiam Ụenerem facere ut † esset mihi.
Quoniam litare nequeo, abi*i* illim ilico
Iratus; uotui exta prosicarier,
Neque ea porricere uolui: quoniam non bona
Haruspex dixit, deam esse indignam credidi.

---

438 licet *A* 439 Uide tu *BC* credin 440 abireo *B*, abire *C* 441 *sq.* orationi oedippo Opus est coniectore 444 meam *C* 445 lubet *B* 446 Meo *B* obnedientem *A* lycus antamonedes *add. BC* LICUS ANTAMONEDES LENO MILES *B* 449 Qui ullum *A* 450 mei *A*, meis *BC* 452 uti *BC* 453 abi 454 uolui *A*, otui *C* prosecarier *A*, prositarier *B* 455—56 *om. A* 455 picere *B*, aspicere *C*

Eo pacto auarae Ueneri pulcre adii manum.
Quando id, quod sat erat, satis habere noluit,
Ego pausam feci; sic ago, sic me decet.
Ego faxo posthac di deaeque ceteri
Contentiores mage erunt atque auidi minus,
Quom scibunt, Ueneri ut adierit leno manum.
Condigne haruspex, non homo trioboli,
Omnibus in extis aibat portendi mihi
Malum damnumque et deos esse iratos mihi.
Quid ei diuini aut humani aequom est credere?
Mina mihi argenti dono postilla data est.
Sed quaeso ubinam illic restitit miles modo,
Qui hanc mihi donauit, quem ego uocaui ad prandium?
Sed eccum incedit.

Antamoenides

Ita ut occepi dicere,
Lenulle, de illac pugna ptenanthropica,
Quom sexaginta milia hominum uno die
Uolaticorum manibus occidi meis.

Lycus

Uolaticorum hominum?

Antamoenides

Ita dico quidem.

Lycus

An, obsecro, usquam sunt homines uolatici?

Antamoenides

Fuere, uerum ego interfeci.

---

459 paussam *A* 460 dei *A* 461 adque auidiuiminus *A* 463 *post 469 ponit A* 464 aiebat *BC* 466 haud *BC*, atq *A* hamani aequom si *B*, humanæ cum si *C* crederet 467 dona *B* 470 ANTAMONEDES *C* 471 lenull. *A*, Lennutte *B*, Lenutte *C* pentetronica 472 Quo *BC* milia *om. C* 473 occidimus *B* 474 E uolaticorum *B*, lycus euolaticorū *C* deico *A* 475 uiatici *BC*

Lycus
Quomodo
Potuisti?

Antamoenides
Dicam. Uiscum legioni dedi
Fundasque; ei praesternebant folia farferi.

Lycus
Quoi rei?

Antamoenides
Ne ad fundas uiscus *is* adhaeresceret.

Lycus
Perge: optume hercle perieras. Quid postea?

Antamoenides
In fundas uisci indebant grandiculos globos;
Eos in uolantes iussi funditarier.
Quid multa uerba? quemquem uisco offenderant,
Tam crebri ad terram accidebant quam pira.
Ut quisque acciderat, eum necabant ilico
Per cerebrum pinna sua sibi quasi turturem.

Lycus
Si hercle istuc umquam factum est, tum me Iuppiter
Faciat ut semper sacrificem nec umquam litem.

Antamoenides
An mihi haec non credis?

Lycus
Credo ut mihi aequom est credier.

Antamoenides
Age eamus intro. Dum exta referuntur, uolo
Narrare tibi etiam unam pugnam.

---

478 eo *BC* 479 Qui *BC* is *om.* 480—545 *post 607 ponit B* 480 periuras quip *B*, qui *C* 481 uis uindebant glouos *B* 482 Ego illos uolantis iussit *B* 484 crebret *B*, crebi ad *C* 485 negabam *B*, necabam *C* 486 gerebrum *B* 489 est aequum 490 Z *deest*

Lycus

Nihil moror.

Antamoenides

Ausculta.

Lycus

Non hercle auscultabo.

Antamoenides

Quomodo?

Colaphis quidem hercle tuum iam dilidam caput,
Nisi aut auscultas aut is in malam crucem.

Lycus

Malam crucem ibo potius.

Antamoenides

Certumne est tibi?

Lycus

Certum.

Antamoenides

Tum tu igitur die bono, Aphrodisiis,
Addice tuam mihi meretricem minusculam.

Lycus

Ita res diuina mihi fuit: res serias
Omnis extollo ex hoc die in alium diem.
Profecto festum ut habeam decretum est mihi.
Nunc hinc eamus intro. Sequere hac me.

Antamoenides

Sequor.

In hunc diem iam tuus sum mercenarius.

492—93 auscultabo . . . hercle *om.* *BC* 493 elidam *BC* 494 Nisi auscultas *BC* 496 aphrodiis *BC* 497 tuum *B* 500 Profectos festos habeam 502 agorastocles *ex titulo addit B*

AGORASTOCLES ADULESCENS. ADUOCATI. C

Agorastocles

Ita me di ament, tardo amico nihil est quidquam iniquius
Praesertim homini amanti, qui quidquid agit, properat omnia.
Sicut ego hos duco aduocatos, homines spissigradissumos,
Tardiores quam corbitae sunt in tranquillo mari.
Atque equidem hercle dedita opera amicos fugitaui senes;
Scibam aetate tardiores; metui meo amori moram.
Nequiquam hos procos mihi elegi loripedes, tardissumos.
Quin si ituri hodie estis, ite, aut ite hinc in malam crucem.
Sicine oportet ire amicos homini amanti operam datum?
Nam iste quidem gradus succretust cribro pollinario.
Nisi cum pedicis condidicistis istoc grassari gradu.

Aduocati

Heus tu, quamquam nos uidemur tibi plebeii et pauperes,
Si nec recte dicis nobis, diues de summo loco,
Diuitem audacter solemus mactare infortunio,
Nec tibi nos obnoxii sumus, quid tu ames aut oderis.
Quom argentum pro capite dedimus, nostrum dedimus, non tuum.
Liberos nos esse oportet; nos te nihili pendimus,
Ne tuo nos amori seruos esse addictos censeas.
Liberos homines per urbem modico magis par est gradu
Ire; seruile esse duco festinantem currere.
Praesertim in re populi placida atque interfectis hostibus
Non decet tumultuari. Sed si properabas magis.

AGORASTOCLES *om.* *C* 503 mediantent *B* nihili *B* In equius *B*, inaequius *C* 504 qui in quidquid *B*, quicquid *C* 505 duco duccatos *B* spissi grandissimus *C* 506 corditae 507 equidem haec edita *B* 508 Sciebam aetati, *tum post lacunam* metui *B* 509 eligi *C* 510 estis hodie *C* ite audite 512 succretuest *C* 513 conde didicisti *B*, condidicisti *C* sis occrassari 515 Sinet recte *B*, sine crete *C* suum mo *B* 517 obnixii sumus istuc quid 520 seruos tuos esse *C* 521 perturbem *B* 522 seruuli *C* 524 tumulturis et si *B*

Pridie nos te aduocatos huc duxisse oportuit.
Ne tu opinere, haud quisquam hodie nostrum curret per uias,
Neque nos populus pro cerritis insectabit lapidibus.

Agorastocles

At si ad prandium me in aedem uos dixissem ducere,
Uinceretis ceruom cursu uel grallatorem gradu;
Nunc uos quia mihi aduocatos dixi et testis ducere,
Podagrosi estis ac uicistis cocleam tarditudine.

Aduocati

An uero non iusta causa est, quor curratur celeriter,
Ubi bibas, edas de alieno quantum uelis usque adfatim,
Quod tu inuitus numquam reddas domino, de quoio ederis?
Sed tamen quo meo † quom qui qui, quamquam sumus pauperculi,
Est domi, quod edimus, ne nos tam contemptim conteras.
Quidquid est pauxillulum illuc, nostrum id omne *et* intus est,
Neque nos quemquam flagitamus neque nos quisquam flagitat.
Tua causa nemo nostrorum est suos rupturus ramices.

Agorastocles

Nimis iracundi estis; equidem haec uobis dixi per iocum.

Aduocati

Per iocum itidem dictum habeto, quae nos tibi respondimus.

Agorastocles

Obsecro hercle operam celocem hanc mihi, ne corbitam date;
Adtrepidate saltem, nam uos adproperare haud postulo.

Aduocati

Si quid tu placide otioseque agere uis, operam damus;
Si properas, cursores meliust te aduocatos ducere.

Agorastocles

Scitis — rem narraui uobis — quid uostra opera mihi opus siet,

---

528 Ad 529 elclabatorem *B*, vel glabatorem *C* 531 tardi tune *B* 532 Ad iuxta *B* quo 533 et das *B* uelis *om. B* 534 de qui o *B*, de quo *C* 535 quo meo cum cui *C* 536 nostram *B* 537 pauxillum *B* et *om.* 539 si ramites 541 quos nos *C* 542 uelocem 545 melius si te 546 quod operamini

De lenone hoc, qui me amantem ludificatur tam diu,
Ei paratae ut sint insidiae, de auro et de seruo meo.

Aduocati

Omnia istaec scimus iam nos, si hi spectatores sciant;
Horunc hic nunc causa haec agitur spectatorum fabula.
Hos te satius est docere, ut, quando agas, quid agas, sciant;
Nos tu ne curassis; scimus rem omnem, quippe omnes simul
Didicimus tecum una, ut respondere possimus tibi.

Agorastocles

Ita profecto est. Sed agite igitur, ut sciam uos scire, rem
Expedite et mihi, quae uobis dudum dixi, dicite.

Aduocati

Itane temptas an sciamus? non meminisse nos ratu's,
Quomodo trecentos Philippos Collabisco uilico
Dederis, quos deferret huc ad lenonem, inimicum tuum,
Isque se ut adsimularet peregrinum aliunde ex alio oppido?
Ubi is detulerit, tu eo seruom quaesitum aduenies tuum
Cum pecunia.

Agorastocles

Meministis memoriter; seruastis me.

Aduocati

Ille negabit; Milphionem quaeri censebit tuum.
Id inplicabit hominem furto; leno addicetur tibi.
Ad eam rem nos esse testis uis tibi.

Agorastocles

Tenetis rem.

---

549 staec *B* his peccatores *B* 550 Horunt hinc *B*, Horum huic *C* spectorum *B* 551 quid agant sciant 553 Dedicimus 554 est e set *B* ui sciam *B* 555 dudum uobis *C* 556 nostratus *B*, nostra *C* 559 esse aliunde 560 quæsitum seruum aduentes 561 Qum penicunia *B* 563 Id dublicabit omne furtum *B et C*, *nisi quod* dupli 564 estis A *om.*

Aduocati

Uix quidem hercle, ita pauxilla est, digitulis primoribus.

Agorastocles

[Hoc cito et cursim est agendum; propera iam quantum potest.

Aduocati

Bene uale igitur; te aduocatos melius celeris ducere;
Tardi sumus nos.

Agorastocles

Optume itis, pessume hercle dicitis.
Quin etiam deciderint uobis femina in talos uelim.

Aduocati

At edepol nos tibi in lumbos linguam atque oculos in solum.

Agorastocles

Eia, haud uostrum est iracundos esse, quod dixi ioco.

Aduocati

Nec tuum quidem est amicis per iocum iniuste loqui.

Agorastocles

Mittite istaec; quid uelim uos, scitis.

Aduocati

Callemus probe;
Lenonem periurum ut perdas, id studes.

Agorastocles

Tenetis rem.]
Ecce opportune egrediuntur Milphio una et uilicus:
Basilice exornatus cedit et fabre ad fallaciam.

---

565 primordius *B* 567 aduocatus 570 Aedepol *B* at oculos *C* 571 Heia *B* 573 Mittitae *B* 574 Leonem ut periurem *B* studeas *C* 575 oportune 576 incedit frabre *C* *B addit:* Milphio collabiscus agorastocles; *reliqua tituli uncialibus addidit rubricator.*

MILPHIO SERUOS. COLLABISCUS UILICUS.
AGORASTOCLES ADULESCENS. ADUOCATI.

Milphio

Iam tenes praecepta in corde?

Collabiscus

Pulcre.

Milphio

Uide sis calleas.

Collabiscus

Quid opust uerbis? callum ap*r*ugnum callere aeque non sinam.

Milphio

Fac modo ut condocta tibi sint dicta ad hanc fallaciam.

Collabiscus

Quin edepol condoctior sum quam tragoedi aut comici.

Milphio

Probus homo es.

Agorastocles

Adeam*us* propius; adsunt testes.

Milphio

Tot quidem
Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.
Nam istorum nullus nefastust; comitiales sunt meri.
Ibi habitant; ibi eos conspicias quam praetorem saepius.
Hodie iuris doctiores non sunt, qui lites creant,
Quam hi sunt, qui si non est, quicum litigent, lites emunt.

---

578 opus si apugnum 579 conducta *C* 580 conductior *C* tragoedia ut *B*, ut tragoedia *C* 581 Brobus *B* est *B* adeam 583 nefastus st 585 Iuris *B*, *om. C* coctiores 586 si nihil est litium lites semunt *BC*

Aduocati

Di te perdant.

Milphio

Uos quidem hercle quom † eo quom qui qui tamen
Et bene et benigne facitis, quom ero amanti operam datis.
Sed isti iam sciunt, negoti quid sit?

Agorastocles

Rem omnem in ordine.

Milphio

Tum uos animum aduortite igitur. Hunc uos lenonem Lycum
Nouistis?

Aduocati

Facile.

Collabiscus

At ego pol eum, qua sit facie, nescio.
Eum uolo mihi demonstretis hominem.

Aduocati

Nos curabimus.
Satis praeceptum est.

Agorastocles

Hic trecentos nummos numeratos habet.

Aduocati

Ergo nos inspicere oportet istuc aurum, Agorastocles,
Ut sciamus, quid dicamus mox pro testimonio.

Agorastocles

Agite, inspicite.

Aduocati

Aurum est profecto hoc, spectatores, comicum.
Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boues;
Uerum ad hanc rem agundam Philippum est; ita nos adsimulabimus.

---

587 CUMEODUM *A* 589 rem *om.* in ordinem *A* 590 Lycum *om. A* 592 mihi uolo *A* 593 est *om. BC* 596 hoc *om. BC* 597 bobes *C* 598 agundumst *A*

Collabiscus

Sed ita adsimulatote, quasi ego sim peregrinus.

Aduocati

Scilicet.

Et quidem quasi tu nobiscum adueniens hodie oraueris,
Liberum ut conmonstraremus tibi locum et uoluptarium,
Ubi ames potes pergraecere.

Collabiscus

Eu edepol mortales malos!

Agorastocles

Ego enim docui.

Milphio

Quis te porro?

Collabiscus

Agite, intro abite, Agorastocles,
Ne hic uos mecum conspicetur leno, neu fallaciae
Praepedimentum obiciatur.

Agorastocles

Hic homo sapienter sapit.
Facite quod iubet. — Abeamus. Sed uos —

Aduocati

Satis dictum est; abi.

Agorastocles

Abeo.

Aduocati

Quaeso, di inmortales, quin abis?

Agorastocles

Abeo.

Aduocati

Sapis.

---

601 librum *C* commostraremus *A* 602 peregre *C* 605 domo *C* 606 lubet habeamus set uos satis dictum stabi 607 Abeo queso dii mortales. H. Quin B. sapis.

Collabiscus

St, tace.

Aduocati

Quid est?

Collabiscus

Fores hae fecerunt magnum flagitium modo.

Aduocati

Quid *id* est flagiti?

Collabiscus

Crepuerunt clare.

Aduocati

Di te perduint.

Pone nos recede.

Collabiscus

Fiat.

Aduocati

Nos priores ibimus.

Collabiscus

Faciunt, scurrae quod consuerunt; pone sese homines locant.

Aduocati

Illic homo est, qui egreditur, leno.

Collabiscus

Bonus est, nam similis malo est.

Iam nunc ego illi egredienti sanguinem exsugam procul.

LYCUS LENO. ADUOCATI. COLLABISCUS UILICUS. DU

Lycus

Iam istuc reuortar, miles; conuiuas uolo
Reperire nobis commodos, qui una sient.

608 Sitace A. fores hi fecerint *B* 609 id *om.* perdiunt *B* 611 Faciun *B* consueuerunt pones esse *B* 612 malo *om.* *B* 613 *B addit:* lycus collabiscus, *tum uncialibus miniatis:* LENO ADUOCATI UILICUS 614 istuc ego reuotar *B*, reuortor *C* 615 Repperire qui *om.* *C*

Interibi adtulerint exta, atque eadem mulieres
Iam ab re diuina, credo, adparebunt domi.
Sed quid huc tantum hominum incedunt? ecquidnam adferunt?
Et illic chlamydatus quisnam est, qui sequitur procul?

Aduocati

Aetoli ciues te salutamus, Lyce,
Quamquam hanc salutem ferimus inuiti tibi.

Lycus

Fortunati omnes sitis, quod certe scio
Nec fore nec Fortunam id situram fieri.

Aduocati

Iste est thensaurus stultis in lingua situs,
Ut quaestui habeant male loqui melioribus.

Lycus

Uiam qui nescit, qua deueniat ad mare,
Eum oportet amnem quaerere comitem sibi.
Ego male loquendi uobis nesciui uiam;
Nunc uos mihi amnis estis; uos certum est sequi.
Si benedicetis, uostra uos ripa sequar;
Si maledicetis, uostro gradiar limite.

Aduocati

Malo benefacere tantundem est periculum
Quantum bono malefacere.

Lycus

Qui uero?

Aduocati

Scies.

---

616 attulerunt *C* 617 rediuiua 618 et quidnam *B* 619 ille sequetur 620 Aetolici ueste 621 *additur:* et quamquam bene uolumus leniter lenonibus 623 foren & *B*, fore et *C* S. itaturam *C* 624 Istic in lingua situs *om. B* 625 loqui *bis B* 626 E. *om.* 629 amnes 630 ripa uos 631 uostra gradiar lymite *B* 632 tantundem si 633 quid

Malo si quid benefacias, aetatem expetit.
Bono si quid malefacias, aetatem expetit.

Lycus

Facete dictum; sed quid istuc ad me adtinet?

Aduocati

Quia nos honoris tui causa huc aduenimus,
Quamquam bene uolumus leniter lenonibus.

Lycus

Si quid boni adportatis, habeo gratiam.

Aduocati

Bonum de nostro tibi nec ferimus nec damus
Neque pollicemur, neque adeo uolumus datum.

Lycus

Credo hercle uobis; ita uostra est benignitas.
Sed quid nunc uoltis?

Aduocati

Hunc chlamydatum quem uides,
Ei Mars iratust.

Collabiscus

Capiti uostro istuc quidem.

Aduocati

Hunc nunc, Lyce, ad te diripiendum adducimus.
Cum *p*raeda hic hodie incedet uenator domum;
Canes conpellunt in plagas lepide lupum.

Lycus

Quis hic est?

634 mali facias *A* id beneficium interit *BC* 635 mali facias *A* expetis *A* 636 E. *abest* Facite *B* dictum *om. C* 637 H. *abest* ad te uenimus *BC* 639 adportastis *A* 640 Bono *B*, boni *C* damus tibi *BC* 642 itae *B* est *om. C* 644 iratus est *BC* 645 Nunc hunc *A* lice *C* diribiendum *A* 646 raeda *B*, reda *C* incedit *C* 647 lycum *BC*

Aduocati

Nescimus nos quidem istum qui siet,
Nisi dudum mane ut ad portum processimus,
Atque istum e naui exeuntem oneraria
Uidemus. Adiit ad nos extemplo exiens;
Salutat; respondemus.

Collabiscus

Mortalis malos!
Ut ingrediuntur docte in sycophantiam!

Lycus

Quid deinde?

Aduocati

Sermonem ibi nobiscum copulat.
Ait se peregrinum esse huius ignarum oppidi;
Locum sibi uelle liberum praeberier,
Ubi nequam faciat. Nos hominem ad te adduximus;
Tu, si te di amant, age tuam rem; occasio est.

Lycus

Itane ille est cupiens?

Aduocati

Aurum habet.

Lycus

Praeda haec mea est.

Aduocati

Potare, amare uolt.

Lycus

Locum lepidum dabo.

---

648 istum quidem *BC* · que *B* 649 amane *BC* 650 exiunte moneraria *B* 651 exemplo *C* 654 nobiscum ibi *C* copulant 655 Agit *B* signarum *B* 657 faciet ad te *om.* *C* 658 agere 659 prada haec me east *B* 660 uoli

Aduocati

At enim hic clam furtim esse uolt, ne quis sciat
Neue arbiter sit, nam hic latro in Sparta fuit,
Ut quidem ipse nobis dixit, apud regem Attalum.
Inde huc aufugit, quoniam capitur oppidum.

Collabiscus

Nimis lepide de latrone; de Sparta optume.

Lycus

Di deaeque uobis multa bona dent, quom mihi
Et bene praecipitis et bonam praedam datis.

Aduocati

Immo ut ipse nobis dixit, quo adcures magis.
Trecentos nummos Philippos portat praesidi.

Lycus

Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem adlexero.

Aduocati

Quin hic quidem tuus est.

Lycus

Obsecro hercle, hortamini,
Ut deuortatur ad me in hospitium optumum.

Aduocati

Neque nos hortari neque dehortari decet
Hominem peregrinum; tuam rem tu ages, si sapis.
Nos tibi palumbem ad aream usque adduximus;
Nunc te illum melius capere, si captum esse uis.

Collabiscus

Iamne itis? Quid, quod uobis mandaui, hospites?

---

661 clam *om.* *B* uoli ne quis sciant *BC* 662 in siparta 664 huc *om.* *A*, nunc *BC* 665 optumo *A* 666 uobis uobis *B* 668 accureis *A*, accurres *BC* 669 præsibi 670 ad me *om.* *A* mallexero 671 H. *om.* horta mihi *B* 674 Hominum *C* age *A* 675 usquae *A* 676 castum 677 uobeis *A*

Aduocati

Cum illoc te meliust rem tuam, adulescens, loqui.
Illic est ad istas res probus, quas quaeritas.

Collabiscus

Uidere equidem uos uellem, quom huic aurum darem.

Aduocati

Illinc procul nos istuc inspectabimus.

Collabiscus

Bonam dedistis mihi operam.

Lycus

It ad me lucrum.

Collabiscus

Illud quidem, quorsum asinus caedit calcibus.

Lycus

Blande hominem conpellabo. Hospes hospitem
Salutat; saluom te aduenire gaudeo.

Collabiscus

Multa tibi di dent bona, quom me saluom esse uis.

Lycus

Hospitium te aiunt quaeritare.

Collabiscus

Quaerito.

Lycus

Ita illi dixere, qui hinc a me abierunt modo,
Te quaeritare a muscis.

Collabiscus

Minime gentium.

Lycus

Quid ita?

---

678 Quom *B* illuc *C* melius *BC* tuam rem 681 inspectauimus *B* 683 cedit *C* 686 quo *B* 688 E. *om.* 689 Ah minime *A*

Collabiscus

Quia *a* muscis si mihi hospitium quaererem,
Adueniens irem in carcerem recta uia.
Ego id quaero hos*pi*tium, ubi ego curer mollius,
Quam regi Antiocho oculi curari solent.

Lycus

Edepol ne tibi illud possum festiuom dare,
Si quidem potes esse te pati in lepido loco,
In lecto lepide strato, et lepidam mulierem
Conplexum contractare,

Collabiscus

*In*is, leno, uiam.

Lycus

Ubi tu Leucadio, Lesbio, Thasio, Chio,
Uetustate uino edentulo aetatem inriges.
Ibi te replebo usque unguentum cheumatis.
Quid multa uerba? faciam ut, ubi tu laueris,
Ibi balneator faciat unguentariam.
Sed haec latrocinantur, quae ego dixi, omnia.

Collabiscus

Quid ita?

Lycus

Quia aurum poscunt praesentarium.

Collabiscus

Qui*n* hercle accipere tu non mauis, quam ego dare.

---

690 a *om.* 691 Adueniens huc irem *BC* 692 hostium 693 oculi *om. C* 694 illum possum *AB*, possum illum *C* 695 te *om. BC* 696 et *om. BC* 697 ω is 698 los bio *B*, lespia *C* thassio *C* choo *BC* 700 Ibi ego te *A* geumatis *A*, egeumatis *BC* 701 ut *om.* 702 Ibi ut balneator 705 Qui hercle tuo manuis *B* quin *A* darem *C* *Sequuntur in BC:* Quin sequere me intro. ω. Duc me ergo intro; addictum tenes

Aduocati

Quid si euocemus huc foras Agorastoclem,
Ut ipsus testis sit sibi certissumus?
Heus tu, qui furem captas, egredere ocius,
Ut tute inspectes aurum lenoni dari.

AGORASTOCLES ADULESCENS. IIDEM. DU

Agorastocles

Quid est? quid uoltis, testes?

Aduocati

Specta ad dexteram,
Tuus seruos aurum ipsi lenoni dabit.

Collabiscus

Age, accipe hoc sis; hic sunt numerati aurei
Trecenti nummi, qui uocantur Philipp*ei*,
Hinc me procura; propere hosce absumi uolo.

Lycus

Edepol fecisti prodigum promum tibi.
Age, eamus intro.

Collabiscus

Te sequor.

Lycus

Age, age, ambula.
Ibi quae *sunt* reliqua alia fabulabimur.

---

706 H. *om.* agorastoclen *B* *Sequuntur in A:*
Quin sequere me intro. Duc me ergo intro.
Si exierit leno, quid tum hominem interrogem?
707 ipse *BC* certi sumus *C* 708 quis tu rem *B* 709 dare *Tum B addit* agorastocles, *mox uncialibus miniatis* ADVLESCENS IDEM DV 711 dabat 712 sis se ic 713 numme *C* philippi 714 propera *C* 717 Ibique reliqua

Collabiscus

Eadem narrabo tibi res Spartiaticas.

Lycus

Quin sequere me ergo.

Collabiscus

Abduc*e* intro; addictum tenes.

Agorastocles

Quid nunc mihi auctores estis?

Aduocati

Ut frugi sies.

Agorastocles

Quid, si animus esse non sinit?

Aduocati

Esto, ut sinit.

Agorastocles

[Uidistis, leno quom aurum accepit?

Aduocati

Uidimus.

Agorastocles

Eum uos meum esse seruom scitis?

Aduocati

Scimus.

Agorastocles

Rem aduorsus populi saepe leges.

Aduocati

Sciuimus.

Agorastocles

Em, istaec uolo ergo uos conmeminisse omnia,
Mox quom ad praetorem usus ueniet.

Aduocati

Meminimus.]

---

718 spartiacas *C* 719 abduc 720 auctoris spes 725 hem *C* 726 memiminimus *B*

Agorastocles

Quid si recenti re aedes pultem?

Aduocati

Censeo.

Agorastocles

[Si pultem. non recludet.

Aduocati

Panem frangito.]

Agorastocles

Si exierit leno, censen hominem interrogem.
Meus seruos ad eum ueneritne?

Aduocati

Quippini?

Agorastocles

Cum auri ducentis nummis Philippis?

Aduocati

Quippini?

Agorastocles

Ibi extemplo leno errabit.

Aduocati

Qua de re?

Agorastocles

Rogas?
Quia centum nummis minus dicetur.

Aduocati

Bene putas.

Agorastocles

Alium censebit quaeritari.

Aduocati

Scilicet.

---

nt
727 recentirae *B* 729 censerit *B*, censeo *C*, quid tum *A* 730 seruo si ad 731 Quom *B* 732 cerrabit *B* 733 diceretur

Agorastocles

Extemplo denegabit.

Aduocati

Iuratus quidem.

Agorastocles

Homo furti sese adstringet.

Aduocati

Haud dubium id quidem est.

Agorastocles

Quantum quantum ad eum erit delatum.

Aduocati

Quippini?

Agorastocles

[Diespiter uos perduit.

Aduocati

Te quippini?

Agorastocles

Ibo et pultabo ianuam.

Aduocati

Ita quippini?]

Agorastocles

Tacendi tempus est, nam crepuerunt fores.
Foras egredier uideo lenonem Lycum.
Adeste, quaeso.

Aduocati

Quippini? *Sed nos decet*
Operire capita, ne nos leno nouerit,
Qui illi malae rei tantae fuimus inlices.

---

735 denegauit *C* 736 furtis est *B*, furtis es *C* adstringit aud *B* quid est *B*, quidem *C* 741 egredietur *C* 742 quippini si uoles 743 leno rit *C* 744 Cui *C* malae ire it ante *B*, maræ ire it *C* in lyces; lycus agorastocles *B*, *tum uncialibus:* LENO ADOLESCENS *cet.*

LYCUS LENO. AGORASTOCLES ADULESCENS. ADUOCATI. DU

Lycus

Suspendant omnes nunc iam se haruspices,
Quam ego illis posthac, quod loquantur, creduam,
Qui in re diuina dudum dicebant mihi
Malum damnumque maxumum portendier,
Is explicaui meam rem postilla lucris.

Agorastocles

Saluos sis leno.

Lycus

Di te ament, Agorastocles.

Agorastocles

Magis me benigne nunc salutas quam antidhac.

Lycus

Tranquillitas euenit quasi naui in mari;
Utquomque est uentus, exim uelum uortitur.

Agorastocles

Ualeant apud te, quos uolo, atque haud te uolo.

Lycus

Ualent, ut postulatum est, uerum non tibi.

Agorastocles

Mitte ad me, si audes, hodie Adelphasium tuam
Die festo celebri nobilique, Aphrodisiis.

Lycus

Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi.

---

745 sese *A* 746 ego post hæc[a] *B* 748 damnum quae *B* 749 postillam *B* lucro 752 quast 754 Ualent *A* 755 ualeant *C* postulatum si *B*

Agorastocles

Quid iam?

Lycus

Quia os nunc frigefactas, quom rogas.

Agorastocles

Hoc age sis leno: seruom esse audiui meum
Apud te.

Lycus

Apud me? Numquam factum reperies.

Agorastocles

Mentire, nam ad te uenit aurumque adtulit.
Ita mihi renuntiarunt, quibus credo satis.

Lycus

Malus es; captatum me aduenis cum testibus.
Tuorum apud me nemo est nec quidquam tui.

Agorastocles

Mementote illuc, aduocati.

Aduocati

Meminimus.

Lycus

Ha ha he, iam teneo quid sit; perspexi modo.
Hi qui illum dudum conciliauerunt mihi
Peregrinum Spartanum, id nunc is cerebrum uritur,
Me esse hos trecentos Philippos facturum lucri.
Nunc hunc inimicum quia esse sciuerunt mihi,
Eum adlegauerunt, suum qui seruom diceret
Cum auro esse apud me; composita est fallacia,
Ut eo me priuent atque inter se diuidant.
Lupo agnum eripere postulant; nugas agunt.

---

759 hos 761 me *om.* *B* 762 maurumque 763 renuntiatum est 764 E *om.* aduenit *C* qum *B* 765 est *om.* *C* 767 E *om.* perspexit 769 hisce Crebro auritur *C*, *om.* *B* 773 Quom *B*

11*

Agorastocles

Negasne apud te esse aurum nec seruom meum?

Lycus

Nego et negando, si quid refert, *r*auio.

Aduocati

Periisti leno; nam iste est huius uilicus,
Quem tibi nos esse Spartiatam diximus,
Qui ad te trecentos Philippos detulit modo.
Idque in istoc adeo aurum inest marsuppio.

Lycus

Uae uostrae aetati!

Aduocati

Id quidem *in* mundo est tuae.

Agorastocles

Age omitte actutum, furcifer, marsuppium;
Manufesto fur es. Mihi, quaeso, hercle operam date,
Dum me uidetis seruom ab hoc abducere.

Lycus

Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario.
Consulto hoc factum est, mihi ut insidiae fierent.
Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,
Priusquam obtorto collo ad praetorem trahor?
Eheu, quom ego habui ariolos haruspices,
Qui si quid bene promittunt, perspisso euenit;
Id, quod mali promittunt, praesentarium est.
Nunc ibo; amicos consulam, quo me modo
Suspendere aequom censeant potissumum.

---

777 a uia *B*, auio *C* 778 laeno *B* 779 sparuatem 780 quia te *C* modo detulit 781 ado *C* 782 uostra *B* in *om.* 783 A. *om.* 785 uideatis 786 E *om.* 789 Priusquam hinc *B* 791—92 perspisso .... promittunt *om.* 794 *B addit:* agorastocles colubicus, *tum uncialibus miniatis* ADOLESCENS UILICUS *cet.*

AGORASTOCLES ADULESCENS. COLLABISCUS UILICUS. ADUOCATI.

Agorastocles

Progredere, ut testes uideant te ire istinc foras.
Estne hic meus seruos?

Collabiscus

Sum hercle uero, Agorastocles.

Agorastocles

Quid nunc, sceleste leno?

Aduocati

Quicum litigas,
Abscessit.

Agorastocles

Utinam hinc ab*i*erit malam crucem.

Aduocati

Ita nos uelle aequom est.

Agorastocles

Cras subscribam homini dicam.

Collabiscus

Num qui*d* me?

Agorastocles

Abscedas; sumas ornatum tuum.

Collabiscus

Non sum nequiquam miles factus; paululum
Praedae intus feci, dum lenonis familia

---

795 Agetur procredere tereistinc *B*, te istinc *C* 796 meos seruos *B*, seruus meus *C* H Summe 797 A *om.* H qui quom 798 aberit 799 aequam est. A Crassus scribam 800 Num qui ornamentum *B* 802 Praede *B*, preda *C*

Dormitat; extis sum satur factus probe.
Abscedam hinc intro.

Agorastocles

Factum a uobis comiter;
Bonam dedistis, aduocati, operam mihi.
Cras mane, quaeso, in comitio estote ob uiam.
Tu sequere me intro; uos ualete.

Aduocati

Et tu uale.
Iniuriam illic insignite postulat;
Nostro seruire nos sibi censet cibo.
Uerum ita sunt *omnes* isti nostri diuites:
Si quid benefacias, leuior pluma est gratia;
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.
Domos abeamus nostras, sultis, nunc iam,
Quando id, quoi rei operam dedimus, inpetrauimus,
Ut perderemus corruptorem ciuium.

MILPHIO SERUOS . C

Exspecto, quo pacto meae techinae processurae sient.
Studeo hunc lenonem perdere, qui meum erum misere macerat;
Is me autem porro uerberat, incursat pugnis, calcibus.
Seruire amanti miseria est, praesertim qui, quod amat, caret.
Attat e fano recipere uideo se Syncerastum,
Lenonis seruom; quid habeat sermonis, auscultabo.

---

806 incomito *C* 809 Nostros sibi nos *C* 810 omnes *om.* 811 grauia 812 peccatum si *B* 813 habeamus stultis nuntiam *B* 814 quo ire *C* oporam *B* 815 ciuium; mylphio *B*, *tum* SERUOS C. 816 pacco *B* mea etethine *B*, mea & ehinc *C* sierit *B* 817 iul *B*, ut *C* 819 presentim 820 sincerastum 821 sermones *B*

SYNCERASTUS MILPHIO, SERUI II. C

Syncerastus

Satis spectatum est, deos atque homines eius neglegere gratiam,
Quoi homini erus est consimilis, uelut ego habeo hunc huiusmodi.
Neque periurior neque peior alter usquam est gentium,
Quam erus meus est, neque tam luteus neque tam caeno conlitus.
Ita me di ament, uel in lautumiis uel in pistrino mauelim
Agere aetatem praepeditus catulo forti ferr*eo*,
Quam apud lenonem hunc seruitutem colere. Quid illic est gelus!
Quae illic hominum corruptelae fiunt! di, uostram fidem!
Quoduis genus ibi hominum uideas, quasi Acheruntem ueneris,
Equitem, peditem, libertinum, furem ac fugitiuom scelus,
Uerberatum, uinctum, addictum. Qui habet, quod det, ut*ut* homo est,
Omnia genera recipiuntur; itaque in totis aedibus
Tenebrae, latebrae, bibitur, estur, quasi in popina, haud secus.
Ibi tu uideas litteratas fictiles epistulas,
Pice signatas; nomina insunt cubitum longis litteris.
Ita uinariorum habemus nostrae dilectum domi.

Milphio

Omnia edepol mira sunt, nisi erus hunc heredem facit,

---

822 nec legere 823 Quo in homini *B*, Quo hi homines *C* et nunc 825 est *om. C* 826 pristino *B* 827 praeditus *B* latere 827 forti ferro 828 illuc *C* genus 829 hominem *B* 831 Equitaem peditaem *B* ad fugitiuum uelis 832 ut 834 estu *C* popona *C* hau *B* 835 fictiles *om. C* epistules *B* 837 uinoriorum *B* 838 nesi

Nam id quidem meditatur, illi ut uerba faciet mortuo.
Et adire lubet hominem, et autem nimis eum ausculto lubens.

Syncerastus

Haec quom hic uideo fieri, crucior, pretiis emptos maxumis
Apud nos expeculiatos seruos fieri suis eris;
Et ad postremum nihil apparet; male partum male disperit.

Milphio

Proinde habet hic orationem, quasi ipse sit frugi bonae,
Qui ipsus hercle ignauiorem potis est facere ignauiam.

Syncerastus

Nunc domum haec ab aede Ueneris refero uasa, ubi hostiis
Erus nequiuit propitiare Uenerem suo festo die.

Milphio

Lepidam Uenerem!

Syncerastus

Nam meretrices nostrae primis hostiis
Uenerem placauere extemplo.

Milphio

O lepidam Uenerem denuo!

Syncerastus

Nunc domum ibo.

Milphio

Heus, Synceraste.

Syncerastus

Syncerastum qui uocat?

Milphio

Tuus amicus.

Syncerastus

Haud amice facis, qui cum onere offers moram.

---

839 illi ut meditatur *B*, Illi meditat$\overset{u}{o}$r *C* facite mortuo *B*, facite mortua *C* 840 aut culto 842 fieris uisceris 843 Sed posterum *B* parum 844 hic *om. C* 845 hercle ipsus poti 846 aedi 847 ne quuti *B*, necuti *C* 848 B *et* K *om.* meretricis primus hostis *C*, hostiis *B* 849 exemplo *C* 850 heu 851 quiquam *B*, cuiquam *C* offeras *B*

Milphio

At ob hanc *ego* moram tibi reddam operam, ubi uoles, ubi iusseris.

Syncerastus

Habe rem pactam. Si futurum est, do tibi operam hanc.

Milphio

Quomodo?

Syncerastus

Ut enim, ubi mihi uapulandum sit, tu corium sufferas.

Milphio

Apage; nescio, quid uiri sis.

Syncerastus

Malus sum.

Milphio

Tibi sis. Te uolo.

Syncerastus

At onus urget.

Milphio

At tu adpone et respice ad me.

Syncerastus

Fecero,

Quamquam haud otium est.

Milphio

Saluos sis, Synceraste.

Syncerastus

O Milphio,

Di omnes deaeque ament

---

852 hanc moram *A*, hanc rem *BC* 853 K *om.* futurum sido B *om.* 854 B Ut *B* est *BC* tute? *A* 855 K Apage *B* B malus *B* K tibi si sis *A* B Te 856 Adonus 857 sisynceraste *B* 858 deæ *C*

Milphio

Quemnam hominem?

Syncerastus

Nec te nec me, Milphio,
Neque erum meum adeo.

Milphio

Quem ament igitur?

Syncerastus

Aliquem, dignus qui siet;
Nam nostrorum nemo dignust.

Milphio

Lepide loquere.

Syncerastus

Me decet.

Milphio

Quid agis?

Syncerastus

Facio, quod manufesti moechi haud ferme solent.

Milphio

Quid id est?

Syncerastus

Refero uasa salua.

Milphio

Di te et tuum erum perduint.

Syncerastus

Me non perdent; illum ut perdant, facere possum, si uelim.
[Meum erum ut perdant, ni mihi metuam, Milphio.

Milphio

Quid id est? cedo.]

---

858 nec tenet *B* me *om.* *C* 859 dignus qui siet *om.* *BC* 860 dignus est lepidu eloquere me 861 manufesto imo echi *B*, Manufesto himechi *C* hau *A* 862 perdiunt *B*, perdunt *C* 863 perde nullum *B*, per hercle nullum *C* possim *BC* 864 nei *C* mei tuam *B*

Syncerastus

Malus es?

Milphio

Malus sum.

Syncerastus

Male mihi est.

Milphio

Memora, num esse aliter decet.

Quid est, quod male sit tibi, quoi domi sit, quod edis quodque ames, adfatim,

Neque triobolum ullum amicae das et ductas gratis?

Syncerastus

Diespiter me sic amabit,

Milphio

Ut quidem edepol dignus es.

Syncerastus

Ut ego hanc familiam interire cupio.

Milphio

Adde operam, si cupis.

Syncerastus

Sine pennis uolare haud facile est; meae alae pennas non habent.

Milphio

Nolito edepol deuellisse; istae iam his duobus mensibus
Uolucres tibi erunt tuae hirquinae.

Syncerastus

I in malam rem.

Milphio

I tu atque erus.

Syncerastus

Uerum enim, qui modo eum norit, cito homo peruorti potest.

---

865 memorandum *BC* alter *B* 866 tibi *om. BC* $\overset{o}{q}$omisit *C* 868 K *om.* 869 K *om.* 870 pinnis *B* hau *A* facile si *B* pinnas non *om. C* 871 Noli *A* deuelisse *A* 872 Erunt hiitine *C* I *om. BC*, in *om. A* 873 qui homo cum norit scito *A*

Milphio

Quid iam?

Syncerastus

Quasi tacere uero quidquam potis sis.

Milphio

Rectius
Tacitam tibi re*m* sistam, quam quod dictum est mutae mulieri.

Syncerastus

Animum inducam facile, ut tibi istuc credam, ni te nouerim.

Milphio

[Crede audacter meo periclo.

Syncerastus

Male credam et credam tamen.]

Milphio

Scin tu erum tuum meo ero esse inimicum capitalem

Syncerastus

Scio.

Milphio

Propter amorem?

Syncerastus

Omnem operam perdis.

Milphio

Quid iam?

Syncerastus

Quia doctum doces.

Milphio

Quid ergo dubitas, qui*n* lubenter tuo ero meus quod possiet

---

874 Quasi tu tacere   uero *om. BC*   potis es *A*   B *om.*   875 B Tacitus tibi resistam   mulae *B*, male *C*   876 credamini   877 periculo   880 qui lubenter   quid *AC*

Facere faciat male eius merito? tum autem si quid tu adiuuas,
Eo facilius facere poterit.

Syncerastus

At ego hoc metuo, Milphio,

Milphio

Quid est, quod metuas?

Syncerastus

Dum ero insidias paritem, ne me perduim.
Si erus meus me esse elocutum quoiquam mortali sciat,
Continuo is me ex Syncerasto Crurifragium fecerit.

Milphio

Numquam edepol mortalis quisquam fiet e me certior,
Nisi ero meo uni indicasso atque ei quoque, ut ne enuntiet,
Id esse facinus ex te exortum.

Syncerastus

Male credam et credam tamen.
Sed hoc tu tecum tacitum habeto.

Milphio

Fide non melius creditur.
Loquere, locus occasioque est, libere; hic soli sumus.

Syncerastus

Erus si tuus uolt facere frugi, meum erum perdet.

Milphio

Qui id potest?

---

881 faciant male autem eius *C* 882 facius *C* facere poteris *B*, poteris facere *C* hoc *om.* *B* 883 B *om.* parilem ne a te perdiam *BC*, pariter ne me perd . . . *A* 884 locutum *BC* quiquam mortalis *B* scias *C* 885 syncerasiocrurit fragium *B*, syncera *C* 886 e *om.* *C* 888 ex te ortum *AB*, exortum *C* creditam tamen *C* 890 iocus occasiaq *C* liberae *B*, libera *A* 891 K *om.* uole *A*, uolet *BC* frugem Quid potest *B*

Syncerastus

Facile.

Milphio

Fac ergo id facile noscam, ut ille possit noscere.

Syncerastus

Quia Adelphasium, quam erus deamat tuus, ingenua est.

Milphio

Quo modo?

Syncerastus

Eodem quo soror illius altera Anterastilis.

Milphio

Cedo, qui id credam?

Syncerastus

Quia illas emit in Anactorio paruolas
De praedone Siculo.

Milphio

Quanti?

Syncerastus

Duodeuiginti minis;
Duas illas et Giddenemem nutricem earum tertiam.
Et ille, qui eas uendebat, dixit se furtiuas uendere;
Ingenuas Carthagine aibat esse.

Milphio

Di uostram fidem!
Nimium lepidum memoras facinus, nam erus meus Agorastocles
Ibidem gnatust, inde subruptus fere sexennis, postibi

892 noscam ego ut *A* 894 Anterastillis *A* 895 Cedo qui credam *A*, Sequi id credam *BC* inanactoria parudas *B* 896 Depredone syculo *B*, *om. C* 897 et Giddenemem *om. BC* 899 sariagine *C*, *om. B* alebat 901 gnatus est *A*, gnatus st *BC*

Qui eum subrupuit, huc deuexit meoque ero hic eum uendidit.
Is in diuitias homo adoptauit hunc, quom diem obiit suum.

Syncerastus

Omnia memoras, quo id facilius fiat. Manu eas adserat,
Suas popularis, liberali causa.

Milphio

Tacitus tace modo.

Syncerastus

Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.

Milphio

Quin prius disperibit faxo, quam unam calcem ciuerit;
Ita paratum est.

Syncerastus

Ita di faxint, ne apud lenonem hunc seruiam.

Milphio

Quin meus hercle conlibertus faxo eris, si di uolent.

Syncerastus

Ita di faxint. Num quid aliud? me morare, Milphio.

Milphio

Ualeas, beneque ut tibi sit.

Syncerastus

Pol istuc tibi et tuo est ero in manu.
Uale et haec cura clanculum ut sint dicta.

Milphio

Non dictum est. Uale.

Syncerastus

At enim nihil est, nisi, dum calet, hoc agitur.

---

902 Qui tum surripuit ero eum hic *B*, eo Cum hic *C* 904 K *om.* adseras *C* 905 causa tacitus B. *B*, tacitus causa *C* 906 K *om.* 908 paratust *A* lenem *A* 909 Qui *BC* meus hercle conliberatus meus faxo tu eris *A* 910 nunc quid 911 tuo erost *BC* 912 scint *B* dicia

Milphio

Lepidu's, quom mones,
Et ita hoc fiet.

Syncerastus

Proba materies data est, si probum adhibes fabrum.

Milphio

Potin ut taceas?

Syncerastus

Taceo atque abeo.

Milphio

Mihi commoditatem creas.
Illic hinc abiit. Di inmortales meum erum seruatum uolunt
Et hunc disperditum lenonem; tantum eum instat exiti.
Satine, priusquam unum est iniectum telum, iam instat alterum?
Ibo intro, haec ut meo ero memorem, nam huc si ante aedes euocem,
Eroque, quae audiuistis modo, nunc si eadem hic iterem, inscitia est.
Uni potius intus ero odio, quam hic sim uobis omnibus.
[Di inmortales, *quanta pestis*, quanta aduenit calamitas
Hodie ad hunc lenonem! sed ego nimis diu est quom me moror.
Ita negotium institutum est: non datur cessatio.
Nam et hoc docte consulendum, quod modo concreditum est,
Et illud autem inseruiendum est consilium uernaculum.
Remora si sit, qui malam rem mihi det, merito fecerit.
Nunc intro ibo; dum erus adueniat a foro, opperiar domi.]

---

916 Illinc 918 unum si inlectum tam iterum 919 edesse uocem 920 Eroque *om* Que audiuisti iterum *B*, sitterum *C* 921 Ero uni obio omnibus uobis *C* 922 quanta pestis *om. cum lacuna BC* 923 ego nunc est morer *C* 924 Id *BC* institutum si *BC* 925 nocte quo domo q *B*, quod homo *C* 926 aurum *A* 927 Remor *BC* malem *B* det mihi *C* 928 *B addit:* hanno foenice, *tum* POENUS LOQUITUR.

HANNO

[Yth alonim ualonuth sicorathi simacom syth
Chymlachun ythmum ysthyal mythi bar uim ysehi
Lipho caneth yth bynuthi iad edin bin ui
Bymarob syllohim alonim ubymysyrthoho*m*
Byth 'lymmoth ynnocho thuulech antidamas chon
Ys siddobrim thyfel yth chyl ys chon them liphul
Yth binim ys diburth ynnocho tnu agorastocles
Uth emaneth ihy chirs aelichoth sith*i* naso*th*
Bynnyid chilluch ily gubulim lasibithim
Bodi ali thera ynnynnu ysl ymmon choth iusim.

POENUS DU

Yth alonim ualonuth sicorathi isthymhimihy macom syth
Combal tumam it alicoti beat
Lu lecanth ichona alonimb alum bar dechor
Bats . . . . h in es hulec silli mballim
Esse antidamas con alem ueduber tefel

929—38 *om. A* 929 sicorat *C* syma com *B* 930 Chymlahchun *C* ysthral *B* mycthi isehi *C* 931 bynuthi ad edynbynui *B*, binuthii adæ din binuthu *C* 932 Birnarob *C* syllohom *B* urbymysyrthoho *B*, uyby mysyrthoho *C* 933 lim moth *C* yn nocto *B*, yn mocto *C* anticlamas *B*, antidasma *C* 934 chil *B* chem liful *B* 935 Uth *C* innocho *B*, innochu *C* 936 Yth sith naso 937 chil. luch *B*, chil liih *C* lasibit thim *B*, lasi bithym *C* 938 Body *C* aly *B* rsl *B* lusim hianno punicae *add. B* PHONUS *B*; *tituli spatium C* 939 N Exanolim *B*, . xalonim *C* ualoniuth *A*, uolanus *BC* succurratim *BC* istimaltimacum esse *BC* 940 Combaepumamital metlotiam *A*, Concubitum a bello cutim *BC* 941 lacant *BC* econa *A*, chona *C* alonimb *cett. A*, *om. BC* 942 Bats . . . . h *om. BC* enus es *BC* huiec *BC*, ubic *A* silic pan *B*, silihc pan *C* 943 asse *B* antidamos *A*, atidmas *B*, athidmas *C* son *A* uiduber *BC* tefet *A*

Onubuth uneccilthum ucommutro luful
Et benimau os duberth em hu acharistoclem
Ett ese anec nasot ers ahelicot
Alem us dubert er mucom susibti
Aode anec lisor bode si ussil immun co ius*im*.]

Deos deasque ueneror, qui hanc urbem colunt,
Ut, quod de mea re huc ueni, rite uenerim,
Measque hic ut gnatas, quae mihi subruptae sunt,
Reperire me siritis; di uostram fidem!
Sed hic mihi antehac hospes Antidamas fuit;
Eum fecisse aiunt, sibi quod faciundum fuit.
Eius filium esse hic praedicant Agorastoclem;
Ad eum hospitalem hanc tesseram mecum fero.
Is in hisce habitare monstratust regionibus.
Hos percontabor, qui hinc egrediuntur foras.

AGORASTOCLES ADULESCENS. MILPHIO SERUOS.
HANNO POENUS. DU

Agorastocles

Ain tu tibi dixe Syncerastum, Milphio,
Eas esse ingenuas ambas subrupticias
Carthaginiensis?

---

944 Donobun.h *A*, onobut *B* une celtum *B*, une Eeltum *C* comucro lueui *BC* 945 Altanimau *A*, At enim au *BC* duberith *A*, ouberh *BC* enthr *B*, enthy *C* archaristolem *A* 946 Sitt *A* esed *A* anehc *C* nasoctelia helicos *BC* 947 imurmucopsuistiti *A*, ermicompsuestipti *BC* 948 Aocca *A* lictor ussum l *BC* imlimmim *A*, imnim *B*, im,um *C* colus 949 X Deos *B* 950 hunc *A* 951 hic & *C* gnatas et mei fratris filium *Post* 952 Quae mihi surruptae sunt et fratris filium *B*, quæ surreptæ sunt mihi et fratris filium *C* 953 antimadas *C* 954 faciundem *B* 955 hic prædicant esse agorastoclen *B* 956 Deum hospitalem arcesseram *BC* 957 Inisce *B*, In hisce *C* monstratus st 958 huc *B*, hunc *C* 960 As *B*, has *C* 961 Artaginiensis

Milphio

Aio, et si frugi esse uis,
Eas liberali iam adseres causa manu,
Nam tuum flagitium est, tuas te populares pati
Seruire ante oculos, domi quae fuerint liberae.

Hanno

Pro di inmortales, obsecro uostram fidem,
Quam orationem hanc aures dulcem deuorant!
Creta est profecto haec horum hominum oratio,
Ut mihi absterserunt omnem sorditudinem.

Agorastocles

Si ad eam rem testis habeam, faciam, quod iubes.

Milphio

Quid tu mihi testis? quin tu insistis fortiter?
Aliqua fortuna fuerit adiutrix tibi.

Agorastocles

Incipere multo est quam inpetrare facilius.

Milphio

Sed quaenam illaec auist, quae huc cum tunicis aduenit?
Numnam in balineis circumductus pallio?
Seruos quidem edepol ueteres antiquosque habet.

Agorastocles

Qui scis?

Milphio

Uiden homines sarcinatos consequi?
Atque ut opinor digitos in manibus non habent.

---

962 iam *om.* *A* adsere manum *C* 963 si tuas popularis te *B*, statuas Popularis te *C* 964 Seruare *B* domique 966 *proximo postpon.* *BC* dulces *C* 967 certa *C* haec *om.* *B* 968 hominem *B* 969 habeant *A* quoddiubes *B* 970 Quantu *B*, quin tu *C* quantu *B* 972 mulo *B* 973 auis est que huc quom *B* 974 inabaliniis *Ante* 975 Facies quidem edepol 975 neteres *B* 976 K Qui sis *B* hominis 977 ut opinior digitos im manibus *B*

Agorastocles

Quid iam?

Milphio

Quia incedunt cum anulatis auribus.
Adibo hosce atque adpellabo Pœnice.
Si respondebunt, Pœnice pergam loqui;
Si non, tum ad horum mores linguam uortero.
Quid ais tu? ecquid conmeministi Pœnice?

Agorastocles

Nihil edepol; nam qui scire potui, dic mihi,
Qui illim sexennis perierim Carthagine?

Hanno

Pro di inmortales, plurumi *adeo* ad hunc modum
Periere pueri liberi Carthagine.

Milphio

Quid ais tu?

Agorastocles

Quid uis?

Milphio

Uin adpellem hunc Pœnice?

Agorastocles

An scis?

Milphio

Nullus me est hodie Pœnus Pœnior.

---

978 K Quid *B* quo manulatis *B* 979 Audibo *BC* atque hosce *C* punice, *ut semper* 981 lingua accuertero 984 illum *C* se exennis *B* 985 adeo *om.* illum *A* 987—93 *Agorastoclis et Milphionis notæ inversæ* 987 uina pellem 988 hodie *om. C* denus punior

Agorastocles

Adi atque adpella, quid uelit, quid uenerit,
Qui sit, quoiatis, unde sit; ne parseris.

Milphio

Auo. Quoiates estis aut quo ex oppido?

Hanno

Anno byn muthumbal le becha edre anech.

Agorastocles

Quid ait?

Milphio

Hannonem sese ait Carthagine,
Carthaginiensis Muthumballis filium.

Hanno

Auo

Milphio

Salutat.

Hanno

Donni.

Milphio

Doni uolt tibi
Dare hic nescio quid; audin pollicitarier?

Agorastocles

Saluta hunc rursus Pœnice uerbis meis.

Milphio

Auo donni, inquit hic tibi uerbis suis.

---

989 ueli *B* 990 quo patis parleris 991 quoiatis *A*, quo lates *BC* testis aut quo ex quoppido *B* 992 Annon *BC* byn *om. BC* mythymbal *A* edee anech *B*, edre anehc *C* 994 Carthaginienses *B*, carthaginensis *C* muthum has lis *B*, muthum baslis *C* 995 Uo 996 hinc *BC* autin *A* pollicierier *BC* 997 rusus *B* 998 Auo nonni mihi hic tibi inquid *BC*

Hanno

Me*s*harbucca?

Milphio

Istuc tibi sit potius quam mihi.

Agorastocles

Quid ait?

Milphio

Miseram esse praedicat buccam sibi.
Fortasse medicos nos esse arbitrarier.

Agorastocles

Si *ita* est, nega esse; nolo ego errare hospitem.
Audin tu?

Hanno

Rufeennucoistam.

Agorastocles

Sic uolo
Profecto, uera cuncta huic expedirier.
Roga, num quid opus sit?

Milphio

Tu, qui zonam non habes,
Quid in hanc uenistis urbem aut quid quaeritis?

Hanno

Muphursa.

Agorastocles

Quid ait?

Hanno

Miuulechianna.

Agorastocles

Quid uenit?

---

999 meharbocca *BC* 1002 ita *om.* 1003 B Audi *BC* X *deest* rufein *A*, rufen *C* nyccho . sstam *A* 1005 sonam *A* 1006 Quid hin hanc *B* 1007 Muiulechianna *C*

Milphio

Non audis? mures Africanos praedicat
In pompam ludis dare se uelle aedilibus.

Hanno

Lech lachanan limnuchot.

Agorastocles

Quid nunc ait?

Milphio

Ligulas canalis ait se aduexisse et nuces;
Nunc orat, operam ut des sibi ut ea ueneant.

Agorastocles

Mercator, credo, est.

Hanno

Is samar bi nam.

Agorastocles

Quid est?

Hanno

Pal umer gadetha.

Agorastocles

Milphio, quid nunc ait?

Milphio

Palas uendundas sibi ait et mergas datas,
Ad messim credo, nisi quid tu aliud sapis.
[Ut hortum fodiat atque ut frumentum metat.]

1009 popam *B* dares uelle 1010 Laech *B*, lalehc *C* lacha . nan *A*, lachananim *B*, lahcanamin *C* limniichio *A*, liminichot *B*, lim,n,chot *C* *Post* 1010 *in C vv. 942* Huiec *ad 951* . . . fratris filium *iterum scripta sunt sed inducta* 1012 ueniant 1013 est credo *C* X issam B arbinam quidem *B*, *item C*, *nisi quod personarum notas* POE. *et* MIL. *habet*, assam . . r . . m *A* 1014 deetha *C* 1015—18: me *om. C* 1015 bendundas sibimtet *B* 1016 *proximo postponit B; idem:* nisi quidem tua *omissis reliquis*

Agorastocles

Quid istuc ad me?

Milphio

Certiorem te esse uolt,
Ne quid clam furtim se accepisse censeas.

Hanno

Muphonnim sucoratim.

Milphio

Em, caue sis feceris,
Quod hic orat.

Agorastocles

Quid ait aut quid orat? expedi.

Milphio

Sub cratim ut iubeas se supponi atque eo
Lapides inponi multos, ut sese neces.

Hanno

Gune balsamem erasan.

Agorastocles

Narra, quid est?
Quid ait?

Milphio

Non hercle nunc quidem quidquam scio.

Hanno

At ut scias nunc, dehinc Latine iam loquar.
Seruom hercle te esse oportet et nequam et malum,
Hominem peregrinum atque aduenam qui inrideas.

Milphio

At hercle te hominem et sycophantam et subdolum,

1018 uoli 1019 furti *B*, furtiue *C* 1020 Muphonnium sucorahim *BC* si 1021 hic te orat 1022 gratim *BC* 1023 multos sit sese *B* 1024 Guneb balsamimlirila *A*, Gunebel balsameni erasan *BC* 1025 Qui *C* quacquam *B* 1027 oportet ene quam *B* 1028 adueniam *A* *omissis ceteris* 1029 sycophanta *B*

Qui huc aduenisti nos captatum migdilix,
Bisulci lingua, quasi proserpens bestia.

Agorastocles

Maledicta hinc aufer; linguam conpescas face.
[Maledicere huic tu temperabis, si sapis.]
Meis consanguineis nolo te iniuste loqui.
Carthagini ego sum gnatus, ut tu sis sciens.

Hanno

O mi popularis, salue.

Agorastocles

Et tu edepol, quisquis es,
Et si quid opus est, quaeso, dic atque inpera
Popularitatis causa.

Hanno

Habeo gratiam.
[Uerum enim ego hic hospitium habeo; Antidamae filium
Quaero — conmonstra, si nouisti — Agorastoclem.]
Sed ecquem adulescentem tu hic nouisti Agorastoclem?

Agorastocles

Si quidem Antidamai quaeris adoptaticium,
Ego sum ipsus, quem tu quaeris.

Hanno

Em, quid ego audio?

Agorastocles

Antidamae gnatum me esse.

Hanno

Si ita est, tesseram
Conferre si uis hospitalem, eccam adtuli.

1030 micdilia *BC* 1032 hanc *A* aufers 1033 tu *om. A* 1035 siens *A* 1036 mihi qui quis *B* 1037 quod *B* 1039 *sq. h. l. om. A* 1039 enim *et* hic *om. B* hospiti sum *BC* 1040 commonstransi *B*, commontrans *C* 1041 hec quem 1042 Antidamati *A*, Anthidamarchi *BC* adoptatium *B* 1043 hem 1044 te esseram *B*, te esse iam *C*

Agorastocles

Age dum huc ostende. Est par probe, quam habeo domi.

[Hanno

O mi hospes, salue multum, nam mihi tuus pater
Patritus ergo hospes Antidamas fuit;
Haec mihi hospitalis tessera cum illo fuit.

Agorastocles]

Ergo hic apud me hospitium tibi praebebitur,
Nam haud repudio hospitium neque Carthaginem,
Inde oriundus.

Hanno

Di dent tibi omnes, quae uelis.
Quid ais? qui potuit fieri, ut Carthagini
Gnatus sis? hic autem habuisti Aetolum patrem.

Agorastocles

Subruptus sum illinc, hic me Antidama, hospes tuus,
Emit et is me sibi adoptauit filium.

Hanno

Demarcho item ipse fuit adoptaticius,
Sed mitto de illoc; ad te redeo. Dic mihi:
Ecquid meministi tuum parentum nomina?

Agorastocles

Patris atque matris memini.

Hanno

Memora dum mihi,
Si noui forte aut si sunt cognati mihi.

1045 *sequuntur in A* 1039. 1040. 1050, *qui tamen suo loco repetitur* 1046 hucc ostende es *A* probe nam habeo domum 1047 tuus *om. A* 1048 Pater tuus *A*, Patruus *BC* 1049 essera quo millo *B* 1050 tibi *om. A* prebitur *B* 1051 præpudio 1052 Inde sum AGOR. *C* diderit *B* 1053 quid *A* 1054 æcolum *B*, æthplum *C* 1055 Antidamas 1056 Emittetis *B* 1057 X *om.* adoptatius *B* 1058 X Sed illo *BC* rodeo *C* 1060 memoraudum 1061 notio *A*

Agorastocles

Ampsigura mater mihi fuit, Iachon pater.

Hanno

Patrem atque matrem uiuerent uellem tibi.

Agorastocles

An mortui sunt?

Hanno

Factum, quod *ego* aegre tuli,
Nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit.
Pater tuus erat frater patruelis meus,
Et is me heredem fecit, quom suum obit diem,
Quo me priuatum aegre patior mortuo.
Sed si ita est, ut tu sis Iachonis filius,
Signum esse oportet in manu laeua tibi,
Ludenti puero quod memordit simia.
[Ostende † inspici iam aperi audiatque ades.]

Agorastocles

Mi patrue, salue.

Hanno

Et tu salue Agorastocles.
Iterum mihi gnatus uideor, quom te repperi.

Milphio

Pol istam rem uobis bene euenisse gaudeo.
*S*ed te moneri num neuis?

Hanno

Sane uolo.

Milphio

Paterna oportet reddi filio bona.
Aequom est habere hunc bona, quae possedit pater.

1062 Amsigura *C* fuit mihi *A* Hiaon *A*, ihon *B* 1064 ego *om.* 1065 ampsagura *B* 1066 tuus is erat 1067 Et his *B* obiit 1068 agrae *B* 1069 iahonis *B* 1071 momordit *B* 1074 Item *C* quo a *C*, quo at *B* 1076 Et num me uis *C* 1079 Aequom si

Hanno

Haud postulo aliter; restituentur omnia.
Suam sibi rem saluam sistam, si illo aduenerit.

Milphio

Facito sis reddas, etsi hic habit*abit* tamen.

Hanno

Quin mea quoque iste habebit, si quid me fuat.

Milphio

Festiuom facinus uenit mihi in mentem modo.

Hanno

Quid id est?

Milphio

Tua opus est opera.

Hanno

Dic mihi, quid lubet;
Profecto uteris, ut uoles, operam meam.
Quid est negoti?

Milphio

Potin tu fieri subdolus?

Hanno

Inimico possum, amico insipientia est.

Milphio

Inimicus hercle est huius.

Hanno

Male faxim lubens.

Milphio

Amat a lenone hic.

Hanno

Facere sapienter puto.

1080 rem sibi *C* 1081 Facite *B* habit 1082 fuit *B* 1083 B *om. B* 1084 est opus *C* 1089 allenone *B* Facile

Milphio

Leno hic habitat uicinus.

Hanno

Male faxim lubens.

Milphio

Ei duae puellae sunt meretrices, seruolae
Sorores; earum hic alteram ecflictim perit,
Neque eam incestauit umquam.

Hanno

Acerba amatio est.

Milphio

Hunc leno ludificatur.

Hanno

Suum quaestum colit.

Milphio

Hic illi malam rem dare uolt.

Hanno

Frugi *est*, si id facit.

Milphio

Nunc hoc consilium capio et hanc fabricam adparo,
Ut te adlegemus; filias dicas tuas
Subruptasque esse paruolas Carthagine,
Manuque liberali causa eas adseras,
Quasi filiae tuae sint ambae. Intellegis?

Hanno

Intellego hercle, nam mihi item gnatae duae
Cum nutrice una subruptae sunt paruolae.

1090 Leno *om. C* 1092 periit 1094 Nunc ludicatur *B* 1095 rem *om. B* frugi si 1096 fabrica aparo *B* 1097 tuas *om. B* 1099 Manum liberali causa ambas adseras 1100 inpellegis 1101 A *B* 1102 Quom *B* surreptas uni paruuloe *B*

Milphio

Lepide hercle adsimulas. Iam in principio id mihi placet.

Hanno

Pol magis quam uellem.

Milphio

Eu hercle mortalem catum,
[Malum crudumque est † ollidum et subdolum.]
Ut adflet, quo illud gestu faciat facilius!
Me quoque dolis iam superat architectonem.

Hanno

Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi.

Milphio

Statura haud magna, corpore aquilo.

Hanno

Ipsa ea est.

Milphio

Specie uenusta, ore atque oculis pernigris.

Hanno

Formam quidem hercle uerbis depinxti probe.

Milphio

Uin *e*am uidere?

Hanno

Filias malo meas;
Sed i, euoca illam. Si eae meae sunt filiae,
Si illarum est nutrix, me continuo nouerit.

Milphio

Heus ecquis hic est? Nuntiate, ut prodeat
Foras Giddeneme; est, qui illam conuentam esse uolt.

1103 B *om.* *B* 1104 catum *om.* *B* 1106 illum gestum *A* 1107 quoquo *B* 1108 Se te harum *B* 1109 hau *A* 1110 uenustu *B* 1111 depinxti mihi *BC* 1112 Uinam 1113 i atque euoca 1115 ecquit *A* 1116 Giddenenem *A*

GIDDENEME NUTRIX. MILPHIO SERUOS. AGORASTOCLES ADULESCENS. HANNO POENUS. *PUER.*

DU

Giddeneme

Quis pultat?

Milphio

Qui te proximust.

Giddeneme

Quid uis?

Milphio

Eho,
Nouistin tu illunc tunicatum hominem, qui siet?

Giddeneme

Nam quem ego adspicio? Pro, supreme Iuppiter!
Erus hic quidem meus est, mearum alumnarum pater,
Hanno Carthaginiensis.

Milphio

Ecce autem mala!
Praestrigiator hic quidem Poenus probust;
Perduxit omnis ad suam sententiam.

Giddeneme

O mi ere, salue, Hanno, insperatissume
Mihi tuisque filiis, salue atque auo!
Mirari noli neque me contemplarier;
Cognoscin Giddenemem *an non* ancillam tuam?

Hanno

Noui; sed ubi sunt meae gnatae? id scire expeto.

GIDDENIS *A*, CIDDIS *B* PUER *om.* 1117 N. Quis pultat qui tu *A* S. eho *B* 1118 Mouistin 1119 N *om.* 1120 meus hic quidem paeter *B* 1122 Præstigiator *C* 1124 saluo *C* insperastis sume *B* 1125 adque eho 1127 giddeninem *B*, giddenimem *C* an non *om.*

Giddeneme

Apud aedem Ueneris.

Hanno

Quid ibi faciunt? dic mihi.

Giddeneme

Aphrodisia hodie Ueneris est festus dies;
Oratum ierunt deam, ut sibi esset propitia.

Milphio

Pol satis scio inpetrarunt, quando hic hic adest.

Agorastocles

Eho, an huius sunt illaec filiae?

Giddeneme

Ita ut praedicas.
Tua pietas plane nobis auxilio fuit,
Quom huc aduenisti hodie in ipso tempore;
Namque hodie earum mutarentur nomina
Facerentque indignum genere quaestum corpore.

Puer

Hau amma silli.

Giddeneme

Hauon bene silli; in mustine
Mepstaetemes tesdumetalanam estumim.

Agorastocles

Quid illi locuti sunt inter se? dic mihi.

Hanno

Matrem salutat suam hic, haec autem hunc filium.
Tace atque parce muliebri supellectili.

1129 tibi *B* 1130 festos *B* 1131 deum *B* 1132 hic *semel C* 1133 Eho han huius *B* illa & *C*, illi & *B* 1134 nobis plane 1138 Auammailli e hauoncanesillimustide *A*, Haudones illi hauon bene si illi inmustine *BC* 1139 Mipstaetemestesdumetalanamcestinum *A*, Mepsieteneste dum et alamna cestimim *B*, *item C*, *nisi quod* Me ipsi 1141 B *B*, *om. C* hic suam *C*, suam *B* 1142 Tacae adque B

Agorastocles

Quae ea est supelle*x*?

Hanno

Clarus clamor sine modo.

Agorastocles

Tu abduc hos intro et una nutricem simul
Iube hanc abire hinc ad te.

Hanno

Fac quod inperat.

Milphio

Sed quis illas tibi monstrabit?

Agorastocles

Ego doctissume.

Milphio

Abeo igitur.

Agorastocles

Facias modo quam memores mauelim.
Patruo aduenienti cena curetur uolo.

Milphio

Lachanan uos! quos ego iam detrudam ad molas,
Inde porro ad puteum atque ad robustum codicem.
Ego faxo hospitium hoc leniter laudabitis.

Agorastocles

Audin tu, patrue? dico, ne dictum neges:
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.

Hanno

Pactam rem habeto.

1143 suppelle B *B*, *spatium C* 1144 A *om. B* has *C* matricem *B* 1145 Iube abire hanc *BC* qudd*B* 1146 monstrauit *C* 1149 X Lachanam 1150 apud eum adque ad rubustum *B* 1151 ladabitis *B* 1154 rem *om. B*

Agorastocles

Spondesne igitur?

Hanno

Spondeo.

Agorastocles

Mi patrue, salue; nam nunc es plane meus.
[Nunc demum ego cum illa fabulabor libere.]
Nunc, patrue, si uis tuas uidere filias,
Me sequere.

Hanno

Iam dudum equidem cupio et te sequor.
[Quid, si eamus illis ob uiam?

Agorastocles

At ne inter uias
Praeterbita*mus*, metuo.

Hanno

Magne Iuppiter,
Restitue certas mihi ex incertis nunc opes.

Agorastocles

Ego quidem meos amores mecum confido fore.]
Sed eccas uideo ipsas.

Hanno

Haecine meae sunt filiae?
Quantae e quantillis iam sunt factae?

Agorastocles

Scin quid est?
Thraecae sunt; † caelumne sustolli solent.

1155 A *om.* Mihi 1156 quom *B* 1159 sicamus *C* illi ob Vuiam at *B* interuiis *A* 1160 Præterbita *B*, præbiterta *C* 1164 B. Scin *B* 1165 Threoæ *C* celū *C* sustollis oleni *B*, olem *C*

[*Milphio*

Opinor hercle hodie, quod ego dixi per iocum,
Id euenturum esse et seuerum et serium,
Ut haec inueniantur hodie esse huius filiae.

Agorastocles

Pol istuc quidem iam certum est. Tu istos, Milphio,
Abduce intro; nos hasce hic praestolabimur.]

ADELPHASIUM ANTERASTILIS, MERETRICES II. AGORASTOCLES ADULESCENS. HANNO POENUS. C

Adelphasium

Fuit hodie operae pretium quoiuis, qui amabilitati animum adiiceret,
Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eo uisere uenit.
Deamaui ecastor illic hodie lepidissuma munera meretricum
Digna diua uenustissima Uenere, neque contempsi eius opes hodie.
Tanta ibi copia uenustatum aderat, in suo quique loco sita munde.
Arrabus murrinus omnia odor complebat; *tuus* haud sordere uisust
Festus dies, Uenus, nec tuum fanum; tantus ibi clientarum erat numerus,
Quae ad Calydoniam uenerant Uenerem.

1167 Inde uenturum *B* seuerum et seruum *B* 1170 praestolabitur *Tum B:*
Adelphasium anterastilis agorastocles hanno
MERETRICES II. ADVLESCENS POENVS .C.
1171 ciuis 1173 Dea amaui *C* illic ego (eo *A*) hodie 1174 opus 1175 quicque *A* 1176 Arabius murrinusque *BC* omnis dor *B* tuus *om.* uisus est *BC* 1177 tum elientarum erat numeras *B*

Anterastilis

Certo enim, quod quidem ad nos duas
Adtinuit, praepotentes, pulcrae pacisque potentes, soror, fuimus,
Neque ab iuuentute ibi inridiculo habitae. quod pol ceteris omnibus factum est.

Adelphasium

Malim istuc aliis ita uideatur. quam uti tu te. soror, conlaudes.

Anterastilis

Spero equidem.

Adelphasium

Et pol ego, quom, ingeniis quibus sumus atque aliae. cognosco.
Eo sumus gnatae genere, ut deceat nos esse a culpa castas.

Hanno

Iuppiter, qui genus colis alisque hominum, per quem uiuimus uitalem aeuom.
Quem penes spe*s* uitae sunt hominum omnium, da diem hunc sospitem, quaeso,
Meis rebus agundis. Quibus annos multos carui, quasque *e* patria
Perdidi paruas, redde, inuictae praemium ut esse sciam pietati.

Agorastocles

Omnia faciet Iuppiter faxo.

Hanno

Tace quaeso.

Agorastocles

Ne lacrume, patrue.

1179 *Δ om.* 1181 pol soror ceteris 1182 utitecte *B* 1183 A *B* *Γ* Ut pol gnosco *B* 1185 aliisque *C* talem *B* 1186 Quem apud penes spe omnium *om. B* 1187 rebus mis agundis ut *C*, Me hiis misigaindes ut *B* e *om.* 1188 redde is ubertatem inuicte 1189 faxo nam mihi est obnixius et me metuit. X. Tace - lacrume

Anterastilis

Ut uolup est homini, mea soror, si, quod agit, cluet uictoria,
Sicut nos hodie inter alias praestitimus pulcritudine. 1191

Adelphasium

Stulta es, soror, magis, quam uolo. An eo pulcra uidere *tibi*, obsecro,
Si tibi illi non os oblitum est fuligine?

Agorastocles

O patrue mi patruissime,

Hanno

[Quid est, fratris mei gnate? quid uis expedi.

Agorastocles

At enim uolo hoc agas.

Hanno

At enim ago istuc.

Agorastocles

Patrue mi patruissume.

Hanno

Quid est?

Agorastocles

Est lepida et lauta:] ut sapit!

Hanno

Ingenium patris habet [quod sapit].

Agorastocles

Quae res? iam diu edepol tuam sapientiam haec quidem abusa est.
Nunc hinc sapit, hinc sentit; quidquid sapit, *sapit* meo amore.

1191 hodie nos *BC* præstitumus 1192 soror es *BC* anueo tibi *om.* 1193 ollitum est *B* fulineti *B*, fuli neci *C* 1194 O patrue *bis* gnate *bis* expediat *C*, *om. A* 1195 istuc patrue 1197 eo edepol *A* sapientiam tuam quiquem 1198 hic sapit hic *A* sapite *B* sapit *om.* amare

Adelphasium

Non eo genere sumus prognatae, tametsi sumus seruae, soror,
Ut deceat nos facere quidquam, quod homo quisquam inrideat.
Multa sunt mulierum uitia, sed hoc e multis maxumum est,
Quom sibi nimis placent minusque addunt operam uti placeant uiris.

Anterastilis

Nimiae uoluptati est, quod in extis nostris portentum est, soror,
Quod haruspex de ambabus dixit.

Agorastocles

Uelim de me aliquid dixerit.

Anterastilis

Nos fore inuito domino nostro diebus paucis liberas.
Id ego, nisi quid di aut parentes faxint, qui sperem, haud scio.

Agorastocles

Mea fiducia hercle haruspex, patrue, his promisit, scio,
Libertatem, quia me amare hanc scit.

Adelphasium

Soror, sequere hac.

Anterastilis

Sequor.

Hanno

Priusquam abitis, uos uolo ambas. Nisi piget, consistite.

Adelphasium

Quis reuocat?

1199 sumus genere *C* 1200 facere nos *C* 1201 maximust *A* 1202 addunt *om. BC* ut 1203 soror est *C* 1204 Quodque aliquidquid 1206 quid sperem hau *A* 1207 Meas *B* Patruelis promisit *C* 1208 sorore quere *B* 1209 habiit suos uolamabas *B*, habitisuos Clamabas *C*

Agorastocles

Qui bene uolt uobis facere.

Adelphasium

Facere occasio est.

[Sed quis homo est?

Agorastocles

Amicus uobis.

Adelphasium

Qui quidem inimicus non est.]

Agorastocles

Bonus est hic homo, mea uoluptas.

Adelphasium

Pol istuc malim quam malum.

Agorastocles

Si quidem amicitia est habenda, cum hoc habenda est.

Adelphasium

Haud procor.

Agorastocles

Multa bona uolt uobis facere.

Adelphasium

Bonus bonis bene fecerit.

Hanno

Gaudio ero uobis

Adelphasium

At edepol nos uoluptati tibi.

Hanno

Libertatique.

Adelphasium

Isto pretio tuas nos facile feceris.

1211 Sequis *B* non sit *A* 1212 istum malim quam malim *C* 1213 habendum est *C* quom *B* hau *A* precor 1214 uobis facere uult *BC* benefeceris

Agorastocles

Patrue mi, ita me di amabunt, ut ego si sim Iuppiter,
Iam hercle ego illam uxorem ducam et Iunonem extrudam foras.
Ut pudice uerba fecit, cogitate et commode!
Ut modeste orationem praebuit!

Hanno

Certo haec mea est.
Sed ut astu sum adgressus ad eas!

Agorastocles

Lepide hercle atque commode.

Hanno

Pergo etiam tentare?

Agorastocles

In pauca confer; sitiunt, qui sedent.

Hanno

Quid istic? Quod faciundum est, cur non agimus? In ius uos uoco.

Agorastocles

Nunc, patrue, tu frugi bonae es. Uin hanc ego adprendam?

[*Hanno*

Tene.

Adelphasium

An patruus est, Agorastocles, tuus hic?

Agorastocles

Iam faxo scibis.]
Nunc ego pol te ulciscar probe, nam faxo mea eris sponsa.

1217 Patrue me ita dei *A* 1218 illum *B* 1219 fece cogitate edcommode *B* 1221 astussum *B* ad *om. C* commodo *B* 1222 perge temptaret in conuer *B* que *B*, quæ *C* 1223 quur *B* Inlisos *C* uolo 1224 Nunc tene patrue tu frugi si bonæ es *BC* ego hanc ad prædam *BC* Tene *om. C* 1225 hæc faxos cibus *B* 1226 pol ego *BC* eris mea *A*

Hanno

Ite in ius; ne moramini.

Agorastocles

Antestare me atque duce.

Hanno

Ego te antestabor.

Agorastocles

Postea hanc amabo atque amplexabo.

Hanno

[Sed illud quidem uolui dicere; immo hercle dixi, quod uolebam,]
Moramini. In ius uos uoco, nisi honestiust prehendi.

Adelphasium

Quid in ius uocas nos? quid tibi debemus?

Agorastocles

Dicet illi.

Adelphasium

Etiam me meae latrant canes?

Agorastocles

At tu hercle adludiato.
Dato mihi pro offa sauium, pro osse linguam obicito.
Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem.

Hanno

Ite, si itis.

Adelphasium

Quid nos fecimus tibi?

Hanno

Fures estis ambae.

1227 Ite incurs ne moram mi *B* antetarae *A* 1228 amalo *B* 1229 quid uolui dece *B* dixi hercle *BC* 1230 suos uoco *B*, uoco uos *C* honestiussiprehaendi *B* 1231 in suocas *B* 1232 me *om.* *A* thu *B* 1235 Ite sittis

Adelphasium

Nos tibi?

Hanno

Uos inquam.

Agorastocles

Atque ego scio.

Adelphasium

Quid id furti est?

Agorastocles

Hunc rogato.

Hanno

Quia annos multos filias meas celauistis clam me,
Atque equidem ingenuas, liberas summoque genere gnatas.

Adelphasium

Numquam mecastor reperies tu istuc probrum penes nos.

Agorastocles

Da pignus, ni nunc perieres, in sauium, uter utri det.

Adelphasium

Nihil tecum ago; abscede, obsecro.

Agorastocles

Atqui hercle mecum agendum est.
Nam hic patruus meus est; pro hoc mihi patronus sim necesse est.
Ei praedicabo, quo modo furta faciatis multa
Quoque modo huius filias apud uos habeatis seruas,
Quas uos ex patria liberas subruptas esse scitis.

Adelphasium

Ubi sunt eae aut quae? obsecro.

1236 Nosne furti estis nunc 1237 multas *B* 1240 Da *om. A*, De *B* periures *B*, peruires *C* 1241 atque 1243 I *B*, Et *C* quomodo uos furta 1244 Quo qui *B* habetis *B* serues *B* 1246 qua *A*, quas *BC*

Hanno

Satis iam sunt maceratae.
Quin eloquar?

Agorastocles

Sic censeo hercle patrue.

Adelphasium

Misera timeo,
Quid hoc sit negoti, mea soror; ita stupida sine animo adsto.

Hanno

Aduortite animum, mulieres. Primum, si id fieri posset,
Ne indigna indignis di darent, id ego euenisset uellem;
Nunc quod boni mihi di danunt, uobis uostraeque matri,
Eas dis est aequom gratias nos agere sempiternas,
Quom nostram pietatem adprobant decorantque di inmortales.
Uos meae estis ambae filiae et hic est cognatus uoster,
Huiusce fratris filius Agorastocles.

Adelphasium

Amabo,
Num hi falso oblectant gaudio nos?

Agorastocles

At ita me di seruent,
Ut hic pater est uoster. Date manus.

Adelphasium

Salue insperate nobis
Pater; conplecti nos sine.

Anterastilis

Cupite atque exspectate
Pater, salue; ambae filiae sumus; amplectamur ambae.

1246 satisim *BC* 1247 Quoi *A* Sic *om.* ergo *C* 1249 possit 1250 euenire *BC* 1251 id id anunt *B*, di danint *C* 1252 aequo *B* 1256 Nunc *B* obiectant me ita 1257 insperato *C* 1258 ecomplecti nosse necupite expetate *B* 1259 sunt

Agorastocles

Quis me amplectetur postea?

Hanno

Nunc ego sum fortunatus.
Multorum annorum miserias nunc hac uoluptate sedo.

Adelphasium

Uix hoc uidemur credere.

Hanno

Magis qui credatis, dicam.
Nam uostra nutrix primum me cognouit.

Adelphasium

Ubi *ea*, amabo, est?

Hanno

Apud hunc est.

Agorastocles

Quaeso, qui lubet tam diu tenere collum?
[Priusquam te mihi desponderit. Omitto. Sperate, salue.]
Omitte saltem tu altera.

Adelphasium

Nolo ego istuc; enica*s* me.

Hanno

Condamus alter alterum ergo in neruom brachialem.
Quibus nunc in terra melius est?

Agorastocles

Eueniunt digna dignis.
Tandem huic cupitum contigit. O Apella, o Zeuxis pictor,
Quidnam numero estis mortui, hoc exemplo ut pingeretis?
Nam alios pictores nihil moror huiusmodi tractare exempla.

1261 sedeo 1262 uideamur 1263 nostra *C* ibi *B* ea *om.* 1264 nunc tandiu *B* 1265 *proximo postponit A* desponderit *B* 1266 salute tu alterando *B*, salte tua Littera nolo *C* enicam 1268 Oh Apella *A* a zeuxis *C* 1270 Qur *AB*, Cur *C* hic exemplum *BC* pingeritis *B*, pigneretis *C* 1271 pintores *B*

Hanno

Di deaeque omnes, uobis habeo merito magnas gratias,
Quom hac me laetitia adfecistis tanta et tantis gaudiis,
Ut meae gnatae ad me redirent in potestatem meam.

[*Adelphasium*

Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit.

Agorastocles

Patrue, facito in memoria habeas, tuam maiorem filiam
Mihi te despondisse,

Hanno

Memini.

Agorastocles

Et dotis quid promiseris.]

ANTAMOENIDES MILES ET EIDEM.

Antamoenides

Si ego minam non ultus fuero probe, quam lenoni dedi,
Tum profecto me sibi habeant scurrae ludificatui.
Is etiam me ad prandium ad se abduxit ignauissumus;
Ipse abiit foras, me reliquit pro atriensi in aedibus.
Ubi nec leno neque illae redeunt nec quod edim quidquam datur,
Pro maiore parte prandi pignus cepi, abii foras.
Sic dedero: aere militari tetigero lenunculum.
Nanctus est hominem, mina quem argenti circumduceret.

1273 tanta (tan *B*) et tantis gaudiis adfecistis *BC* 1275 auxiuo *B* 1276 Patruoe facite *B* memoriam *BC* 1277 promiseris . antamoenides *B*, *nec spatium titulo relictum expletum est a rubricatore* 1279 oscurræ ludificis caui 1280 adduxit *C* ignaui simus *B* 1281 habiit *C* reliquid atrensi 1283 Prommore *B*, promore *C* coepi *C* 1284 aerem lemnunculum *C* 1285 minaque

Sed mea amica nunc mihi irato ob uiam ueniat uelim.
Iam pol ego illam pugnis totam faciam ut*i* sit caerula.
Ita replebo atritate, atrior multo ut siet
Quam Aegyptini. qui cortinam ludis per circum ferunt.

Anterastilis

Tene sis me arte, mea uoluptas; male ego metuo miluos.
Mala illa bestia est, ne forte me auferat pullum tuum.
Ut nequeo te satis conplecti, mi pater!

Antamoenides

Ego me moror.
Propemodum hoc *nunc* opsonare prandium potero mihi.
Sed quid hoc est? quid est? quid hoc est? quid ego uideo? quo modo?
Quid hoc est conduplicationis? quae haec est congeminatio?
Quis hic homo est cum tunicis longis quasi puer cauponius?
Satin ego oculis cerno? estne illaec mea amica Anterastilis?
Est ea certo. Iampridem ego me sensi nihili pendier.
Non pudet puellam amplexari baiolum in media uia?
Iam hercle ego illunc excruciandum totum carnufici dabo.
Sane genus hoc muliebrosum est tunicis demissiciis.
Sed adire certum est hanc amatricem Africam.
Heus tu, tibi dico, mulier: ecquid te pudet?
Quid tibi negoti est autem cum istac? dic mihi.

Hanno

Adulescens, salue.

1286 uenit *C* 1287 ut sit merulea 1288 acrior *C* 1289 Aegyptine *A*, aegiptii *B*, aegigipti *C* fuerunt 1290 uolupta *B* 1292 completi *B*, compecti *A* 1293 nunc *om* olsonare *B* 1294 quid hoc est? quid hoc, quid hoc est? *BC* 1295 quae hoc est congeminatio *B* 1296 quom 1297 ant rastris *B*, anterastris *C* 1298 Eteaesterto *BC*, ..est certo *A* 1299 baliolum uia media *C* 1300 ego illum *C*, illum ego *B* 1301 muliebrosum situnicis demisiciis *B* 1302 adre *B* adamatricem *BC* 1303 et quid *C* 1304 negotium *A*, Inegotii *B* autem est *BC* quomisi ac *B* 1305 Adhulescens *B*

Antamoenides

Nolo; nihil ad te adtinet.
Quid tibi hanc digito tactio est?

Hanno

Quia mihi lubet.

Antamoenides

Lubet?

Hanno

Ita dico.

Antamoenides

Legula, i in malam crucem.
Tune hic amator audes esse, hallex uiri?
Aut contractare, quod mares homines amant?
Deglupta maena, sarrapis sementium,
Manstructa halagoras ama. tum autem plenior
Alli ulpicique quam Romani remiges.

Agorastocles

Num tibi, adulescens, malae aut dentes pruriunt,
Qui huic es molestus, an malam rem quaeritas?

Antamoenides

Cur non adhibes tu, dum istaec loquere, tympanum?
Nam te cinaedum esse arbitror magis quam uirum.

Agorastocles

Scin quam cinaedus sum? Ite istinc, serui, foras,
Ecferte fustis.

Antamoenides

Heus tu. si quid per iocum
Dixi, nolito in serium conuortere.

1307 ligula i *A*, Legula In *B*, ligula in *C* 1308 tunc amator *C* tallax *A* 1309 maris *B* 1310 nena *A* 1312 Alii uldicique *A*, ulpique *BC* remigis *B* 1313 dentens *B* 1315 Qur *AB* adhibuisti loqueretur *C* 1316 cinaedu *A*, cynedum *C* 1318 fuistis *A*

Anterastilis

Qui tibi lubido es*t*, obsecro, Antamoenides,
Loqui inclementer nostro cognato et patri?
Nam hic noster pater est, hic nos cognouit modo
Et hunc sui fratris filium.

Antamoenides

Ita me Iuppiter
Bene amet, bene factum! Gaudeo et uolup est mihi,
Si quid lenoni optigit magni mali,
Quomque e uirtute uobis fortuna optigit.

Anterastilis

Credibile ecastor dicit; crede huic, mi pater.

Hanno

Credo.

Agorastocles

Et ego credo. Sed eccum lenonem; opt*ume*
Bonum uirum eccum uideo redeuntem domum.

[*Hanno*

Quis hic est?

Agorastocles

Utrum uis est uel leno uel Lycus.
In seruitute hic filias habuit tuas,
Et mihi hic auri fur est.

Hanno

Bellum hominem, quem noueris.]

Agorastocles

Rapiamus in ius.

Hanno

Minume.

1320 Quid es *BC*, *om. A* olsecro *B* antam moenides *B*, Automonedes *C* 1321 inclenemter *B* 1325 quidem *BC* 1327 Credibille *B* 1328 lenonem Lycum *BC* *In A sequitur:* Cred. ⧺ at ego credo ⧺ edepol ... uenit commodus 1329 uideo se recipit domum *BC* *Ab* 1330 Utrumuis *ad* 1332 noueris *om. A* 1330 est leno lycus *B*, est leno lycus *C* 1333 intus *BC*

Agorastocles

Quapropter?

Hanno

Quia

Iniuriarum multam dici satius est.

LYCUS. EIDEM.

Lycus

Decipitur nemo, mea quidem sententia,
Qui suis amicis narrat recte res suas,
Nam omnibus amicis meis idem unum conuenit,
Ut me suspendam, ne addicar Agorastocli.

Agorastocles

Leno, eamus in ius.

Lycus

Obsecro te, Agorastocles,
Suspendere ut me liceat.

Hanno

In ius te uoco.

Lycus

Quid tibi mecum autem?

Hanno

Quia has dico liberas
Ingenuasque esse filias ambas meas;
Eae sunt subruptae cum nutrice paruolae.

Lycus

Iam pridem equidem istuc sciui et miratus fui,

1334 multo induci *BC* lycus *add. B spatio quod titulo relictum est, non expleto* 1335 quidem mea *C* 1336 quis uis *C*, quisquis *B* 1337 miis *B* id dem *C* 1338 addicare 1339 agorescocles *B* 1340 Leno in ius uocat *B* 1341 hasce mo *B*, hasce modo *C* 1343 Te 1344 pridem istoc siui *B*

Neminem uenire, qui istas adsereret manu.
Meae quidem profecto non sunt.

Antamoenides

Leno, in ius eas.

Lycus

De prandio tu dicis; debetur, dabo.

Agorastocles

Duplum pro furto mihi opus est.

Lycus

Sume hinc quidlubet.

Hanno

Et mihi suppliciis multis.

Lycus

Sume hinc quidlubet.

Antamoenides

Et mihi quidem mina argenti.

Lycus

Sume hinc quidlubet.
Collo rem soluam iam omnibus quasi baiolus.
[Numquid recusas contra me † aduersum quidem.

Agorastocles

Ite igitur intro, mulieres. Sed patrue mi,
Tuam, ut dixisti, mihi desponde filiam.

Hanno

Haud aliter ausim.

Agorastocles

Bene uale.

1345 manum 1347 debitur *B* 1348 proferto *C* mihi *om. A* quodlubet *A*, quidem *BC* 1349 supplices *B*, supplicis *C* 1350 *om. A* minimam *BC* 1351 Colorem *BC* 1353 see *B* mihi 1354 dixti *A* fillam *B* 1355 aliiter *B*, alias *A*

Agorastocles

Et tu bene uale.

Antamoenides

Leno, arrabonem hoc pro mina mecum fero.

Lycus

Perii hercle!

Agorastocles

Immo haud multo post, *quom* in ius ueneris.

Lycus

Quin egomet tibi me addico; quid praetore opust?
Uerum obsecro te, ut liceat simplum soluere,
Trecentos Philippos; credo, conradi potest;
Cras auctionem faciam.

Agorastocles

Tantisper quidem
Ut sis apud me lignea in custodia.

Lycus

Fiat.

Agorastocles

Sequere intro, patrue mi, ut hunc festum diem
Habeamus hilarem huius malo et nostro bono.
Multum ualete; multa uerba fecimus.
Malum postremo omne ad lenonem redit.
Nunc, quod postremum est condimentum fabulae,
Si placuit, plausum postulat comoedia.

1356 arabonem 1357 Imo *A*, inmo *B* quom *om.* intus 1358 egonet *A* quot *B*, quod *C* protore *B* opus est 1360 phippos *B* 1361 A *om.* 1363 hunc *om. A* dem *B* 1364 habemus *C* 1366 posttro *A* . . ccidit *A* 1367 quid *B*

AGORASTOCLES. LYCUS. HANNO. ADELPHASIUM. ANTERASTILIS. ANTAMOENIDES.

Agorastocles

Quam rem agis, miles? qui lubet patruo meo
Loqui inclementer? Ne mirere, mulieres
Quod eum sequuntur; modo cognouit filias
Suas esse hasce ambas.

Lycus

Em, quod uerbum auris meas
Tetigit? Nunc perii! Unde hae perierunt domo?

Agorastocles

Carthaginienses sunt.

Lycus

At ego sum perditus.
Illuc ego metui semper, ne cognosceret
Eas aliquis, quod nunc factum est. Uae misero mihi!
Periere, opinor, duodeuiginti minae,
Qui hasce emi.

Agorastocles

Et tute ipse per*i*isti, Lyce.

Hanno

Quis hic est?

Agorastocles

Utrumuis est, uel leno uel Lycus.
In seruitute hic filias habuit tuas
Et mihi auri fur est.

Tituli spatium vacat 1369 agitis *BC* melius *A* 1370 inclementer meminere 1372 hasce esse *C* Hem 1373 haec *A* 1378 Quiesce *B* tu *BC* peristi *Post h. v. repetitur 1374* 1379 est nouelle nouellycus *B et C, nisi quod* licus 1380 abuit *B* tua *B*, mias *C pr. m.* 1181 aurifor *B*

Hanno

Bellum hominem quem noueris!

Agorastocles

Leno, rapacem te esse semper credidi,
Uerum etiam furacem, qui norunt magis.

Lycus

Accedam. Per ego te tua genua obsecro,
Et hunc, cognatum quem tuum esse intellego:
Quando boni estis, ut bonos facere addecet,
Facite ut *nos* uostro subueniatis supplici.
Iam pridem equidem istas sciui esse liberas
Et exspectabam, si qui eas adsereret manu,
Nam meae prorsum non sunt, tum autem aurum tuum
Reddam, quod apud me est, et ius iurandum dabo,
Me malitiose nihil fecisse, Agorastocles.

Agorastocles

Quid mihi par facere sit, *me*cum egomet consulam.
Omitte genua.

Lycus

Mitto, si ita sententia est.]

Antamoenides

Heus tu, leno.

Lycus

Quid lenonem uis inter negotium?

Antamoenides

Ut minam mihi argenti reddas, priusquam in neruom abducere.

Lycus

Di meliora faxint!

1381 quemueris *B* 1384 te tua te 1386 bono *B* 1387 Facite et uestro 1388 me quidem *B* 1389 quis *B* manum 1390 prosum 1392 Quod sit quom 1395 quod *C* 1396 Utinam mihi argentum 1397 Demeliora fax sit *B*

Agorastocles

Sic est: hodie cenabis foris.
Aurum argentum collum, leno, tris res nunc debes simul.

Hanno

Quid me hac re facere deceat, egomet mecum cogito,
[Si uolo hunc ulcisci, litis sequar in alieno oppido]
Quantum audiui ingenium et mores eius quo pacto sient.

Adelphasium

Mi pater, ne quid tibi cum istoc rei sit.

Hanno

At mas sum.

Anterastilis

Obsecro.
Ausculta sorori; abi, diiunge inimicitias cum inprobo.

Hanno

Hoc age sis, leno. Quamquam ego te meruisse, ut pereas, scio,
Non experiar tecum.

Agorastocles

Neque ego, si aurum mihi reddes meum.
[Leno, quando ex neruo emissu's, conpingare in carcerem.

Lycus

Iam*ne* autem ut soles?

Antamoenides

Ego, Poene, tibi me purgatum uolo,
Si quid dixi iratus aduorsum animi tui sententiam,

1397 sicestu ideo cenabilis *B* 1398 lenostris re semel *B* 1400 Sic *B* 1401 quod pecto *B* 1402 Ni quom *B* siet ac massum obsecro 1403 soroi *B* 1405 si me aurum reddes *C* 1406 emisus *B* 1407 Iam pugnatum

Id uti ignoscas quaeso et, quom istas inuenisti filias,
Ita me di ament, mihi uoluptati est.

Hanno

Ignosce et credo tibi.]

Antamoenides

Tu aut amicam mihi des facito aut auri mihi reddas minam.

Lycus

Uin tibicinam meam habere?

Antamoenides

Nihil moror tibicinam.
Nescias, utrum ei m*ai*ores buccaene a*n* mammae sient.

Lycus

Dabo, quae placeat.

Agorastocles

Cura*to*.

Lycus

Aurum cras a*d* te referam tuum.

Agorastocles

Fac*i*to in memoria habeas.

Lycus

Miles, sequere me.

Antamoenides

Ego uero sequor.

Agorastocles

Quid ais, patrue? quando hinc ire cogitas Carthaginem?
Nam tecum mihi una ire certum est.

Hanno

Ubi primum potero, ilico.

1410 uoluptatis est   1411 Leno tuatem *B*, Leno tu autem *C*
1413 eim *B*   mores buccene amammae   1414 cura   crassate
1415 Facto   immemoria *B*   1416 cogita *B*   1417 mihi *om. C*

Agorastocles

Dum auctionem facio hic, opus est aliquot ut maneas dies.

Hanno

Faciam ita ut uis.

Agorastocles

Age sis eamus; nos curemus.

Ω

Plaudite.

1418 facto hic *om.* *A* aliquod 1419 ut *om.* *B*

COMMENTARIUS

IN

PSEUDOLUM.

Pseudoli argumentum hoc est. Calidorus adolescens Phoenicium amat meretricem Ballioni lenoni servientem. Is eam viginti minis militi cuidam vendidit ita ut, quum quindecim minæ præsentes numeratæ essent, ei, qui symbolum militis cum quinque reliquis afferret, puella tradenda esset. Hac de re Calidorus ab amica per epistolam certior factus animum despondet, dum ei Pseudolus servus pollicetur, se viginti minas aliquo modo comparaturum ut puellam ipse prior emat. Sed quem primum aggressurus erat, Simo Calidori pater amore filii comperto servum increpat, se quidem cauturum esse affirmans, ne sibi quidquam auferatur. Cui Pseudolus confidenter respondet se et hoc facturum et ante vesperam puellam a lenone abducturum; Simo autem, hoc si fecerit, viginti minas stipulanti daturum se promittit. Dum avarus senex, ne pignore multetur, hanc rem lenoni narrat, quo accuratius caveat, Pseudolus autem sibi consilia quærit, Harpax militis servus advenit cum epistola heri puellam a lenone petiturus. Ei Pseudolus, lenonis se servum esse simulans, Ballionem non domi esse narrat, epistolaque sibi tradita eum iubet post aliquod tempus, quum in diversorio requieverit, redire ut solutis quinque minis puellam abducat. Interim ab amico heri et quinque minæ ei suppeditantur et servus quidam callidus, qui militari ornatu instructus cum epistola militis et quinque minis ad lenonem missus puellam ab eo accipit et ad amatorem perducit. His iam factis leno lætus Simoni nuntiat Pseudolum iam victum esse, et vix credenti ipse viginti minas pollicetur, si non ita sit. Ecce verus Harpax venit puellam petens; omnia patefiunt et leno militi decepto quindecim

minas reddere cogitur. Tum Pseudolus ex convivio Calidori ebrius redit, ut a Simone hero viginti minas sibi promissas accipiat. Nec is infitiari audet, sed summisse precatur, ut sibi aliqua saltem pars pecuniæ reddatur. Et servus quidem, ne in posterum sibi poena impendeat, non aspernatur, ea tamen condicione, ut senex se in convivium sequatur et cum filio ceterisque potet.

Fabula est et festiva admodum et optime morata. Confidentiam servi callidi cum hilaritate coniunctam, turpitudinem lenonis certissimis et foedissimis coloribus descriptam, amorem puellæ et adolescentis, avaritiam senis, simplicitatem caculæ aliaque multa vix satis laudaveris, ut merito Pseudolus inter præstantissimas Plauti comoedias semper habita sit vulgoque omnibus nota fuerit. Notus est Ciceronis locus Cat. Mai. 14, 50: „Quam gaudebat bello suo Punico Nævius, quam Truculento Plautus, quam Pseudolo!“ Notus etiam alter locus, ubi lenonis persona, in qua agenda Roscius ille excellebat, describitur eique simillimus esse dicitur accusator Chærea, Cic. p. Rosc. com. 7, 20: „Nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare calliditatem videntur? Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum, si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? qui idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur. Cuius personam præclare Roscius in scena tractare consuevit, neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur; nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem quum agit, agit Chæream; persona illa lutulenta, impura, invisa in huius moribus, natura vitaque est expressa.“ Cf. ibid. 17, 50. Philip. II, 6, 15: „Hodie non descendit Antonius. Cur? Dat natalicia in hortis. Cui? Neminem nominabo; putate tum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum etiam Ballioni.“

Græcus autem qui primus eius auctor fuerit, ignoratur. Plura et certiora constarent, si integra exstaret **didascalia**, cuius extremi duo versus in A lecti sunt, atque adeo quum alter aliquatenus legeretur, alterum sagaci coniectura supplevit Ritschelius Parerg. p. 280 sqq. Hunc si sequimur, hæc fabula acta est

anno a. Chr. n. 191 *M. Iunio Bruto prætore urbano*, et *Megalesiis* quidem. Qui ludi quum alias ab ædilibus curulibus haberentur, illo anno ob dedicationem ædis Matris deum a. 204 votæ magnificentius acti sunt, habuitque eos summus populi Romani magistratus; is autem, quum uterque consul, alter in Græcia alter in Gallia, abesset, prætor urbanus fuit, vid. Liv. XXXVI, 36, 3 sq.: „Ædes matris magnæ Idææ dedicata est . . . Dedicavit eam M. Iunius Brutus, ludique ob dedicationem eius facti, quos primos scenicos fuisse Valerius Antias est auctor, Megalesia appellatos.“ Prætorem fuisse Brutum legitur ib. 2, 6. Errorem Valerii in indicanda senicorum ludorum origine hodie nemo non agnoscit, v. Madv. Opusc. acad. I p. 102 sq.

Recentiorum poëtarum Pseudolum imitati sunt primus Baptista Porta Italus, cuius est La Trappolaria, v. Dunlop. Rom. Lit. I p. 216; tum Molierius in l'Etourdi nonnulla hinc sumpsit, Holbergius autem nostras festivissimam fabulam Diderich Menschenschreck magnam partem hinc duxit.

Personarum nomina Græca sunt. Simo, Callipho, Charinus vulgo nota. *Ballio* exstat apud Athen. IV p. 166 c: *Πυθοδήλου τινὸς ἀσώτου μνημονεύει Ἀξιόνικος ἐν Τυρρηνῷ οὕτως· Ὁ Πυθόδηλος οὑτοσὶ ὁ Βαλλίων προσέρχεται.* *Calidorus* si a pulchritudine donorum appellatus esset, potius „Callidorus“ diceretur, sed primam brevem habet. In A v. 384 „Caludorus“ exstat, v. 909 et in Argumento „Calydorus“, idemque B et C sæpius, v. Lorenz. p. 248. Num „Polydorus“ fuit? *Pseudolus* servus dicitur callidus et mendax. Forsitan Græca forma *Ψεύδυλος* fuerit; unde R. „Pseudulus“ scripsit, præsertim quum eius formæ et apud grammaticos vestigia superessent et in Ambrosiano argumento eam bis servatam esse putaret, præf. p. VIII; sed Geppertus et in Argumenti versu 10 et in titulo primæ scenæ præscripto „Pseudolus“ legit, et sic constanter codd. B C et Argumentum acrostichon. *Phoenīcium*, *Φοινίκιον*, quasi palmula, dicitur puella, *Harpax*, *Ἅρπαξ*, cacula „qui hostis uiuos rapere solet ex acie“, v. 658. *Simia* Græce *Σιμίας* vel *Σιμμίας* est; in inscriptione Thessalica Mittheil. d. archäol. Instituts VII p. 66 sq. v. 49 altera, v. 61 altera forma exstat; Latini simplici m scribebant, v. Studemund Festgruss zu Würzburg 1858 p. 56 sqq.

Ita fit, ut idem bestiæ nomen sit, qua similitudine Plautum gavisum esse credo. Delectatur enim lusibus ex nominum similitudine ductis, ut 230: „Phoenicium poeniceo corio", 587: „Ballionem exballistabo", 657: „ne quid harpax feceris".

Cod. B in mediis sermonibus personas singulis notat litteris Latinis, ut P sit pro Pseudolo, B pro Ballione. Colore autem utitur in posteriore fabulæ parte rubro, in priore, ut in extremis Mercatoris versibus (vid. Comment. p. 314) et rubro et cæruleo, et ita quidem ut alternis pouantur colores nulla alia nisi vicissitudinis lege observata; in principio autem fabulæ ne personas quidem notant litteræ coloratæ sed initia versuum. In cod. C a v. 415 ad 506, ubi manus minus elegans scribendi opus suscepit, notæ personarum desunt, prius spatiis relictis, a v. 479 ne hoc quidem facto.

Ambrosiani, ait R., ex quadraginta una, quæ olim fuere, Pseudoli membranis hodie deperditæ sunt octo, superstites tres et triginta. Eæ hos versus habuerunt: ab initio ad 235. 264—476, 554—747, 820—1015, 1049—1084, 1121—1256, 1285 versus finem; sed in multis paginis aut nihil aut perpaulum legi potuit, v. R. præf. VI sq. De eius scriptura accuratiora protulit Löwe, Analect. Plautin. p. 149 sqq.

Pseudolum separatim ediderunt Romeijn, Daventriæ 1836, et Lorenz. Berol. 1876, cuius ut cura laudanda est, ita iudicium et in aliis rebus improbandum et maxime quod versus sibi spurios visos non uncis iuclusit sed ita exterminavit, ut ne in appendice quidem critico inveniantur.

Argumentum I,

acrostichum, in A non exstat. 1, cf. 53. — 2. *symbolum*, v. 55 sqq. — 3. *relicuo*, v. ad Asin. 231. — 4. Hiatur in cæsura ut v. 6. *caculam*, cf. Trin. 721. Pro nomine proprio hoc sumpsit librarius, cuius glossema cod. C invasit. — *interuortit*, cf. 542. 903. — 5. *Ballionis*, sc. servum, ut Amph. 379 al. — 6. *erili*, sc. filio, cf. Epid. Argum. 4. — *Simiae* ed. pr. — 9. *quod erat pactus*, si dolum effecisset, v. 537 sqq.

Argumentum II,

quindecim senariis conscriptum, in solo A exstat, sed minoribus litteris minusque accurate scriptis, ut postea additum esse appareat, quinto vel sexto sæculo, v. Mai., R. Parerg. p. 283, Studemund. de actæ Stichi ætati p. 24. Pleraque Maius legit; hodie pauca leguntur, v. R. Quæ cursivis litteris expressa sunt, R. supplevit. — 2. *efflictim*, v. ad Amph. 513. — 4. *soluit* R. — 5. *ad*, apud, v. ad Asin. 818. — 8. *ut prehendat* Bugg. Philol. XXXI p. 251; Mai. et R.: „ad prendendum". — 9. *calator*, v. 1012. — 10. *Pseudolus* in A legit Gepp. Stud. II p. 63. — 11. *atriensis*, v. 613. — 12. *Aufert* Mai. *minasque* R. — 13. Numeris consuli potest, ut ait R. præf. p. VII transponendo: „Dat caculae subditicio", sed Plautus *subditiuo* dixisset, v. 756. Amph. 493. 821. Bacch. 15; idque cum R. reposui. *cacula* autem hoc et proximo versu primam syllabam producit; nam v. 14 sine dubio cum Löwio Anal. Plaut. p. 150 scribendum *sycophantans*, cf. Trin. 787. R. „sycophanta" scripserat, Lor. cum Seyffertio „cacula sycophantice". — 15. *uino Pseudolus* Sauppius Ind. Gotting. 1858—59 p. 3 coll. v. 1051 et 1247 sqq. Romeijn, R. „saluo Pseudolo"; Löw. Analect. Plaut. p. 151: „uinum Pseudolo".

Prologus,

non ab ipso Plauto, sed quum fabula post mortem eius referretur, scriptus periit præter duo extremos versus, ac mature periit; nam ne in palimpsesto quidem exstare docet R. præf. p. VIII. Defectui succurrere conatus Italus quidam sæculi XV homo 23 versus confecit ineptissimos, qui in edd. Pii aliorumque leguntur. Eorum autem, quæ relicta sunt, initium quo referendum sit, non satis liquet. Lorenzius prologum putat negotiosos abire iussisse, ego potius esurientes ut Poenul. 5 sq. — *Exporgi* Scutarius, cf. Epid. extr.: „Lumbos porgite atque exsurgite". — *meliust* A teste Löwio. — *exsurgier* A, atque etiam D. Impersonaliter dictum putat Lorenzius; veri similius Geppert. Stud. II p. 62 et Löw. Anal. p. 149 passive.

Prima scena Pseudolus servus herum interrogat, cur tristis sit. v. 4. *macerent* A, v. Studem. Stud. I p. 184. Gell. XX, 6, 9. Is enim primos quattuor versus affert propter pronominum usum et formas insolitas v. 6. Nam quum poeta *duorum labores* posuisset, et deinde indicare vellet, quinam hi duo essent, non possessivis pronominibus usus est „meo" et „tuo", sed genetivis pronominum personalium. Gellius affirmat apud Ciceronem quoque exstare „contentio vestrum" et „contentione nostrum", cf. Madv. Gr. L. 297 a not. Cic. Ep. ad Fam. II, 6 extr. in cod. Med. exstat: „unius tui studio" pro „tuo"; apud Sall. Cat. 33, 2 Gellius legit: „maiores vestrum". Quæritur autem de pronominum formis, nam constantiæ causa videtur aut „mei—tui" aut „mis—tis" scribendum, v. Lorenz. Philol. XXXV p. 154; sed in tam incerta re constantiæ servire nolo. *Mei* exstat et in codd. et apud ceteros, nam versum afferunt etiam Diomedes p. 365 recte et Nonius p. 501 corrupte: „Me interrogandi et tui respondendi mihi"; *tui* Diomedes et Nonius; apud Gellium *tis* sine dubio scriptum fuit, de qua forma grammaticorum testimoniis firmata v. ad Mil. 1028. — *rogandi* genetivus definitivus est; quod obiectum accusativo casu sibi adiungit, et hoc loco necessarium erat nec alibi insolitum; Lor. confert Men. 674. Ter. Hec. 92. Afran. 134. — *hos multos dies*, v. ad Men. 104. — 10. *tabellas*, ceratas, pugillares, epistolam a Phoenicio missam. — *lauis*, i. e. lavas; afferunt h. l. Diomedes I p. 377. Priscian. IX, 6 p. 861, Nonius p. 503 et 466; cf. Neue II p. 420. — — 13. *Id te*, v. ad Amph. 1067. Lor. addit Liv. XXXIX, 45, 7: „id eos ut prohiberet". Etiam Seneca Vit. beat. 16, 2: „nihil prohibeberis". — 15. *uapulo*, plagas, miseriam patior, cf. ad Asin. 475. — 16. „Licetne" R., sed *me* exstat etiam in A, v. Studem. Stud. I p. 176. Quum in A „med antidhac" fuisse videretur, Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 33 „tu" delebat. — 17. *supremum*, præcipuum. — *consiliis*; de dativo v. ad Mil. 273. — 18. *face* A, v. Löwe Analect. Plaut. p. 152. — 19. *te* versus causa add. Cam., R.; Both. „Aut re iuuabo".

24. *Alia aliam* etiam A, v. Löwe l. l. „Litteræ non erant recta linea collocatæ; sed, ut a puella scriptæ, alia alii quasi incubabat". Gron. — *Ludis iam* A teste Löwio l. l. — *tuo*

i. e. solito. — 25. *Sibylla*, nam divinatione opus erit. — 26. Hiatus in cæsura. Pro *alium* Br. Ann. phil. CXV p. 327 „natum" voluit. — 27. *inclementer*, cf. ad Amph. 735. — 29. *quas* A, cf. ad Amph. 559. Bacch. 271. Most. 643. infra 1132. Non hominis manibus sed gallinæ ungulis litteras scriptas videri dicit. — 31. *Immo enim*, cf. Ter. Andr. 823. Phorm. 338. sæpius „immo enimuero", ut Capt. 603, v. Lor. ad 852. — 32. Animum, quem abesse dixerat, servus eum *citare*, i. e. advocare iubet. Respondet in tabellis amicæ esse; inde citari posse. — 33. *istinc* A, v. Gepp. Stud. II p. 55. — 36. *in tabellis porrectam*, nomen scriptum intelligit, v. 41. — *adcubat* A, v. Löw. — 37. *te di deaeque quantumst*, sc. perdant, cf. Most. 454. infra 841. ann. ad Aul. 778. Sed servus maledicto interrupto contrarium substituit: *Seruassint*, cf. Cas. 301. — 38. *Quasi* v. ad Mil. 392. Poen. 240. 1296. Breve tempus se vixisse ait, non aliter quam herbam solstitiali tempore natam, quam solis ardor brevi conficere soleat. — 40. *Ergo quin*, „alibi semper Quin ergo?" Lor., cf. Kienitz de particula quin p. 4 sq.

42. *Per ceram et linum*, i. e. per tabellas obsignatas, nam lino obligabantur ante quam signabantur, v. ad Bacch. 712, cf. Auson. Epist. 22, qui hunc versum affert. Muretus „lignum" voluit, ut esset: „per ceratas tabellas", idque commendavit Kiessling. Mus. Rh. XXIII p. 412, præsertim quum v. 47 „lignea salus" tabellarum dicatur, et recepit Lorenz. — *interpretes*, sc. sententiæ eius. — 43. *inpertit* A, v. Studem. Ind. Gryphisw. 1870—71 p. 15. *Salus* dupliciter dicitur, de verbis et de re. — 44. *titubanti* etiam A teste Studem.; hiatur in cæsura; significatur autem incertus et consilii inops animus. — *et* inter duo posteriora trinomii membra, v. ad Asin. 564. — 51. *peregre*, ut in regionem peregrinam abducar. *Macedonio* A; Löwius confert 347. 620. 1095. 1155. 1165. — 53. *Et .... abiit* A. — 54. *unae*, solæ, v. ad Bacch. 827. *remorantur*, moram faciunt ne abducar. — 55. *symbolum*, v. ad Bacch. 260. — 56. *imaginem*, cf. 991. 1003. — 58. *mitteret*, sc. leno; *ei* pro duabus syllabis pronuntiandum (v. Proleg. p. 216), *rei* pro una, si scriptura sana; Saupp. p. 4: „Cum eo simitu mitterer". — 59. Dies pecuniæ solvendæ et puellæ abducendæ præstituta est

proxima Dionysia. R. male: „proxuma ad D.“ — 60. *Cras ... sunt*; hæc edd. Acidalio duce Calidoro dant, iniuria. — 61. „mi in ted est“ R. hic et 72. — 64. *mores*, cf. ad Most. 279. — 65. *suauisuauiatio* A, v. ad Bacch. 114. — 66. *comparum*, bene convenientium, cf. Hor. Od. II, 5, 2: „munia comparis aequare“. — 68 ex A protulit Studem. Herm. I p. 297, qui quod „Nostrorum orgiorum“ legerat, hoc hodie legi negat Löwius nec scriptum fuisse putat Anal. Pl. p. 153. — 69 affert Nonius p. 422. *horridularum*, tumescentium et obnitentium. — 70. *Harunc* A, v. Studem. Ann. phil. CXIII p. 60. *uoluptatum* altera correpta, v. Proleg. p. 204. *itidem* ed. pr. — 71. affert Nonius p. 184. — 72. *mihi in te est aut tibi est* ed. pr., cf. 61. — 73. *sciui* A, i. e. comperi. cf. Bacch. 356. Poen. 771. Madv. Em. Liv.² p. 613. Cic. ad Att. IV, 8 B, 3. Ovid. Met. V, 472. Phædr. IV, 25, 32. Senec. Ep. 24, 15. Bergk. „resciui“. — 74. *quid ames*, *quid simules*, quatenus verus, quatenus simulatus amor tuus sit, cf. Mil. 627.

76. *Puniceos*, aridos, v. ad Aul. 289. — 79. *audes* ed. pr., i. e. vis, v. ad Asin. 473. *Quid faciam tibi?* cf. Amph. 455. Sæpius in puniendo et corrigendo dicitur, ut Mil. 608. Poen. 143. 407. Pers. 267. Ter. Eun. 849. Madv. ad Cic. Fin. II, 24, 79. — 80. *CA. Eheu. PS. Eheu* R. Quod roganti, quid se facere vellet, Calidorus nihil aliud respondet nisi *Eheu*, id quidem, *eheu* similesque querelas, se promittit abunde daturum, et tam largiter quidem ut iis parcere non opus sit, itaque irridens in proximis illud eheu sæpius repetit. *id* igitur cum *dabo* iungo, non ut R. cum „parsis“ (cf. ad Curc. 381). — 83. „mulierem cras est“ Both. — 84. *adiuuas* Both. — 85. *iugis*, perennis. *in nostra domo*, ubi vapulare, non thesauros comparare soleo. — — 86. Löw. quum in A legisset: *Actumestdem* et in extremo versu: *tumutuam*, scribi voluit: „Actumst de me hodie. sed potes tu mutuam“. Mihi ut Müllero Nachtr. p. 138 *iam* aptius visum est quam „hodie“. — 87. *dare unam mihi* A. — 88. „est“ del. Pylades; *si* est etiamsi, v. ad Asin. 163. R.: „opino, etsi“. — *opponam pignori*, cf. Ter. Phorm. 661. Catul. 26. — 89. *quid ea drachuma* A. — 90. *me faciam pensilem*, me suspendam, cf. Poen. 309. Porphyrius ad Hor. Sat. II, 2, 99

hunc locum laudans „pendulum“ scribit. — 91. Ante noctem ait se Orci tenebras petiturum. — 92. *dedero* A, Löwe. Madvigio Opusc. II p. 101 hic versus, quippe cuius sententia in duobus sequentibus inesset, subditivus videbatur; Löw. Anal. p. 156 posteriores damnavit, iure credo. — 97. *cucule*, i. e. homo nihili, v. ad Asin. 914. — *uiues*; pollicetur fore ut puellam retineat. — 99. *libellai* R., v. ad Capt. 942. — 101. *illi* adverbium mihi videtur. — *lacrumis* Both. — 102. *Quod* coniunctivum postulare videtur, „postules“, v. ad Asin. 750, sed præterea „quidquam“. Lor. cum Müllero „te probare ei“ (dich ihm zu empfehlen“). — 103. *geras*, i. e. ingeras, ut 370, et sic Salmasium secutus R. — 105. Exitus versus corruptus; in A lectum est: „aut . . . mea“. Ed. pr.: „aut hac mea“, quod frustra defenderunt Romeijn et Löwe An. p. 157. R.: „mea bona opera hercle aut mala“. Seyffert. Phil. XXV p. 448: „mea bona opera ut antidhac“. Brix. Ann. phil. CXV p. 328: „aut bona opera aut techina mea“. Ego olim: „me bona opera usum mea“; iam simplicius videtur: *aut non bona*, cf. Asin. 727: „uiginti minae bonae mala opera partae“. — 106. *argentarium*, argenti, cf. 300. 424. Men. 369. al. — 107. *Atque*. R. „Atqui“, quæ emendatio alibi necessaria est, v. ad Aul. 279, hic non satis apta videtur. — *unde* geminatum ferri non potest. Lor. „unde esse“ ad sensum recte; sed verbum abesse potest, et hiatus in cæsura legitimus est. — 108. *Nisi quia*, v. ad Aul. 357. — Fortuita oculi palpitatio pro bono omine habebatur, v. Theocr. 3, 37: *Ἅλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἦ ῥα γ᾽ ἰδησῶ αὐτάν*; — 109. *suppetant*, cf. Asin. 55: „non suppetunt dictis data“. — 110. *mea si conmoui sacra*, i. e. si secreta mea, abditas artes meas protulero, cf. Verg. Æn. IV, 301: „qualis commotis excita sacris Thyias“, ubi Servius hunc locum affert. — 111. *turbellas*, v. ad Bacch. 1054. — 112. *aetati*, vitæ, cf. ad Capt. 879. — 115 sqq. Stipulatione facta se obligari vult. — 116. *quod* A. — 117 totum Pseudolo continuat A. — 121. *tangam*, decipiam, fraudabo, cf. ad Epid. 703. — 122. *Di te* ed. pr. *semper* in A legit Löwe, cf. Asin. 647: „Di te seruassint semper“. — *si potest* A, v. ad Amph. 169. Tu vero, inquit, si pecuniam istam comparare potes, per me licet

non patrem solum, sed etiam matrem defraudes. *Pietatis causa*, ἕνεκα τῆς εὐσεβείας, cf. ad Epid. 677. Mire Ladewig. et Brix. Ann. phil. CXV p. 328: „ne mater queri possit sui minorem rationem habitam esse quam patris"; ea non pietas esset sed æqualitas, nec talis ironia hic locum haberet. *De istac re*, quod ad pietatem attinet, Pseudolus eum securum esse iubet, vid. infra. Hoc non intellecto Both. v. 122 proximo postposuit, eumque secuti R. „si hau potes?", Lor. cum Seyffertio: „qui potes?", Löwe „qui potest?" scripserunt. — 124. Securos in utram vellent aurem dormire posse dicebant, ἐπ᾽ ἀμφότερα καθεύδειν, cf. Menand. fr. Plocion. 1: Ἐπ᾽ ἀμφότερα νῦν ἡ ᾽πίκληρος μέλλει καθευδήσειν κατειργάσασα μέγα καὶ περιβόητον ἔργον. Ter. Heaut. 342: „Ademptum tibi iam faxo omnem metum, In aurem utramuis otiose ut dormias". Plin. Ep. IV, 29. Pseudolus autem, quum oculis dormire homines viderentur (Mil. 826), scurriliter *in oculum utrumuis* dicit, simul significans in hac re oculis conivendum esse. Hoc non intellexerunt qui versus 122 et 23 transposuerunt, quo facto non est cur oculorum mentio fiat. — 125. R.: „In oculumne an in aurem? PS. Hoc". Facilius Kampm. „Oculum anne in" et Brix. Ann. phil. CI p. 773, quem cum Lor. secutus sum: *Utrum oculum anne aurem?* De omissa præpositione v. ad Merc. 721. Löwe p. 159 parum feliciter: „Utrumne in aurem?" — *hoc*, quod dixi, non id quod interlocutor fortuito extremo loco posuit, ne cum R. pro *minus* „nimis" scribas; illud etiam in A exstat. Ad sententiam cf. Epid. 350. Bacch. 1070. — 126. Spectatores alloquitur. — 127. *Pube*. Fest. Epit. p. 252: „Pube praesente est populo præsente, συνεκδοχικῶς ab his, qui puberes sunt, omnem populum significans". Antiquam formulam hanc esse recte animadvertit Romeijn. — 130. *St, tace* A. — 131. *Crura* eius crepare mavult, sc. fracta, v. ad Asin. 471. — 132. *Atque*, v. ad Amph. 948. — *intus* Ritterhusius. — *periurum caput*, v. ad Curc. 234. Scriptura palimpsesti parum certa est; Löw.: PERIURIICAPUT.

Secundam Pseudoli scenam separatim tractavit Usener. Ind. schol. Gryphisw. 1866. Exit Ballio leno. Natali die suo lautius opsonaturus, ante quam ad macellum abit, servos evocat, ut iis quæ fieri velit imperet. Tum etiam mulieribus meretricibus

maxima mala minatur, nisi ab amatoribus suis ingentia dona extorqueant; hæ vero in proscenium non exeunt; intra ædes versantes alloquitur. Calidorus et Pseudolus paulum remoti omnia audiunt. Titulum, ut soleo, ex B expressi. Sed quod ibi legitur LORARI IV, R. animadvertit v. 156 sqq. non quattuor sed quinque servos apparere; unde LORARIUS fuisse suspicatur, quum unus tantum loquatur v. 158, mutarum autem personarum mentio in scenarum inscriptione fieri non soleat; mihi ut Dziatzkoni potius LORARII V fuisse videtur. *Lorarii* autem servi dicuntur, v. ad Merc. 269, ne quis Bergkio credat Mus. Rhen. XX p. 290 Ballionem ipsum h. l. lorarium, *μαστιγοφόρον*, appellari existimanti.

Canticum hoc (*C*, v. Proleg. p. 172) magnam partem systematis continuis compositum est, ut vidit Hermann. Elem. doctr. metr. p. 184 sq. 133—37 trochaici octonarii sunt; Spengelius Reformvorschläge zur Metrik p. 167 præter primum ceteros anapæsticos habet, quod, si sequerentur anapæsti, probarem, sed adiungitur (138 sq.) trochæorum continua series. 140—43 octonarii trochaici, 144 septenarius cum iambicis, qui sequuntur coniunctus, 145—51 iambici octonarii, 152 iamb. septenarius (?), 153 iamb. octonarius, 154—55 iamb. septenarii, 156—57 iamb. octonarii, 158—59 iamb. septenarii, 160—67 octonarii trochaici, 168—70 iambici octonarii, 171 iamb. septenarius. 172—83 systema trochaicum octonariis discriptum præter ultimum, 184—86 systema iambicum constans duobus octonariis et dimetro catalectico, 187—92 systema iambicum constans quinque octonariis et senario, 193 troch. octonarius, 194 et 95 dimetri troch. catalectici, 196 troch. septenarius, 197—98 troch. octonarii, 199—200 septenarii tr., 201, si prima vox cum antecedenti continuatur, troch. octonarius est, 202—203 trochaici dimetri catalectici, 204 tr. octonarius, 205 tr. septenarius, 206—7 tres iambici dimetri, 209—10 trochaici septenarii, 211 tr. octonarius, 212—14 trochaici dimetri catalectici, 215 tr. septenarius, 216 tr. octonarius, 217—18 troch. dimetri catalectici, [219 tr. octonarius, 220 iamb. septenarius, 221 troch. septenarius, 222 tr. octonarius, 223 troch. dimeter catalecticus, 224 tr. septenarius, 225 tr. dimeter catal.] 226 tr.

octonarius, 227 tr. septenarius, cui adiungitur 228 iambicus octonarius, 229—30 tr. octonarius cum septenario. Müllerus Pl. Prosodie p. 100 versus 164—83 pro anapæsticis habet exceptis 168—71, quos iambicos esse apparet; nec aliter Spengelius. Reformvorschl. p. 396 sq.

133. *exite* etiam altero loco A. Cf. Ter. Eun. 668 sq.: „Exi foras, sceleste . . . . male conciliate". Servos ignavos ait se male, i. e. cum damno, et *conciliauisse*, i. e. emisse, v. ad Capt. 131, et *habere*, cf. Stich. 63: „Seruos habitu haud probus". — 134. *faciant*, cf. Pers. 56 sq. „Numquam quisquam meorum maiorum fuit, Quin parasitando pauerint uentres suos". — 135. *ad hoc exemplum*; scuticam, quam manu gerit, (v. 153), ostentat; nisi verberibus omnia agentur, servorum ait nullum usum esse. *Quibus* ponitur quasi secuturum esset „uti non possum"; ἀνακολούθως in passivum transitur, *usura usurpari*, quasi „Quorum" positum esset. — 136. „ego" om. R.; Löw., quia etiam in A legitur, proponit: „Neque ego nunquam homines magis asinos". De duplici negatione cf. ad Mil. 1403, sed quam late pateat hic usus, ignoro. — *Asinos* eos dicit, quia et ignavi sunt et ignaviæ causa assiduis verberibus affici solent, cf. Asin. 416: „latera tua, quae occalluere plagis". — 137. *noceas*, propter duritiem calli. — *enim* non ad proxime antecedentia refertur, quæ quasi per parenthesin interponuntur, sed ad v. 135, ne Langenio credas p. 268 hanc particulam apud Plautum „profecto" significare affirmantem. — *flagritribae*, v. ad Most. 348. — 138—40. A, v. Löw. Anal. p. 160, quattuor versus discribit, quorum secundus a voc. „Harpaga" incipit, tertius ab „eorum", quartus a „Domi", B tres, quorum alter a „Fugi" incipit, tertius a „Lupus". — *clepe*. Non. p. 20: „Plautus Pseudolo: rape clepe arpaga". — 139. *Harpaga*, v. ad Aul. 194. Ad totum locum cf. Trin. 289: „Cetera rape, trahe, fuge, late". — *hoc eorum officiumst* A. — 140. *Mauelis lupos* A; item ed. pr., sed anteposito „ut". Hoc si „ita ut" intelligas, a sensu non abhorret, sed Löwium cum A recte omisisse credo. Sic trochæi efficiuntur, sed pessimus octonarius. — 141. *adspicias* Cam., cf. Ter. Andr. 856.

143. *amouetis*. Löw. p. 162, quum in A pro *a* duarum litterarum spatium esse videretur, „exmouetis", cf. Trucul. 80. — 144 ut octonarius fieret, Herm. „uaria fiant" scripsit, R. „ualide uaria uti sint". *ualide*, cf. Merc. Prol. 42. *uaria*. Mil. 218. — 145. Num *peristromata* alteram producat, dubium est, v. Proleg. 201; fortasse „ulla" addendum. Cf. Stich. 379: „Tum Babylonica et peristromata tonsilia et tappetia". Cic. Phil. II, 27, 67: „conchyliatis Cn. Pompei peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres". *Campanica* non alibi commemorantur, *Alexandrina* opera textilia nobilia erant, v. Plin. H. N. VIII, 196. Diocletiani edict. de pretiis c. 16, 5: *τάπης Αἰγύπτιος*. Hæc *beluata* dicuntur, i. e. beluarum imaginibus intextis ornata, ζωωτά, ut Athen. XII p. 538 d, aut *στρουθωτά*, ut ib. II p. 48 c, cf. XI p. 477 f: *δαπίδιον ἓν ἀγαπητὸν ποικίλον Πέρσας ἔχον καὶ γρῦπας ἐξώλεις τινὰς τῶν Περσικῶν*. Eurip. Ion. 1159 sqq. Theophr. Char. 5. *tonsilia tappetia* et hic et Stich. l. l. A, v. Löwe p. 162, cf. Matius apud Gell. XX, 9, 3: „Iam tonsiles tappetes ebrii fuco, Quos concha purpura imbuens uenenauit"; i. e. „tonsis villis", ut Verg. Æn. I, 702, levia, non hirsuta, *ψιλά*, ut Callixenus ap. Athen. V p. 197 b: *ψιλαὶ δὲ Περσικαὶ τὴν ἀνὰ μέσον τῶν ποδῶν χώραν ἐκάλυπτον, ἀκριβῆ τὴν εὐγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζωδίων*. — 147. *heri iam edixeram* R. ex B. — *eas*, quas a vobis administrari volebam, cf. infra 845. 925. Most. 652. ann. ad Capt. 223. R. „suas". — 148. *praediti* etiam in A fuit, ubi Löwe PR legit; sed inter hoc voc. et *inprobi*, ut A, circiter octo litterarum spatium intercedere dicit, quarum quarta L esse videatur; apparet „neglegentes" non fuisse; Löw. *desidioso* coniecit, cuius loco illud glossema substitutum putavit. Spengel. Reformvorschläge p. 396: „neglegentes, praediti ingenio inprobo". — 149. *Officium*", ut „quod" Cic. Verr. III, 16, 40 al. — *malo*, poena, verberibus. *cogatis* codd.; R. præf. p. 14: cupiatis". — 150. Versum et numeris destitutum et oratione barbarum iure damnavit Usener. Priora usque ad *uinc* etiam in A lecta sunt, posteriora fortasse recte emendarunt cod. Lips. et Pylades: „uincere hoc duritia tergi atque me", nam versus 153 hæc circumlocutio est. — 151. *Hoc sis uide ut* Löw. Anal. p. 163 sq., cf. Aul. 46 cum annot. Ps. 895. Both. R. „ut" omittunt.

— *Hoc agite*, v. ad Asin. 1. — 152. Ante *hominum* hiatur, v. Proleg. p. 221. Both. „plagigerula“ scripsit, Bergk. „homonum“. — 153 affert Nonius p. 227 male „durum“ scribens. *terginum hoc*, flagrum ex corio factum. — 154. *Quid* A. — *em*, *sic datur*, flagro usus est, cf. ad Men. 591. — 155 quum idem hortetur atque 152, R. unum ex duobus fecit: „Adsistite omnes contra me, plagigerula genera hominum“; simul versuum 151—55 ordinem licentissime mutavit. Fleckeis. et Usener v. 152 pro spurio habuerunt; Bergk. hunc damnavit; mihi videntur nodum in scirpo quæsisse. — 156 sq. Servis sua quæque efficienda dat. *ingere*, in ahenum; Löw. ut ex A „egere“, sc. e puteo. — *coco* i. e. coquo A, cf. 167. — 157. *Te cum securi*, i. e. qui securim habes, cf. ad Mil. 16. *caudicali provinciæ*, ut caudices s. ligna findas. — 158. Servus securim suam obtusum esse dicit, ut ligna cædere non possit. — Versus in codd. iusto longior est; alii alia omittunt; nos Bothium secuti sumus. — 159. Parum veri similis est hiatus post „opera“. Herm.: „opera ego utor“, Both.: „utor opera“, Spengel. „operas utor“. — 160. *ut niteant aedes*, cf. ad Bacch. 1. — 161. Alterum lectos sternere iubet, alterum argentea vasa in abaco disponere, cf. Rhet. ad Herenn. IV, 51, 64: „Perspicit argentum quod erat expositum“. — *idem*, cf. Epid. 652. Ter. Andr. 521. — 162. *ego* ed. pr. *reuortar* R. —163. *sparsa* A et Diomed. I p. 375; affert etiam Servius ad Æn. I, 478, sed incerta memoria. *structaque* Pistoris et R. Pavimenta verruntur et sparguntur aqua, lecti tergentur et sternuntur, argentum lavatur et exstruitur. — „uti“ codd.; *ut* R. — 164 „diest“ Usener, sed perit diæresis. Nos cum R. „uos“ omisimus. — 165. Numeris succurrit R. „face“ scribens, sed restat vitium in „glandium“, dactylico vocabulo trochæi loco posito; ego cum Usenero versum interpolatum credo; facile fingi potuit, v. ad Curc. 323. — „uiros summos“ Both. cett. — 167. „atque haec celerate“ R. duce Gulielmo; „atque festinate“ Usener; *atque accelerate* ego. — „mihi“ delevit R., nam parum veri similis est hoc saltem loco versus hypermeter. — 168. *sit* Brix. Ann. phil. CXV p. 329. R. „ibist“. — *praestinem* ed. pr., i. e. emam, v. ad Capt. 842. — 169. *I, puere, prae*, v.

ad Curc. 486. — *ne quisquam*, cf. 506. Bacch. 30 sq. Madv. Gr. Lat. 494 a, ann. Both. cett. transpos.: „cruminam ne quisquam pertundat“. — *cautio est*, cavendum est, cf. Bacch. 595. Poen. 443. Ter. Andr. 400. Ad. 421. Veretur, ne quis βαλαντιοτόμος vel sector zonarius (Trin. 862) cruminam pertundat, quam servus in collo portat ita ut post tergum pendeat, cf. Asin. 650 sqq. — 170. *oblitus fui* scripsi versus causa; R.: „fui paene oblitus dicere“. De indicativo cf. ad Amph. 167.

171. Mulieres alloquitur intus versantes. — 172. *munditiis*, cf. Men. 349. *aetatula* Most. 212. — 173. „Uiris quae summis inclutae amicae“ Br., Lor., sc. estis. „Uirisque“ Dziatzko. — „hodie experiar“ et hic et 175 Plautus vix scripsit; utro loco mutandum sit, incertum est. — 174. *capiti* edd. *quae suae* Both. Servum frugi semper decet libertatem spectare nec ut ventri satisfaciat operam dare, sed ut peculium sibi comparet, quo libertatem sibi emat liberumque caput fiat. — 175. Ante *hodie* hiatur; R. „ego“ addit. Eas, quæ dona sibi ab amatoribus suis afferant, servaturum se esse dicit, dum pretio redimantur, quæ hoc non faciant, brevi venditurum. — 176 a proceleusmatico incipit. R.: „Facite mi hodie ut“. — 177. Versum afferunt grammatici, Priscian. V p. 658: „nisi mihi annuus penus hic ab amatoribus congeratur“; VI p. 713: „n. m. a. p. ab amatoribus congeratur“; Serv. in Æn. I, 703: „n. m. a. p. datur“; unde priora, *nisi mihi annuus penus*, in quibus nihil variatur, adscivi, *hodie* ex Plauti codd., *datur* ex Servio. R. „Nam nisi mi annuos congeretur penus“. — 178. „mi esse hunc diem scitis“ R.; codicum ordinem tuetur Corssen Ausspr. d. Lat. II p. 459. — *oculi* cett., amatorum blanditiæ, cf. Poen. 362 sqq. al. — 179. „quibus“ tertio loco om. Fl. *sauia*, dactylicam vocem qui trochæi loco poni posse negant, *mamillae* prima correpta legunt, v. Lor. p. 256. Pluralem restituit Both. Cum hoc vulgo adiectivum „mellitae“ coniungunt; sed in A Loewius legit *mellil* . ., i. e. *mellillae*, cf. Casin. 135: „mea uita, mea mellilla, mea festiuitas“. Placenta, credo, fuit ex melle facta. — 180. *Manipulatim*, per manipulos, catervatim. In versu constituendo Ritschelium secutus sum; Spengelius, cui anapæstici videntur hi versus, propius a codd.: „Maniplatim

mihi munerigeruli facite ante aedis iam hic adsint". — 181 *usus* Pareus. — 182. *Mihi* vel *mi* in hunc versum transtuli; idem systema continuari apparet. „hodie" et „estis" cum Bothio sustuli; R. etiam „domi", ut sit: „Quid mihi nisi". — *uini* Lamb., quamvis etiam Nonius „uino" bis afferat, p. 500: „Ablativus pro genetivo cet." et 394 sq.: „uino modo cupidae estis; Eo uos uestrosque adeo panticis madefactatis, cum ego sim hic siccus". Usener delevit sic scribens: „Quid mihi domi nisi malum uostra operast hoce die, inprobae? Eo uos panticisque uostros madefactatis cet." *Eo* autem „ideo" enarrat, parum veri similiter. — 183. R. cum Nonio „uostrosque adeo pantices", inepte. Equidem „que adeo" delevi utpote errore scribentis pro *made* posita. Versus systema claudens pro ultima dipodia simplicem trochæum habet. Both. „hic" delevit. De coniunctivo *sim* vid. ad Mil. 1280. — 184. *factu est* Lamb., cf. Aul. 574. — „ut suo quemque appellem nomine" Fl. *quemque* de muliere, cf. Poen. Prol. 107. Similiter „quisquam", Most. 596 cum annot. — 185. Pro *quaepiam* Fleckeis. et Usener. „quisquam". Ne quis dubitet, quin illud post „ne" poni possit, v. 1096. Capt. 127. Most. 531. 948. Mil. 433. 598. 991. *uostrarum*, v. ad Amph. 4.

187. *'Hedylium*, i. e. Ἡδύλιον. Taubmannus. — 188. *quanti* Bugg. Philol. XXXI p. 252. — 190. *et familiae* Both. — *usque* Brix. Ann. phil. CXV p. 330. — *afluam* codd. et h. l. et interdum alibi, cui scripturæ patronus exstitit Dombart. Ann. phil. CXV p. 344. — 192. *Iasonem*, aurei velleris potitum, pro ditissimo homine Plautum nominasse cum Bergkio Philol. XVII p. 40 sq. et Lorenzio credo. R. ex Passeratii coni. „Iasionem". Cretensem, quem quum Ceres amasset. Plutum peperit, v. Hom. Od. V, 125. Hesiod. Theog. 970. Quod apud Græcum scriptorem sine dubitatione præferrem, Romanis Plauti æqualibus Cereris amasium parum notum fuisse arbitror. Accedit quod illud numeri commendant. — 193. *quae loquitur* iniuria in A omissa esse docet Löw. p. 164 sq. — *Satin*, v. ad Amph. 627. — 194—95 duo dimetri troch. catalectici, ut 202—3, 212—14, 217—18. Ut unum septenarium facerent, R. „tace nunc" ed., Müller. „Pol istic". — *hanc rem gere*, cf. ad Men. 812. — 197. *Laniis* etiam Capt. 812 sq. vehementer male dicitur. Lanienæ autem (Epid.

200) pro cauponis erant, v. Sall. Hist. I fr. 51: „lenones et vinarii laniique". Martial. II, 48. Plat. Euthyd. p. 301 C. Lenones *iurando*, i. e. periurio, rem quærere sæpe dicuntur, ut Curc. 458. 495. Laniis vulgari verborum lusu simile quid vitio datur. *ius malum*, quod pauperibus vendunt, cf. Cic. Verr. I, 46, 121: „ius Verrinum". Varr. R. R. III, 17, 4: „hos pisces nemo cocus in ius vocare audet". Plaut. Cist. 322: „Simile*st* ius iurandum am*antum*, qua*si ius* con*f*usicium". — *male* add. A. — 198. *carnaria*, v. ad Capt. 909. *tegoribus* ib. 910. — *onere uberi* Lamb. — 199. *quasi*, ut, v. ad Mil. 392. *Dircam*. Satis nota est fabula de Dirce Lyci uxore ab Amphione et Zetho, Iovis ex Antiopa filiis, ad taurum alligata. — 200. *ego te distringam* A; Usener „ego ted astringam" invenerat. — 202 sq. Calidoro continuavit Acidalius; sequuntur Herm. R. cett. post „pati" addentes „nos", et v. 209 sq. personas permutantes. — 203. *iuuentutem*, v. Proleg. p. 203. — 204. *amant*, ultima correpta, v. Proleg. p. 203. Spengel. Reformvorschläge p. 188. — *a lenone*, cf. Poen. 1090. Ter. Eun. 927. ad Curc. 408. — 206—8. Locus corruptus et sine dubio aut totus aut ex parte spurius. A ceteris codd. valde discrepat A, qui post 205 quinque habuit breviores versus, quorum ex duobus primis præter initia nihil apparet, et unum longiorem. Scripturas Ambrosiani, quas exhibui, testantur Loew. Anal. p. 165 sq. et Gepp. Stud. II p. 60. In orationis vitio cum ceteris conspirat; nam si *quibus* a *serviant* pendet, necesse est intelligantur lenones, ac, si concedamus fieri posse ut ab uno Ballione ad totum genus transeatur, saltem pro *illi* „illis" scribendum sit; sin autem, quod veri similius est, iungitur *illi . . . quibus*, proximum *cogit* non convenit; dicendum erat „imperat" aut „quos ei ut serviant suus amor cogit". Proxima inde a *simul* R. spuria habuit; mihi etiam parum placet repetitio: *Nimis sum stultus, nimis fui indoctus.* — 209. „uah" et „male morigerus" om. A. — *obsonas*, obloqueris, hoc uno loco. — 210. *te autumes* Bergk. Philol. XVII p. 40. — 211. *Xystilis* (Cam. Xystylis scripserat) tertiæ mulieris nomen est a xysto, ubi oleo ungebantur palæstritæ. — *fac ut*, v. ad Amph. 976. — *quoius* A. — *oliui*, i. e. olei, cf. 302. — 212. *Dynamin*, i. e. vim, hoc uno loco exstat. — 213. *huc culleis* A. — 214.

erit A. — 215. *pergula*, cf. 230, porticus est ante ædes adversus viam publicam, in qua prostituebantur meretrices sordidissimo cuique post inscripta lintea, cf. Iuven. 8, 168. — 218. *Quorsum* ed. pr.; R. „Quosum" scripsit, Fleckeis. „Quossum", ut Ter. Andr. 176 apud Diomed. p. 384. „Quose" eadem vi defendere conatur Kiessling. Mus. Rh. XXIII p. 414. — 219—25 cum Usenero pro explicatione spuria versuum 211 sqq. habeo; Lor. ex Ritschelii sententia post v. 212 posuit. — 219. *Ain* A; *excetra tu* legitur etiam Casin. 616; sed totum displicet. — 220. *quoipiam* et *tua* A. De ordine verborum v. ad Amph. 290. — 221 ut trochaicus septenarius fieret, R. „ego" post „ipse" addidit; possis etiam: „pulmento ipse". — *Nitidiusculum* A. — *magis* apud Plautum interdum comparativis additur, v. ad Amph. 297, sed augendi causa ut videtur, ut sane mirari liceat, quod h. l. deminutivo comparativi addatur. — 222. *scio*, v. ad Amph. 433. Poen. 225. 1207. — 223. *deungis* A, ἁπ. εἰρ. — *sine modo*, immodice; vulgo pro imperativo capiunt, v. ad Asin. 893. — 224 ex A editus, v. Gepp. Stud. II p. 63. Septenarius trochaicus videtur. *cuncta*, quæ dare solet, — vinum significat — se *reprehensurum* ait, i. e. non amplius daturum quæ promisisset; Acidal. „rependam" coniecit, vix melius; totus versus ineptus est. — *haec omnia* et mox *effecta quæ loquor* ex A R. — 226. Phoenicium alloquitur, Calidori amicam, quæ eius promissis confisa identidem dicebat se primo quoque tempore pretium suum soluturam. *semper* R. ex A, ubi PER. legit. — 227. *Quae* R.; Both. „Et". — 228. *tibi loquor*, ut „tibi dico" 244. — *summatum*, cf. Cist. 26. Stich. 492. — 229. Charisius p. 57: „Plautus in Pseudolo eodem fere loco et masculino genere dicit hic penus (v. 177) et neutro hoc penus". — 230. *Phoenicium poeniceo* A, v. Gepp. p. 60, i. e. puniceo, rubro, cf. Rud. 1000: „fiet tibi poeniceum corium, postea atrum denuo". Hic quoque de verberibus intelligendum est.

231 sqq. Hæc sine ullo intervallo antecedentibus continuat A. Ritschelio anapæsticorum septenariorum constitutio minus mutationum requirere videbatur quam trochæorum continuatio; mihi 231—39 continui trochæi videntur, et octonarii quidem,

240—43 septenarii. Spengelius etiam anapæstos constituit, Reformvorschl. p. 399.

232. *mihi es auctor*, cf. 1169. — 233. *Nihil* A. — *liquido*, cf. Most. 736. — 234. *ea* pro „et" scripsi. — 235. *natali die* versus causa transposui. — *maturam*, nam eam antiqua inimicitia ad maturitatem produxit. — 236. Calidorus, qui muneribus lenonem placandum esse censuerat v. 232, veretur ne ulciscendi cupido servum in avia abducat. Non *opus*, i. e. parum utile sibi videri ait, si malum lenoni paret. Male Acidal., R. cett. „Quid opist?" i. e. quid auxilii est? — *Potin ut*, cf. ad Mil. 923. *aliam rem cures*, cf. ad Mil. 926. — *Bat*, v. ad Epid. 99. — *dura* transitive dicitur, v. ad Asin. 898. — 238. *quam* omnes edd., sed quod *in* præpositionem, quæ et in B et in C exstat, omiserunt, male fecerunt; Acidalius aut „rei" scribendum esse aut „re" pro dativo capiendum censuit. Pseudolus in rebus adversis ait non animo obsequendum esse, sed ante omnia id faciendum quod in rem sit. *praeuortaris*, cf. Hor. Ep. II, 2, 126: „praetulerim . . . quam". Livius sæpius „præoptare quam". Post *aduorsa* hiatur ante alterum a, v. Proleg. p. 220. — 239. Post *nisi* hiatur. *iucundumst*, cui? Spectatoribus? sed hoc clarius dicendum erat. An amatori? ut ipsam stultitiam sibi placere dicat. Sane aptius diceretur, fieri non posse quin amator stulte ageret. Lor. versum seclusit. — 240. *Mitte me sis*, hinc, non a „sine" Pseudoli verba incipienda sunt. R. licenter: „sine sim nihili. sine sis. PS. Sino: sine modo abeam." — 241. *Ego* ex antecedenti versu huc transtuli. Tum alterum *mane* delevi. Post *me* hiatur in diæresi. — De *ut* et *ita* v. ad 802. — 242. *mihi cesso*, cf. Epid. 344. — 243. *Placide*, cf. 927. Mil. 222. — *Quid. malum* R. *placide is* Cam.

244. Octonarius trochaicus, quem sequuntur quinque tetrametri bacchiaci. 250—55 idem schema præbent. 256 dimeter trochaicus, quem sequuntur tres tetrametri bacchiaci. 260 ex tripodia trochaica catalectica repetita constat. 261—62 tetrametri cretici, quos sequitur dimeter creticus. 264 compositus ex quattuor trochæis, duobus creticis, duobus trochæis. 265 iamb. septenarius cum hiatu in diæresi.

244. *Hodie nate*, i. e. tu, cuius hic dies natalis est, ridicule. — 245. R. „occupatu's" scripsit, Fl. „etsi's occupatus"; sed obiectum desideratur; Lor.: „te, tametsi occupatu's"; ego *occupatum* cum Lambino. — 246. *em* Seyff., Lor. — *conloqui te*, v. 253 et ad Amph. 335. — 248. *Qui* — *sospitalis* ed. pr. — 249. *Mortuus est qui fuit*; hæc per se dici possunt, iisque opposuit ed. pr. „qui est, uiuus est" (Herm. „qui est, is uiuust"); sed h. l. *fuit* verbum substantivum est, ad quod auditur „sospitalis". Leno dicit, sibi eo opus esse, qui etiam nunc salutaris sibi sit, non eo, qui antea fuerit; hunc sibi pro mortuo esse, cf. 311 sq. Trucul. 166: „Dum uiuit, hominem noueris, ubi mortuust, quiescas". Itaque Bergk. et Lor.: „qui sit, usust", omisso „eo" demonstrativo, v. ad Amph. 38. — 250. *Reprehende*, cf. Mil. 60. — 251. *Occedamus* Passeratius, v. Asin. 401. 409. Stich. 669. — 252. *Te uolo* sc. convenire. Interpretes censent simul aliud significari, te Iovem perdere volo, ideoque lenonem respondere: „at uos ego ambos", sc. eum perdere volo; verum hoc et per se longius petitum esset nec, ut in Pseudoli verbis duplex sententia inesse potuit, ita etiam in Ballionis. Quare hunc diserte dixisse arbitror: *At nolo ego ambos*, ut Curc. 683. — 253. „puer" Herm., R., cett.; Müller. „puere, te". — 254. *Sin*, i. e. quid autem si, omissa apodosi, cf. Pers. 228. — *quippiam* codd.; Fleckeis. „quipiam". — 255. *bitere*, i. e. ire, Lipsius, v. ad Curc. 141. — Ante *Uah* Pylades cett. Pseudoli notam posuerunt, ego Calidori. — 256. *Manta*, v. ad Most. 113. — Post *profecto* hiatur in diæresi. *inani*, i. e. ei, qui nihil affert, cf. 309. 372. *Logi istaec*, sc. sunt, Bursianus. Ed. pr. „inanilogus es" scripserat; R. „CA. Profecto [saeuo's]. BA. Inaniloquos es tu". Lor. „inani logistae" defendit: „dem Nichts bringenden Worthelden"; censor quidam eius (W. W.) „numeratori" enarrat, ut sit „qui nihil numerat". — 259. *Ducito* C et Fest. p. 258, sc. scortum. „Dicito" ex B man. pr. Bugg. Philol. XXXI p. 252 sq., Lor. — *quando habebis*, tum enim non surdus sum. — 260. *Eheu* Both.; ed. pr. „Heu heu". — *Mortua re*, i. e. post quam periit res tua familiaris, cf. Trin. 1092: „res quom animam agebat". Trucul. 215: „neniam dixit de bonis". — 262. *rem actam*

agis ed. pr., cf. Cist. 531. Ter. Phorm. 419. Cic. Læl. 32, 85. — 264. *qui sit* in A sibi legere videbatur Studem. Stud. I p. 253; ibidem etiam „ipse". — *Ambula tu*, puerum alloquitur.

266 sqq. trochaici septenarii. — 267. *porriciam*, verbum in sacra re usurpatum, cf. Poen. 455. Locum attulit Festus p. 218, sed pleraque lacuna hausit. — 268. *Si*, cf. Merc. 796 sq. — *deseram* ed. pr. — 269. *potest* A et Serv. ad Æn. I, 378: „Plautus in Pseudolo: Non potest pietate obsisti sive ut res sunt ceteræ; Deos quidem quos maxime est æquum metuere, eos minimi facit". Ex quo auctore Kiessling. Mus. Rhen. XXIII p. 414 „sicut" scripsit, aptius quam quod vulgo post Pyladem editur „ut ut"; sed retineri potest simplex *ut* cum hiatu in diæresi versus. *Lucrum* Ballioni summus omnium deus est, lucroque servire summa pietas. *Huic* ait *pietati obsisti non posse*, præsertim in tam miseris rebus, *ut res sunt ceteræ*. Hunc versum quum non intellexissent, Ladewig. et Lorenz. post v. 292 ponendum censuerunt, proximum autem Lor. omnino eiecit. — 270 Pseudoli nota in B errore superiori versui anteponitur. — 272. *uel huius arbitratu uel meo*, i. e. vel ut herus fieri debere censet vel ut ego. — 273. *si dignus alio pacto*, sc. ut ameris. — 274. *Amatur* cett. cod. B Pseudolo dat; C personæ notam om.; Calidori verba esse vidit Acidalius. Ad phrasin cf. infra 457. Ter. Eun. 271: „Statur". Pers. 17. — 277. *propemodum* A, v. Löwe Anal. p. 167. — 278. *quod*, v. ad Curc. 327. Post *revocamus* plenius interpungendum esse vidit Bugg. Philol. XXXI p. 254. — 279. *Atque*, v. ad Asin. 697. — *ut*, ὡς, quoniam, nam, cf. Ter. Andr. 738: „ut tu plus uides". Hor. Sat. I, 9, 42: „ego, ut contendere durum est cum victore, sequor". Similiter „sicut" infra 375, cf. ad Mil. 520, „ita ut" Ter. Andr. 77 sq. — 280 sq. Pseudolo dedit ed. pr. — *pudet . . . quia* iungenda sunt ut 283, v. ad Asin. 55. — *quod tibi promisit, quamquam id*, cf. 109. — *diu* Kiessling. Mus. Rhen. XXIII p. 415; edebatur parum feliciter „quaque . . . die". — *non etiam*, nondum, cf. ad Most. 369. — 282 sq. affert Nonius p. 423. — *fertur*, toleratur. — 283. *dedisse istunc* A et Nonius. — 284. *aliquos* et ego olim et Müll. Nachtr. p. 33, cf. 322 et annot. ad Men. 931. — 285. *Nam*

ad „parabit“ refertur. *id hic* A. — Lor. versum iniuria in suspicionem vocavit. — 287. *si amabas* A, v. ad Men. 193; add. infra 804. Poen. 524. Rud. 379. Bacch. 421. cf. Wesenberg. Tidskr. f. Philologi X, 230. — *mutuum* A, v. Studem. Stud. I p. 28. — 289. *Surruperes* A. — 290. *periclumst* A. Plat. Apol. p. 28 B: οὐδὲν δεινόν. — *lenonium* Scutarius. Non lenonis esse dicit, ut adulescentibus bene monstret, cf. Bacch. 38: „Pol haud meretriciumst“. — 292. *si facere possem*, inquit, quod non ita est, non facerem; nam *pietas prohibet*. — *Audio*, v. ad Capt. 239. — 293—96 librarius codicis A incuria omisit; partem erroris correxit quod post 297 versum 293 scripsit, sed tres, qui sequi debebant, non addidit. 293 affert Diomed. p. 330 omisso voc. „istam“. — 294. *quom pietatem te* et ego olim et Müller. Nachtr. p. 140. Cam. „quoniam pietatem“ scripserat; sed *te* ægre desideratur. *praeuortere*, v. ad Amph. 524. Cist. 615: „Praeuorti hoc certum est rebus aliis omnibus“. De indicativo post *quom* v. ad Amph. 746; de brevitate in addenda apodosi Madv. Gr. Lat. 440 annot. 6. Cic. Nat. Deor. III, 21, 54: „Quum tu Solem quia solus esset appellatum esse dicas, Soles ipsi quam multi a theologis proferuntur!“ — 295. *homines* add. Both. — 296. *Mutuum* ed. pr. *Quin* Beroald. — 297—99 Ballioni parum convenire apparet; Bothius Pseudolo dedit. Eum ita sequuntur Kiessling. Mus. Rhen. XXIII p. 415 sq. et Lor., ut ante hæc versum excidisse censeant, quo Ballio Calidorum hortaretur, ut faenore argentum sumeret, cf. v. 288. Iure credo, talemque mihi ipse informavi: „BA. At si faenus nominasses, argentum fieret tuum“. Ad hæc Pseudolus respondisse videtur, iam non ita esse, postquam certi quidam homines argentum faenore dare desierint, vel a mensa surrexerint. Sed quo modo „satis poti“ (sic enim A teste Studem.) dicuntur faeneratores, qui argenti quam vini cupidiores sunt? Aiunt eos creditorum sanguinem hirudinum more exsugere. Sed hoc ut intelligeretur, clarius dicendum erat. Quod si quis dicat lusum hic esse verborum, ut mensa dupliciter intelligatur et de argentariorum mensa et de convivarum, quod autem in convivas conveniret, ut poti surgerent, alio sensu ad faeneratores transferri, apud antiquos quidem convivæ non a mensa sed e

lectis surgere dicebantur; mensæ potius auferebantur. Itaque voc. „poti“ corruptum esse credo; *noti* scripserim. Plautus certos quosdam homines significavit, nominatim appellare non ausus est. — 298. *nato nemini*, v. ad Most. 394. — 299. *Postilla omnes* et *ne credant* A. — 301. *argentaria*, cf. 106. — 302. Locum attulit Festus p. 178, sed pleraque lacuna hausit; restant: „. . . to caeca die hercule“, unde Müllerus intellexit *Emito* scribendum esse. Leno mercatura nummos parari posse docet, si quid *caeca die* ematur, *oculata* veneat. Hoc Festus pro „praesenti“ positum dicit, quod si verum est, cæcum necesse est longinquum significet, sed tum dicendum erat „in caecam diem“, non „caeca die“. Mihi *caeca dies* videtur esse tempus, quo nihil certi perspiciatur, vel quo mercis pretium quale futurum sit, pro certo dici nequeat. Ita viliore pretio venire potest quam *oculata*, i. e. ubi nihil dubitatur. Tale quid fit in frumento aliisque ruris fructibus, quos si quis ante messem factam emit, minoris emit, postea perceptos pluris, ut veri simile est, vendere potest. Sed hoc non in oleo (*oliuo*, ut v. 211) magis fit quam in aliis, maxime in frumento. Accedit quod *hercle* non nihil offendit; non tam quia cum imperativo iungitur, ut Capt. 890 et Ter. Ad. 483, quam propter locum ubi ponitur et propter repetitionem proximi versus. Mihi Plautus aliud scripsisse videtur: *Emito die caeca hornotinum*, sc. frumentum, i. e. huius anni messem. — 304. *annorum* A, i. e. lex annorum numerum definiens, quæ eadem dicitur *quinauicenaria*, i. e. de XXV annis. Significatur lex Plætoria de circumscriptione adulescentium, quæ minores XXV annis stipulari vetabat nec quæ eius ætatis adulescens egisset aut promisisset rata esse sinebat, cf. Rud. 1382. Digest. IV, 4. Calidoro igitur, qui nondum XXV annos natus est, nemo quidquam credere audet. — 306. *autem*, v. ad Amph. 894. Bugg. Philol. XXXI p. 254 „Credere aude“ coni.; sed tum simplex „an“ sequeretur, non *eho an*. — *paenitet*, v. ad Bacch. 1182. Poen. 286. — 307. *usui* olim emendatum; sed duabus syllabis *usu* scripsi cum Seyffertio. — 308. *Det*, *det usque* A, v. Gepp. Stud. II p. 61. — *sit* pro „erit“ propter coniunctivum primariæ sententiæ, v. ad Mil. 302. — 309. *te* A. — *cedis* Sarac., i. e. incedis, v. ad Aul. 509. — *dicta non sonant*

ut nummi in crumena concussi; cf. Cic. ad Att. XIV, 21, 4: „exspecto . . . ecquid Dolabella tinniat“ (i. e. ecquid nummorum afferat) „an in meo nomine tabulas novas fecerit“. — 310. *Atque ego*, cf. „Atque edepol“ infra 788. 1026. — 312. *supplicat* A. — 313. *argentata*, ut argentea 46, al. — 314. *lamentare* Lamb. — 315. *Apud nouercam*, i. e. apud eum, quem non magis tui miseret quam novercam privigni. — *Eho* cum proxima vocali coalescit; hiatur in diæresi. R. „Eho“ delebat; Fl. „Eho an tu“ ed. An tu, respondet Pseudolus, eius noverca es aut cum patre eius impudice consuevisti? cf. Cist. 44. — 316. *Di meliora faxint* et *Face quod* A. — 317. *Mea fide*, mihi confisus. — *in hoc triduo*, cf. v. 9. — 318. *aut alicunde* Bergkius; R. „alicunde aliqua“. — *euoluam*, expediam, cf. fragm. tr. Rhet. ad Herenn. II, 26, 42: „nequeo, Qua causa accusam hunc, exputando euoluere“. — 319. *qua opera . . . una opera*, v. ad Asin. 98. — 320 affert Nonius p. 331: „Lactes dicuntur intestina“, tum: „allicem fugitiuum canem“. Qui quoniam in verborum ordine cum A ceterisque conspirat, hiatum post *canem* reliqui, v. Proleg. p. 224. Proverbium ex Græco ductum: κύων παρ̕ ἐντέροις, v. Paroem. Græc. I p. 164. Perdit operam qui canem quasi custodem apud lactes vincire conatur, nam eas brevi comedet. — 322. *aliquos* A, v. ad 284. — 325. *faciam laetantem*, cf. 1042. Poen. 374. Amph. 1023. Asin. 47. Men. 364. Stich. 408. etiam Curc. 87: „fi mihi obsequens“. — 326. *iam* ex vestigiis B R. — 327. *arcesse* Beroaldus. — 328. „Victima maior est, hostia minor“ ait Fronto de differentiis voc. extr., cf. Fest. Ep. 126: „Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant“. — Deest syllaba quarto pedi; R. „huice“ ed., Fleckeis. „huic ut ego“, Müller. „hodie huic“, Br. „huic hic“. — *summo Iovi*, cf. Capt. 857: „ego nunc tibi sum summus Iuppiter“. — 329. *quam* A. — 330. *agninis* A, et sic scriptum fuisse proximus versus aperte ostendit. Agnina exta, utpote ex minoribus hostiis, et victimas inter se opponi posse apparet ex v. 327 sq., sed non minus apparet h. l. non epulas sed pecuniam significari. Hoc ut efficerent, viri docti varia tentarunt, Scaliger „minimis“. quo simul ad minas argenti respici putabat, Lipsius, quem R. sequitur, „mininis“, minas

autem duas res significare, et argenti minas et oves; Varronem enim R. R. II, 2, 6 minas oves commemorare. An quod vitii aliquod genus in ovibus significat, ipsum ovium genus significare potest? Immo scriptura prorsus certa est, nec emendatione sed enarratione opus est. Suspicor igitur, quamvis diserta desint testimonia, zonas, quibus nummos inclusos antiqui gestabant, v. ad Merc. 913, ex agninis intestinis confici solitas esse. — 331. „i accerse" Lor. cum Studem. Stud. I p. 271. — 332. *mi etiam* ex codd. R., postquam Ind. sch Bonn. 1832 pravam Saraceni coniecturam „Metiam" refutaverat. — 333. *Quid eo?* cf. Poen. 330. Pers. 236. — *Lanii* non omnes, credo, extra portam habitabant; sed Pseudolus carnifices significat, quorum hic locus erat, v. Polluc. IX, 10: *ὁ δήμιος . . . ἔξω πόλεως κατοικῶν*, cf. ad Mil. 361. Hos *lanios cum tintinnabulis* dicit, ut Trucul. 769: „Nisi si ad tintinnaculos uoltis uos educi uiros". Tintinnabula autem portasse videntur, ne quis cum foedo hominum genere inscius commercium haberet. — *duo* scribitur propter proximum versum. Duos autem carnifices vult alternis plagis hominem verberare; nam verberabant carnifices homines sæpe usque ad mortem, v. Plat. Leg. IX p. 872 B: *ἐὰν δοῦλος ἐλεύθερον ἑκὼν ἀποκτείνῃ, ὁ τῆς πόλεως κοινὸς δήμιος μαστιγώσας, ὁπόσας ἂν ὁ ἑλὼν προστάττῃ, ἐάνπερ βιῷ παιόμενος ὁ φονεύς, θανατωσάτω.* Itaque duobus *gregibus*, i. e. fascibus, virgarum opus est. — 335. *Ut satias* lenoni *suppetat*, cf. Trin. 57: „deosque oro, ut uitae tuae superstes suppetat". Pers. 332. Sed ne a sacrorum similitudine recedat, *ad litationem* addit; tam diu enim sacrificantes hostias cædere pergunt, dum litaverunt. — 336. *I* Gruter. add.; spatium eius in A vidit R. cf. 843. 850. 1185. 1297. Poen. 269. 1307. Cas. 613. 898. — *Istuc* R. *Iuppiter lenonius*, leno, qui Juppiter nobis videtur. — 337 sqq. Duo versuum paria in codd. (etiam in A) permutata esse vidit R. Ex communi principio error repetendus est. — *mortuus* A, v. Gepp. Stud. II p. 60. — 339. *tua*, Calidorum alloquitur, v. ad Capt. 446. — „non" om. R. suadente spatio in A. — 341. *uerum serio*, cf. Amph. 848. Lorenz. et Langen. Beitr. p. 117 „uerum" pro coniunctione adversativa capiunt, qua nihil inutilius esset. — „est" abest ab A. — 343. *edepol profecto*, cf. Most. 803. Amph.

367. — 344. *Quo modo?* Cum indignatione interrogat quasi auribus suis parum credens, v. ad Amph. 552; sed Ballio irridens, quasi de condicione venditionis rogatum esset, respondet, se ornamenta mulieris aurea excepisse, id quod non semper fiebat, v. Curcul. 348; ridicule addit se intestina non excepisse. — 345. „Valde" pro simplici affirmatione poni non potest, nam v. 365 alia res est. Corruptum videtur ex *quanti*, quum prima littera pro nota Ballionis accepta esset. — *Uiginti minis*; vile pretium amator miratur, cf. ad Most. 955. — 346. *Utrum uis*, vel viginti vel quater quinis. — 347. Post *quindecim* hiatus, quem etiam Luchs. Studem. Stud. I p. 22 defendit. Brix. Ann. phil. CI p. 774: „habeo ab eo". — 348. *Hoc* add. Müller., v. Nachtr. p. 99 sqq. — „*argenteam*, cum argento commutatam", Lamb. — 349. *Cur id ausu's?* cf. ad Mil. 1394. — 350. „atque me" Plautum non scripsisse, proxima ostendunt, quamquam superiores in hiatu tantum removendo laborarunt. *atque enicem* scripsi ut Bacch. 862: „Dum ne manifesto hominem opprimat neue enicet". — 351. Hiatur in diæresi; Both. „ted". — 352. *Quid ais?* v. ad Amph. 414. — *terram tetigit* Gepp. Stud. II p. 56 ex A, ubi „terra tetigit" legit, superiores cum Lipsio: „in terra degit". Terram tangere est nasci. — 354. *Nempe* pro pyrrhichio est, v. Proleg. p. 200. *conceptis*, sollemni formula accurate comprehensis, cf. 1056. — *consultis* Pius, cf. Mil. 602. Gell. VII, 17, 3: „non sponte neque opera consulta, sed a militibus forte auxiliariis incensa sunt". — 356. Versus claudicat, nam ut *promere* ultimam producat, fieri vix potest. Both. „potis sum", quod reciperem, nisi in A „possum" exstare diceretur; Sauppe aliique: „promere hinc possum domo". — 357. *pius es* A.

358. *altrinsecus* ed. pr.; cf. 866. Merc. 965. Rud. 1158. al. R. „altrim secus" quum in A. „. . rim" legisset; fuit quum suspicaretur fuisse „alterim" sine „secus", v. Opusc. II p. 457. — *Licet*, v. ad Amph. 540. — 359. *aeque* Pylades em., *ut emittar manu* Cam. Servus libentissime se facturum ait, ut lenoni male dicat, nec citatiore cursu, si manu mittendus esset, ad prætorem cursurum, quam nunc ad alterum lenonis latus, ut in eum invehatur. Sequitur scena Mercatoris illi, quam cita-

vimus, similis, sed hic per longius spatium et vehementius continuata. Alternis vicibus herus et servus convicia fundunt; ad eam igitur legem personarum notæ, in codd. interdum confusæ, ponendæ sunt. — 360. *Ingere* cet., cf. ad Bacch. 870. Men. 704. — *differam*, cf. Ter. Andr. 408. — 361. *Dicis* A. — 362. *Bustirape*, qui vel ex busto ardentique rogo ea, quæ mortuis adolenda sunt, rapere audeas. Pauperrimos homines etiam cibaria e rogo rapere conatos esse ostendit Catul. 59: „Uxor Meneni, saepe quam in sepulcretis Vidistis ipso rapere de rogo cenam, Quum devolutum ex igne prosequens panem Ab semiraso tunderetur ustore". Ter. Eun. 491: „Qui huic animum adsentari induxeris, E flamma petere te cibum posse arbitror". — *Certo* et *Factum* A. — 363. *Sociufraude* A teste Löwio. Ad rem cf. Cic. Rosc. Am. 40, 116: „Recte maiores eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero putarunt non haberi oportere". Off. III, 17, 70. Tab. Heracl. v. 111: „qui iudicio fiduciæ, pro socio, tutelae, mandati, iniuriarum deue dolo malo condemnatus est". — *mea istaec* A. — *Perge tu* alteri dicuntur; itaque proxima Calidoro danda. — 364. *Uetera*, ne ignota putetis quæ vera profertis. — 365. *Ualide* non simpliciter affirmat, sed auget etiam; maximum se ait esse legum ruptorem. — De forma „permities" v. ad Asin. 132. Nova ratione eam defendere et explicare conatur Usener. Ann. phil. CVII p. 75. — 366. *Babae* et *bombax*, interiectiones Græcæ ironice admirationem significantes. — *popli* Both. — *Planissume*, cf. 1172. Capt. 74. Ter. Phorm. 771. — 367. Inter *Inpure* et *leno* A personæ spatium habet, male. — *Caenum* A. — 368. *Πατϱαλοίαν* et *μητϱαλοίαν* eum appellat. Maxima infamia Solonis legibus onerabatur *ὁ τὸν πατέϱα τύπτων ἢ τὴν μητέϱα ἢ μὴ τϱέφων ἢ μὴ παϱέχων οἴκησιν*. — 369. *Potius quam praeberem*, i. e. ne præberem; nam illud malui quam ut cet. — 370. *In pertusum dolium*, cf. Lucr. III, 1006: „Hoc, ut opinor, id est, aevo florente puellas (Danaides) Quod memorant laticem pertusum congerere in vas". Liv. XXXVIII, 7, 11: „dolium a fundo pertusum". — 371. *Num quid aliud* A, v. Gepp. Stud. II p. 57. — 372. *Tene* Fl. ex A, Brix. Ann. phil. CXV p. 331. Num hoc, inquit, pudendum dicis, quod tu amator inanis es?

Affirmativam vim particulæ vindicare frustra conatur Minton Warren, On the enclitic Ne in early Latin p. 6. — 373. *Uerum* A. — *impia* excepta ultima littera in A legit Geppert. Stud. I p. 94, non „mihi“; itaque „dicta“ delevit. R. retento „mihi“ del. „in me“. — 374. *huc* A, v. Gepp. II p. 57. — 375. *sicut*, quoniam, v. ad 279. — *summa ei* Gruterus; *summa dies*, extrema, v. ad Asin. 530. — 376 ex A emendatus. *Si non* post parenthesin repetit, quod ante positum erat, „Nisi adtulerit“, nec tempus mutatum offendere debet, cf. v. 142 sq. — *id*, v. ad Bacch. 1026. add. Aul. 109. Most. 618. Pseud. 1153. — *officium*, quod lenonis est, cf. ad Asin. 172. — 377. *perdidero* A. *fidem cum illo*, cf. Ter. Phorm. 512: „cum illo ut mutet fidem“; sæpius „servare fidem cum“, v. ad Merc. 522. — 378. Pro „ego“ ex A *mihi* Studem. ap. Müller. Nachtr. p. 61; R. „magis“. — *operae*, v. ad Mil. 254. — 379. *frustra es qui* A, cf. ad Amph. 967. — *misereri*, v. ad Capt. 759. — 381. *Paulo post magis*, sc. negotii plenus eris; ego plus tibi facessam negotii. Hæc secum loquitur, dum leno abit; deinde uberius, quanta spe refertus sit, exponit. — 382. *meus est*, cf. Mil. 336. infra 604. — 383. „*Simulter*“ ait Non. p. 170 „pro similiter. Plautus Pseudolo: exossabo ego illum simulter itidem ut murenam cocus“. A eodem ordine, sed „similiter“. — *exossabo*, v. ad Amph. 314. De forma „quoquos“ v. ad Aul. 338.

384 ex A restitutus. — 385. *admoenire*, munimentis aggredi, vallo et fossa cingere, cf. Cist. 370. — 386. *cauto et callido* A teste Studem., cf. Gepp. Stud. II p. 61, unde antecedentia corrigenda. — 388. *es* A. *temperi* id., ut videtur, cf. ad Aul. 446. — 389. *bis iterari*, i e. bis dicendo iterari. — *sic*, vel si nihil iteratur. cf. Bacch. 1002. Ad rem cf. Merc. 996. Poen. 919 sq. „huc si ante aedes euocem Eroque, quæ audiuistis modo, nunc si eadem hic iterem, inscitia est“. — 390. *oras*, loqueris, v. ad Capt. 332. — 391—93 ita divellunt ea, quæ necessario coniungi debent, ut eos non iniuria Lor. pro spuriis habuerit. Niemeyer de Plauti fabularum recensione duplici p. 14 sq. post v. 386 ponendos censuit, sed ita ut ante eos talem versum excidisse putaret: „Cedo mihi tibi beneuolen-

tem, amicum certum, si quem habes". — 392. *utrumque* A, i. e. utrorumque; certos ab incertis separari vult. — 393. R. „Atque exquaere ex illis multis". Gepp. Stud. II p. 59: „Atque exquire ex illis unum amicis qui certus siet".

Titulus novæ scenæ, quæ diverbii nota significatur, in B exstat, in A et C spatia apparent. — 395. *illic hinc*, cf. ad Mil. 587. — 397. *dapsilis*, largas, cf. 1266. Aul. 160. — *lubentias* optime em. R. — 398. *parata* codd.; „paratast" R. Scripturam A etiam Löw. Anal. p. 167 ceterorum codicum scripturæ cedere debere censet; qui autem in eodem sequitur versus, ubi prima verbi persona nec cum antecedentibus nec cum sequentibus congruens interponitur, manifesto spurius est. — 399 sq. cf. Bacch. 347: „Exorsa haec tela non male omnino mihist". *detexundam*, v. ad Amph. 290. — 401. *quasi*, v. 199. — „*tabulas*, ceratas, ad scribendum" Lamb. — 402. *reperit* A. — 403. Hunc versum Kiessling. Mus. Rh. XXIII p. 419 et Lor. damnarunt, nec ego non libenter eo carerem. — 404. *minas* A. — 406. R. quum EGOM in A legisset, mutato ordine ed. „ego me iam pridem huic". Ego tres versus 406—8 et h. l. parum aptos nec cum cetera fabula convenientes (cf. 426) cum Ladewigio, Geppertio, Lorenzio pro spuriis habeo. — 407. *Ac* R. — *inicere* A. *tragulam*, rete piscatorium, v. ad Epid. 688. — 409 redit infra 792, neutro tamen loco spurius, v. ad Asin. 185. — 410. Hiatus in cæsura. — 411. *Calliphone*, non „Calliphonte" dicebant antiquiores, v. Neue Formenl. I p. 149 sq. — 412. Senem divitem, quasi iam mortuum, cum sepulcro comparat; in sepulcris autem antiqui non raro pretiosissimas res condebant. — 414. *legam*, cf. Mil. 1084.

415. Simo senex præter ceteros omnes filium suum prodigum et amori deditum esse queritur. — *damnosis*, v. ad Curc. 471. Alterum *si* ex A accessit. — 416. *dictator*, cf. Trin. 695. Dictatorem Athenis fieri, Romanos Plauti æquales, qui vix aliam quam suam rempublicam satis noverant, non offendebat. — *Athenis Atticis*, cf. Mil. 100. — 417. *antecedat*. R., quum in A maius litterarum spatium visum esset: „anteueniat". — 418. *solus sermoni omnibus est* A, i. e. in omnium ore est; cf. Cic. Verr. II, 14, 35: „erat in sermone res". Ed. pr.: „solus

sermo est“, R. „solum sermoni est“, id quod „unum“ esse debuit. — 421. *subolebat* A. — 422 accessit ex A. — 423. *Occisa est haec res*, v. ad Capt. 534. — *haeret*, v. ad Amph. 807. — 424. *Quo in* A, v. Löw. Anal. p. 167. — *uolui.* Hiatus causa „uolueram“ R. — 425. *oppido*, prorsus, v. ad Amph. 295. — 427. Vicinus adulescentis patrocinio suscepto iis maledicit, qui talia crimina libenter audiunt et circumferunt, i. e. *gestant*, v. Senec. Ep. 123, 8: „Pessimum genus hominum videbatur, qui verba gestarent cet.“, cf. v. 429. — 428. *si liceat*, sc. res ordinare, cf. ad Mil. 222. — *pendeant*, verberandi causa, v. ad Asin. 299. — 430—32. *istaec* ... *istaec* dicta, cf. ad Mil. 624. — *Fors fuat an istaec* A. — 433. *si sint ea uera* A. — *ut nunc mos est maxume*, i. e. præsertim iis moribus, qui nunc sunt. Quod in A additur, ex v. 451 irrepsit. — 436. *Uetus*, cf. 364. Asin. 202. — 437. *Uel*, i. e. aut, cf. Poen. 22. 24. Langen. Beitr. p. 74 sq. male „exempli gratia“ enarrat. — *faceres*, v. ad Capt. 532. — 440 sq. „Tam magna (potius: multa) sunt flagitia tua, ut cuilibet e populo tamquam in publica visceratione pars aliqua inde dari possit“ Pistoris. Divisio argenti viritim commemoratur Aul. 108. — 442. *nunc mirare* R. — *patrissat*, cf. Most. 626. — 443. *Ὦ Ζεῦ*, cf. ad Bacch. 1161. Hiatus in cæsura. — 444. *pater* in A legit Studem. Ann. phil. XCIII p. 63. — 445. *Quis* A. — *est hic* Fl. — 446. *scelerum*, cf. Mil. 496. — 447. *illi* Gulielmus. — 448. *insipientiast* A. — 449. *Iras* Bugg. Philol. XXXI p. 256. Cam. „Sic iram“ scripserat. — 451. *Sintne* A. — 452. cf. Capt. 202: „In re mala animo si bono utare, adiuuat“. *Bonus* animus æquus est, placidus. R. hunc versum post 454 posuit. — 453. *ad te* ed. pr.; „ad me“ Donatus in Andr. I, 5, 16.

455 sq., cf. Poen. 327 sq. — *uicinos inpertio*, cf. Epid. 129. De plurali numero cf. ad Amph. 349. — 458. *quam basilicum* Ritterhus., cf. ad Capt. 805. Pers. 32. — 459. *adstitisse*, adstare, v. ad Men. 851. — 460 sq., cf. Capt. 659 sq. *innoxium* Both. — 462. *Sunt quae uolumus*, cf. 170. — 463. *per nebulam*, cf. Capt. 1019. — 465. *Socratem*, qui iis, quibuscum loquebatur, nihil non persuadebat vel

saltem confiteri cogebat. — 466 Pseudolo hæc dedit ed. pr. Ironice assentitur. Seyffert. Philol. XXVII p. 457: „CA. Itane est? PS. Iam cet.“ — *sentio*, cf. Ter. Andr. 436. supra 222. Mil. 581. — 467 spurium esse Ribbeckius vidit, cf. 477. — 469. *uaciuas*, v. ad. Bacch. 152. In A „uociuas“ scriptum est, sed „a“ supra scriptum, v. Löw. Anal. p. 167. — 472. *Tam* A. — 473. *Hercle qui*, v. ad Amph. 769. — 474. *alio modo*, inquit, ego te *verberare* soleo, sc. flagris, alio tu me studes; cf. Ter. Phorm. 327: „Quot me censes homines iam deuerberasse usque ad necem?“ — 475. *cogitas*, cf. Ter. Heaut. 607: „Quid nunc facere cogitas?“ Cicero sæpius. — 477. *Quom*, v. ad Amph. 636. — *ei*, bissyllabum, Fleckeis. Ann. phil. XCI p. 253, qui „fides“ retinet quasi genetivo casu; sed hæc forma nimis incerta est; aut *fidei* scribendum est aut *fide*, v. Neue Formenl. I p. 377 sq. — *sine* Brix. Ann. phil. CI p. 774, cf. 1304. Men. 346. Cas. 414. — 479. *quid ais? quid hoc quod te rogo?* Utrumque coniungitur etiam Trin. 930. — Pro *si quid uis* Fl. et Müll. „quiduis“. — 480. Tanta fide et veritate se responsurum dicit, quam si Apollo Delphicus esset; cf. Ter. Andr. 698: „Non Apollinis magis uerum atque hoc responsumst“. al. — *dicito*. R. „ducito“; non opus. — 481. *Aduorte* Beroald. *fac sis promissi* ed. pr. — 483. *ναὶ γάρ*, cf. 443. — 484. Græca hic et 488 restituit Both. — 485, qui infra 528 redit, R. pro spurio seclusit; mihi potius altero loco delendus videtur. — 486. Hiatur in cæsura. „ego“ om. R. — 487. *quas meo gnate* ed. pr. — *qui*, v. ad Amph. 257. infra 816. 831. Poen. 1378. Aul. 494. Capt. 998. Mil. 139. Ter. Andr. 6. 512. — 488. *Fatere* cet. Simo iratus Pseudolum hoc quoque fateri iubet et iisdem Græcis verbis, quibus cetera, affirmare. Both., R., cett.: „Fatere? dic. PS. *Καὶ*“, in quibus nec geminata contra codicis testimonium affirmatio apta est, nec „dic“ sic nude positum ferri potest; Becker in Studem. Stud. I p. 132: „Faterin, dic“. — 489. *Fatetur*! Miratur Callipho; Both., R., cett. Simoni dederunt. — 490. Cur non, inquit, hæc ubi primum rescivisti, mihi indicasti? *Celata me sunt* mire et, nisi fallor, inaudite dicitur; num „mihi“ fuit ut Corn. Nep. Alcibiad. 5. Cæs. B. Alex. 7 corruptus est. — 492. *progigni* Scaliger. —

493. *suus* add. Müller., „suum“ Cam. — 494. *Iuberes* ed. pr. Interrogandi particulam addidit Both. — 495. *Simo, peccatumst* Both. — 496. *Desiste*, noli eum defendere. Editores inde a Pylade hoc Pseudolo dant, quasi is talibus verbis Calliphonem se defendere iussurus esset. Versus 497—99 Pseudoli sunt, sed sine dubio spurii. Ineptissime enim renovatur disputatio v. 490 sq. habita, et ita quidem ut prorsus aliud respondeatur. Tum et orationis et numerorum vitia tam gravia sunt, ut nulla probabili medicina sanari possint. Quare nihil emendavi, nisi quæ solis librariis deberi apparebat. — *recte*, Lor. confert Ter. Ad. 832. — 497. *Peccata mea sunt.* Both., R., Fl.: „Peccatane ea sunt?“ — 498. „nati amoris te expertem“ Both. — 499. *in mundo* Cam. ex Charisio p. 180, quem locum huc pertinere putarunt, cf. ad Asin. 262. *faxem* pro fecissem vix umquam in usu fuit. Madv. Opusc. II p. 69 „ni id faxim“ scripsit; R. „si dixem“, et deinde ex Charisio „fore“ et hoc versu exeunte et proximo. Sed facilius caremus infinitivo „esse“ quam dativo personæ. — 501. *ea mussitabas* ed. pr., i. e. tacebas. — *Cur* cet. Numeri corrupti; R. „Quin dictumst“; ego malim: „Cur tacitumst“, cf. Pers. 256: „Tacitum erit“. Asin. 809. — 502. *Quia illud* Acidal. — 502 sq. *istuc ... praesens* uncis incl. R. cett., quamquam variatio demonstrativi (*istuc-huic*) exemplis non caret, v. ad Capt. 543. Horat. Ep. I, 6, 67 sq. — 503. *diecula* scripsi, cf. Ter. Andr. 710: „tibi dieculam addo“. Edd. inde a Pylade: „erant dieculae“. — 508. *uiuos* add. R. coll. 340. — 509. *Strenue* imperative intelligendum est, ut audiatur age, cf. Trin. 1102. Mil. 1365. Errore igitur hæc vox Pseudolo data est; Simonis oratio continuatur; nec cum Kiesslingio Mus. Rh. XXIII p. 420 hunc versum proximo postposuerim. — 510. *Exsculpito* Lamb. ut cod. Bemb. Ter. Phorm. 989: „Uel oculum exsculpe“. R. „exlidito“, quod exstat Rud. 659, sed non eodem modo. — 513. *abstulerit* scripsi totumque sermonem Calliphoni dedi. R. cett.: „SI. At si non apstuleris? PS. Virgis caedito“. — 515. *aetatem*, quam diu vives, v. ad Amph. 1016. *inpune habiturum*, sc. hanc fraudem. — 516 proximo anteponendum esse vidit Bugg. Tidskr. f. Phil. VII p. 22. — 517. *praedicitur* ed. pr. — 518. *tu*

Pius. — 519. *graphicum*, v. ad Epid. 410. — 521. *nam nunc quidem meu's* scripsi; R. „nam nunc non meu's", ironice; Lor. cum Brixio: „nunc etiam meu's". — 523. *Studeo* ed. pr. — 524, apertam antecedentis circumlocutionem, del. Lor., R. Neue Exc. p. 30. — 526. *Dabo . . pugnam*, v. ad Capt. 580. — 527. *Em* ed. pr.; sed tam vitiose abundat, ut omittere malim. — 528 repetitus ex 485 ac, nisi fallor, spurius. — 530. *Ea circumducam*, oratio anacoluthos; exspectabatur abducam, auferam. — *lepide lenonem, et quidem* Acidalius. Personæ nota S orta est ex compendio copulæ. — 533. *regi* ed. pr. Hiatur in cæsura. *Agathocli*, cf. Most. 760. — 534. *causae* Cam. Cf. ad Amph. 845. — 535. *Non unum in diem* Both. — 536. *quantum est* Cam., cf. 37. — 538. *Ius bonum*, æquum, *orat*, cf. 390. — 539. *Dabo*, *inque*, v. ad Aul. 781. Simonis responso ab initio vocem „Dabo" addi voluit Saupp. Ind. schol. Gott. 1858—59 p. 6 ad accuratam stipulationis formam, cf. 119. 1078. Gai. III, 92. al. Nam stipulatio hæc est, v. 1070, et ipse Simo se promisisse fatetur v. 557. Sed *At enim* in principio demum orationis locum habet, et si Simo statim promisisset, condicio sero addita esset. Immo ante quam promittit, excipit, ut, si servus et leno ex composito agant, nihil debeatur; hoc concesso promittit; quid enim aliud significat v. 548? — 541. *consutis*, v. ad Amph. 363. — 542. „circumuortant" metrum non fert. *interuortant* Fleckeis., cf. 903. ad Asin. 256. — 543. *audeam* deleto infinitivo Pylades. — *Immo sic*, sc. compositum sit inter nos. — 544. *conpecti* Acid. *seu* Both. *iniimus* id. — — 545. Corruptelam numeri arguunt. Spengel. Plaut. p. 40 „conuenit" voluit; sed præsens ferri non potest; „congruit" autem nimis remotum est; itaque cum R. versum spurium puto. Sed proximus non minus spurius est; nam v. 547 Pseudolus non recusat, quo minus ulmeis virgis ita corpus suum notetur et laceretur ut tabella cerata stilo inscripta; hic, ubi afferenda erant quæ ad illam similitudinem intelligendam necessaria erant, non de stilo et ceris, sed de calamo et membranis sermo est. Numerorum vitio R. succurrere conatus scripsit: „quom in libro". — 548. Simo iubet eum quam primum incipere *ludos*, quos facturus est, cf. Cas. 710. Mil. 986; sed quasi de ludis

publice agendis sermo sit, eum iubet eos quam primum *indicere*. — 550. *Ne quo* cet., ne quo abeas alio occupatus negotio. — 551. Metri causa Reiz. „constitiueram"; sed hæc forma non satis probata est; Lor. *mecum statueram*, coll. Ter. Hec. 195: „constitui cum quodam hospite". Cic. Verr. III, 41, 95: „sic habuisti statutum cum animo ac deliberatum". — 552. *machinas*, quasi de oppugnatione oppidi sermo esset, quam omitti velit. Langen. p. 321 temere versum pro spurio habuit. — 556. *dixit* A. — 557. *SI.* add. Both. — *Namque*, v. ad Capt. 599. — 558. *multo* Scaliger. — *flagitabere* A, quod cum infamia coniunctum erat, v. ad Curc. 678. — 561. Both., R. cett.: „SI. Fiat. CA. Geratur". — *mos* D, ed. pr. — *PS.* add. Pylades. — 563. *Iam hic ero* A, v. Löw. p. 168, ut iam Lorenz. — *Actutum redi* Pseudolo dedit R., vix recte.

564. Pseudolus, postquam ceteri abierunt, spectatores alloquitur. — 565. *facinora* ultimam producere vix potest; R. *his* addidit, quum in A spatium appareret. — 566. *Quo* A. — 567 sq. spurii videntur. Prior si genuinus esset, Plautus pessimo anacolutho usus esset; nam requiritur „neque facturum esse". *dixeram* pro „dixi" defendi potest, v. infra 622. Alter versus omnino intelligi nequit, nec iuvamur, si cum R. scribimus „ut quod ego pro certo sciam". Fortasse pro duobus versibus unus scribendus est; „Non demutabo atque ut facturum dixeram". Christius Act. soc. Bavar. 1871 p. 53 præter verba „Non demutabo" nihil retinuit. — 569. *id* exstat in A. — *nihil* pro non, v. ad Asin. 924. — 570. *Nisi quia*, cf. 108. — *nam* non ad proxima refertur, sed ad antecedentia, quibus consilium quærere se significat. — 571. *Nouo modo nouom*, Plautina abundantia, cf. ad Curc. 461. Male quidam iunxerunt: „in scenam prouenit nouo modo"; nam quis est Pseudoli novus proveniendi modus ab aliis histrionibus diversus? an hoc non ab omnibus requiritur, ut oblectandorum spectatorum causa nova inventa afferant? — 572. *det* ed. pr.; quid in A fuerit, parum liquet. — 573. *intro* ed. pr. — 574. „*concenturiare* est colligere" ait Nonius p. 10, qui male addit: „dictum a centuriis quæ ad suffragia conveniebant"; immo a militibus in ordines discriptis, v. ad Mil. 815.

Cf. Trin. 1002. — 575 ex A accessit; supplevit Löw. Anal. p. 168 sq. — 576. *Tibicen*, v. Proleg. p. 168 sq.

---

577. Pseudolus postquam qua arte rem aggredi velit secum constituit, in scenam redit non minore quam antea confidentia refertus. Novam scenam hic incipi, librarius cod. C non vidit. Huius cantici prior pars, 577—585, anapæstica est; 577, 78, 82, 85 octonarii sunt; 579—81 additamentis spuriis corrupti videntur; 583—84 tetrametri bacchiaci sunt; sed hæc quoque parenthesis num genuina sit, dubitare licet. — 577 affert etiam Charisius p. 214. *eueniunt* A. *prospere* mediam syllabam per syncopen amittere videtur; speciosior quam verior videtur Useneri coni. „pro speque". — 578. Pseudolus ait se non tale consilium in pectore condidisse, i. e. struxisse, de quo dubitandum aut timendum sit. *quod dubitem* dicitur ut Plin. Ep. I, 18, 5: „quod dubitas, ne feceris". — *conditumst* ultima correpta admittit Spengelius Reformvorschläge zur Metrik p. 176; Fl. transp. „conditum consiliumst". — 579 sq. septenarii trochaici sunt, quos pro spuriis habeo primum propter „Nam" ter repetitum, deinde propter sententiam ineptissimam: „omnes res perinde sunt ut agas". Aliquanto tolerabilius, omisso „ut agas", diceretur: „perinde sunt ut eas magni facias", i. e. non magis timendæ sunt quam ipsi existimamus; sed hæc quoque prorsus inutilia. In eadem sententia, nisi fallor, fuit Winter, Metrische Reconstruction der Plautinischen Cantica (München 1880) p. 72; sed is quod deinde talem reconcinnavit octonarium iambicum: „Nam meo hoc in pectore ego prius meas ita paravi copias", huius quoque sunt quæ ferri non possint, „in meo pectore" ex 578 repetitum et „prius". His omissis relinquitur iambicus dimeter, qui forsitan inter anapæsticos ferri possit. — 582. *dolos perfidias*, asyndeton, cf. ad Amph. 891. — *hostibus congrediar* A, quomodo Verg. et Ovid. locuti sunt atque etiam Curtius IX, 7, 20. Aur. Vict. Cæs. 39: „Carinus . . . Diocletiano congressus". Num Plautus sic dixerit, dubito, sed *cum* nisi pluribus mutatis teneri non potest. — 583. *Maiorum* Dousa, cf. Cas. 395. Pers. 391 al. — 584. *Mea* A. — *fraudulenta*

Both. — 585. *ut* post parenthesin repetitur, v. ad Aul. 786. — *perfidiis* A.

586—96, altera cantici pars, trochaica est, 586—88 septenarii, 89 octonarius, 91 septenarius, 92 dimeter catalecticus, 93 et 95 octonarii, 96 dimeter anapæsticus. — 586. *uostrorum* Guietus, cf. 185. — 587. *exballistabo*, quæsita similitudine Ballionis nominis, quasi ballista evertam, v. ad Bacch. 706 sq. et ad Poen. 201. — 588 = 385; del. R. Mihi sola similitudo non satis iusta causa damnandi videtur, v. ad Asin. 185. In hac fabula plura huius generis exempla sunt; vv. 117 et 1073 uterque genuinus videtur; sed de 604 (= 382) et 528 (= 485) dubito et 792 (= 409) ad scenam pertinet vix genuinam. — 589. *ad hoc* Pylades. — *expugno* præsens pro futuro, v. ad Amph. 714. add. Ter. Hec. 775: „quod si perficio, non paenitet me famae". Quidam „expugnabo" voluerunt, ut Bacch. 709: „Si id capso". — 590 et numeris destitutus et alioquin ineptus. *Sui ciues* Pseudolo servo nulli sunt, qui autem „participes" intelligunt, ut v. 593, vim voci alienam tribuunt. Qui hæc conscripsit, cives Atticos intellexit, a quibus lenonem communem omnium hostem facilius everti posse, si iam a Pseudolo victus esset; sed nimis obscure et ineruditè *hanc rem* dicit. Vera apodosis sententiæ a *Si* inceptæ (v. 589) est 591. Si Ballionem expugnaverit, postea Simonem aggredietur. Hunc enim significari verbis *oppidum hoc uetus* rectissime monuit Spengel. Plaut. p. 34, postquam Ritschelius hoc non intellecto totum hunc locum, quasi gravissimis glossematis inquinatum, licentissime tractavit. — 592. *obducam*, cf. Att. Ænead. (Non. p. 224): „Uim Gallicam obduc contra in acie exercitum". — 594, si transponas: „meis esse natum ut me sciant", iambicus octonarius erit Cum C conspirat A. — 595. Tam nobili furum genere se natum esse dicit, ut maxima facinora se edere deceat. Pro sententia pendenti (ut deceat) absoluta ponitur, ut sæpius post demonstrativa, v. ad Amph. 952. — 596. *clara clueant*, cf. Lucret. I, 119.

597 sq. octonarii anapæstici. In posteriore Müllerum sequor; R., Fl., Lor. duos tetrametros bacchaicos scripserunt. — *hunc quem*, attractio demonstrativi, v. ad Amph. 1002; ut alibi „is", ita h. l. „hic" post relativam sententiam repetitur. Fl., Lor.:

„Sed hic quem uideo". — *ignobilis* A et Fest. p. 174: „nobilem antiqui pro noto ponebant cet.". cf. infra 969 et 1112. Amph. 436. — 598. *uenerit* A. — *hic cum machaera*, cf. 157. — Ab *agat* B novum versum incipit.

599. Harpax, cacula militis, qui Phoenicium emerat, in scenam progreditur. Anapæsti continuantur; 599—601 octonarii sunt, 602 dimeter, 603 septenarius. — *Hi loci* pro dactylo legendum; „haec loca" ut Rud. 227 maluerunt Müll. Pros. p. 194 et Kiessling. Mus. Rh. XXIII p. 422. „Quos locos" exstat Trin. 931. — 600. *rationem capio*, i. e. instituo, cf. ad Aul. 791: „numerum cape". Pro *quam* R. cett. ex Lipsii coni. „nam". — 601. *Septumas* primam corripit. — *habitet* R. — *quoi iussit* ed. pr. — 603. *Ballio* primam corripit. Tum hiari videtur post „ubi". — *ubi hic*, cf. ad Mil. 9. Soph. Phil. 16: ὅπου ἐνταῦθα. Ar. Ran. 432: ὅπου 'νθάδε. — „habitet" postulat Becker. Stud. Stud. I p. 311.

605—7 octonarii trochaici sunt, 604, si cum Bothio alterum *tace* deleas, septenarius. Sed versus spurius videtur, non tam propter similitudinem v. 382, quam quia recte Pseudoli oratio a v. 605 initium capit, hæc sententia sequi debet, ut fit v. 607. Si genuinus esset, *tace* sibi diceret Pseudolus, v. ad Most. 870; sed tacebat. *St* Cam. *me* R. addidit ex 382. — 606. *Hoc praeuortar principio*, cf. Capt. 1021. „omnia" del. Guietus. — 607 a tribus dactylis incipit.

608 sqq. septenarii trochaici. — 609. *conpendium*, v. ad Asin. 305. — 610. *precator*, ne verberentur, cf. Asin. 383 sq. — 611. *es Ballio* A. — *Subballio*, quasi Ballionis vicem gerens. — 612. *Condus promus*, qui condit et promit, ταμίας. „Promus" Mil. 836. Colum. XII, 3, 4. — 613. *Quasi*, auditur „loqueris", v. ad Merc. 945. infra 637. — *atriensem*, v. ad Asin. 262. — 614. *Nunc quidem etiam*, i. e. etiam nunc; nondum liber factus sum. — 616. *dicis* A. — *iniuste*, v. ad Bacch. 462. — 617. Utraque persona secum loquitur. — 618. Ante „ego" hiatur in diæresi. — 619. *solus secum* A, v. Löw. Anal. p. 169. — *quid ais?* cf. 352. — 620. *ab illo*, cf. ad Mil. 160. infra 626. — *militi* librario codicis B obversatum videtur, cf. Bergk. Beitr. p. 69. *Macedonio* etiam A, v. ad 51. Herm. R. cett.

„milite e Macedonia". — 622. *meo ero* A. — *dederat*, v. ad Amph. 379. — 623. *nouisti* veri perfecti vim habet, cf. Men. 297. 371. Hor. Sat. II, 2, 113. Phædr. V, 9, 4. — 624. *Athenas* A. — 626. *Quia*, quasi interrogatum esset non „ubi me uidisti?" sed „unde me nosti?" cf. ad Mil. 474. Langen. Beitr. p. 56. Non necesse est igitur cum Ritschelio versum excidisse putemus. — *haec* A. — 627. *quoad*, i. e. quod ad tempus. Ter. Phorm. 148: „Senem quoad exspectatis uostrum?" cf. ib. 462; sed nescio an „quam ad" scribendum sit, ut Ter. Phorm. 524: „tibi quidem est olim dies, Quam ad dares huic, praestituta". — 630. „expenso" spurium esse vidit Both. — 631. *Si quidem*, v. ad Mil. 189. — *promptes* Acidal., nec indicativus defendi potest. — 632. *libellam*, cf. 99. — *sternuas* A, vid. Studem. Herm. I p. 308, ut iam divinaverat Salmasius, qui etiam personarum distributionem emendavit. Facillime, inquit, res transacta erit, si mihi argentum dederis; nulla re opus erit nisi ut velle te significes. — 633. Quod *solutam rem* fore dixerat (cf. ad Asin. 217. infra 644), Harpax arrepta propria vocis significatione ait se *uinctam* rem, i. e. pecuniam, servare malle quomodo nunc in crumena servetur. *Uinctam* A, ut iam Gruter. — 634. *Uae tibi*, v. ad Merc. 160. — *Tu inuentu's*, cf. Capt. 563: „Tu enim repertu's, Philocratem qui superes ueriuerbio". — *uero* est profecto, ut Cas. 137: „Sine uero amari te". Rud. 794: „Quam magnum uero?" Stich. 477: „Nescio quid uero habeo in mundo". cf. Langen. Beitr. p. 113 sq. — *furcilles* Passeratius, sed prava enarratione; est enim verses, iactes, ut herba furcillis versatur. Lor. contulit Placid. p. 8: „adfurcillaui, subrui, labefactaui, concussi". — 635. *sescenta tanta*, cf. Bacch. 1031. — 636. *Potest ut*, cf. 236. — *alii* A. — *ut ne*, v. ad Epid. 66. — 638. Immo tu, inquit, hoc dicis, ego suspicor. *id* ante „suspicer" quum in A non legisset, ante „dicas" posuit R. — *quc-autem*, v. ad Mil. 1143. — 639. *quid est tibi nomen*, v. ad Amph. 360, cf. infra 642. 656. 981. — *Syros* multos illis temporibus in Græcia et Italia servisse constat, v. Cic. Orat. II, 66, 265; iique hoc nomine appellari solebant. — 642. *quod* A, cf. 278. — *huc* A. — Personarum rationem em. Acid. — 644. *solutum*

erit Both. *si* A. — *quid est*, quomodo se res habeat. — 645. *me iussit nam* A, v. Studem. Stud. I p. 278 not. 2. — 646. *Hoc*, i. e. ideo, v. ad Aul. 228. infra 811. 826. R. temere: „Nunc". — *huc* A. — 647. *nummum*. R. „argentum" quasi ex A; sed hoc ibi legi negant et Gepp. et Löwius. — 651. *istic*, epistula, quam iam tenes. *symbolust* Fleckeis., v. ad Bacch. 260. — 652. „ut" del. R. — 653. *Huc suam*. Both., ne cum hiatu legatur „Suam huc", quod etiam A præbet. — 655. *Quid ... ni*, v. 97. ad Mil. 1114. *istunc sumbolum ergo* A. — *Licet*, v. 358. — 657. *harpax* si verum est, pro adverbio sumpserim ut alia Græca, λάξ, πύξ, ὀδάξ, πάξ; sed fieri potest, ut recte Scaliger „harpagefeceris" scripserit. — 658. *ex* ante „acie" A. — 659. *te multo* A. — *ahena* id., cf. Trucul. 55: „uasum ahenum". — 660. *scin* et *oro* A. — 661. *deuortar* Scaliger. „deuortor" etiam A, quod si quis ita defendat, ut dicat Harpacem hoc sibi deversorium iam sumpsisse ibique iam habitare, saltem pro *huc* „hic" scribendum; Fleck. alia ratione „hinc" scripsit. *Extra portam* autem plerumque tabernæ deversoriæ erant; exemplum ex Pompeiis notum est. — 662. *doliarem, claudam* A et Donat. ad Ter. Andr. 4, 4, 31. Cum dolio copam comparat, quam crassam reddidit assiduus vini usus. „cludam", quam formam edd. tenuerunt, parum probatum mihi videtur. *Chrysidem* A. — 664. *maxume*, libenter. Lor. confert Most. 991. 1125. Men. 420. Pers. 598. Ter. Andr. 818. Eun. 189. — *ut*, cf. Bacch. 104. Quæ ad 279 commemorata est causalis particulæ vis, hic ex temporali oriri videtur. — *lassus de uia*. Lor. conf. „fessus de uia", Cic. Acad. post. I in., Rep. VI, 10. Gell. XVI, 6, 2: „fessus atque languens de aestu maris". al. — 665. *uolo* A. *me curare*, cf. Stich. 678. — *Sane*, i. e. recte, ut 496, v. ad Amph. 444 cum addend. ad calcem voluminis I. — 666. *in quaestione*, v. ad Capt. 252. — 667. *Sane censeo*, v. ad Amph. 959. — 668. *Num quid* Lamb., v. ad Amph. 538. — *Harpage*, quasi nominativus esset Harpagus. — 669. *operiri*, multa veste tegi; quod quum ideo suadere videtur, ut frigus et gravedinem vitet, re vera id spectat, ut tanto artius dormiat.

670. Quod hinc Palatini codd. novam scenam ordiuntur, A eandem continuat, parvi momenti est; illud non omittendum, quod his septenariis in B nota præfigitur C, quo canticum tibiis modulatum fuisse significatur, v. Proleg. p. 172. — 671. Cum viatore se comparat, cui, postquam erraverit, ut in rectam viam redeat, pecunia opus sit. Hoc vero non suo sumptu, sed illius se assecutum dicit. *redduxit* etiam A, v. Löw. Anal. p. 169. — 672. *Namque* et *mihi* suo loco A, v. Löw. — 673. *adlata est* Saracenus; in A R. duo L legit. — 674. *copiae* ed. pr. — 675. *doli* iam in B rasura effectum est. — *omnes hic sunt* A. — 676. Post *argentum* hiatus vitandi causa Cam. add. *est*, iure credo. — 677. „*copi* pro copioso“ Non. p. 84 hunc versum afferens ut edidimus et ut in A legitur. Ego, inquit, ut de virtute mea glorier et copiam ingenii mei iactem, iam consilia ceperam accuratissima, quibus lenonem fallerem, sed multo præstare fateor, quod Fortuna obtulit. — 678. *quicque* A. — 679. *in ordine*, v. ad Mil. 873. R. „mi ordine“; Bugg. Tidskr. f. Phil. VII p. 23: „ordine“; Brix. Ann. phil. CI p. 775 coni. „ornata cuncta in animo, ut uolueram, ordine“. — 680. *sic erit*, sic esse apparebit, v. ad Asin. 727. — 681. *sola* etiam A. — 683. *praecellet*, rara secundæ coniugationis forma, v. Neue Formenl. II. p. 428 et Lor. h. l. — *exinde*, v. ad Most. 222. — 684. Pro *accidisse* Acid. „cecidisse“ maluit, ut Trin. 507: „si haec res grauiter cecidit stultitia mea“. Unde R. „Bene ubi discimus consilium quoi cecidisse“, quod probat Langen. Beitr. p. 322; sed illud iam Acid. animadvertit defendi Ter. Andr. 264: „timeo incertum hoc quorsum accidat“. Itaque pro „quid discimus“ scripsi *quoi quod scimus*; nam ne „discimus“ quidem ferri posse recte vidit Acid. — *hominem eatum* cett. Eandem sententiam proferunt Cic. Rab. Post. init. Plin. Ep. V, 9, 7. — 685. *quoi* ed. pr. — 686. *frustra ut simus* Cam., i. e. quantopere fallamur. — *quid* Lipsius. Acc. inf. apud petere exstat Sueton. Vesp. 8, apud expetere v. ad Mil. 622. — 688. *mittimus* codd.; „amittimus“ edd. — *euenit* Pylades. — 690. *longum loquor*, cf. Epid. 376. 663. Pers. 168. — 691. *aurichalco contra*, cf. Mil. 659. — 692. *modo* ultima longa; R. „modo hic“. — *commentus fui*, v. ad Amph. 183. — 693.

lenonis, sc. servum. R. cum Dousa: „Qui a lenone". — 695. *Eugepae porro* Acidal. Interiectio cum antecedentibus, non cum sequentibus iungenda est, cf. Amph. 1011. Rud. 171.

697. Calidorus advenit cum Charino amico. Trochaici septenarii. Huius quoque scenæ titulo cantici notam addi testatur Lorenz. p. 272. De præscriptione cod. C errat R. — 699. *id* ante interrogationem obliquam apud Plautum legitimum est, v. Becker. in Studem. Stud. I p. 148. infra 1087; ante infinitivum Mil. 354. — Additamenta spuria codd. Palatinorum in A omissa delevit R. — 702. *istic* ed. pr. — 703. „si" abest ab A. — *graphicus*, cf. 519. R. in A „scitus" scriptum putabat. — — *heuretes*. Lor. Græcis litteris: εὑρετής. — 604. *Is* ed. pr. *sese* A.

705. *resonat* A, v. Luchs. Studem. Stud. I p. 51. — 706. De A v. Löw. Anal. p. 169. *Te, io te* R. — *rogo*, i. e. te quæro, v. Plin. Ep. I, 9, 2: „ille me ad signandum testamentum, ille in advocationem, ille in consilium rogavit". Apul. Met. I, 26: „Rogat te hospes". al. R. „uoco" edidit. — *Pseudolo* ed. pr. — 707. „me" del. Beroald. — 708. „ter" om. A. — 709. Prius „et" om. A, v. ad v. 44. *fallacias* A. Quod Pseudolus v. 694 dixerat, se tres homines simul lusurum, id magnifica et, ut Calidorus v. 711 significat, plus quam tragica iactantia profert ternario numero omnibus modis repetito se promittens *ter*, *tribus modis* hero *gaudia* allaturum *trina*, *triplicia*, *tria*, *laetitiasque tribus artibus* quæsitas, id est enim *demeritas*, v. 1189, et *de tribus* hominibus fraudatis partas. R. audacissime, quasi glossematis deletis, duos versus ex tribus confecit; sequuntur Fl. et Lor. — 710. *obsignato* etiam A, v. Löw.; proxima dubia; R. sibi legere videbatur „abs te hoc tuli"; ipse ed. „quas tuli"; quod obiectum addidit, recte; sed si verbum simplex posuisset Plautus, „fero" scripsisset; itaque *haec adtuli* scripsi. — 711 sq. Personas secundum R. distribui. *paratragoedat*, quum in codd. male divisum esset, Gronovius, i. e. παρατραγῳδεῖ, sive tragoediam imitatur, cf. Longin. de Sublim. 3: οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ παρατράγῳδα. Tragici interdum sibi placent in repetitione eiusdem notionis (velut κακὸς κακῶς, ἐν ξένῳ ξένος), quæ hic ridicule exaggeratur. — *Confer* cet., cf. Merc.

870 sq. — 712. *pariter et audacter* A. *porge* Guietus. — 713. *Spemne an Salutem* A. — 714. *Utrumque.* Quasi hoc nomen sibi dari voluisset Pseudolus, eum herus alloquitur. — Codicum scriptura „PS. Quid times?“ corrupta est. Bugg. Tidskr. f. Philol.: „Quid tibi?“ sc. autem est; nimis abrupte. R. intellexit, hic ut v. 711 sq. personarum notas male additas esse; sed parum feliciter scripsit: „quid taces?“ Ego: *Quid iubes?* Rogat, quid se porro facere velit, effecta enim esse, quæ antea imperasset, v. 384 sq. — 715. *Adtuli* minus accurate dixisse videtur, feruntur enim, quæ portantur; sed tamen Cist. 236: „equom adfer“. Amph. 982: „huc me adfero“. Cic. Orat. II, 4, 15: „quæcunque vos causa huc attulisset“. — *hunc* A. — 716. Græca verba in codd. corrupta sunt; illud apparet, ludi in similitudine nominis Charini, ut aut χάριν fuerit aut χαίρειν aut simile quid. Camer. Χαρῖνον οἰωνὸν ποιῶ, Scaliger, quem R. sequitur, χάριν τούτῳ ποιῶ, quod non intelligo. Sententiam loci assecutus est Acidalius: χαίρειν Χαρῖνον uolo, i. e. valere iubeo; ego malui: χαίρειν τοῦτον λέγω. — 717. *si quid* A, v. Löw. Anal. p. 169. — *Tam gratia est*, v. ad Men. 379. — 718. *tibi* ex A accessit. — 719. *id* Pius add. Mihi, inquit, molestum est vos opera mea uti nolle. — 720. Calidorum, non Charinum, hæc et proxima loqui vidit R. — *hanc modo* Guiet. — 721. *allatus st modo* A. — 722. *seruos*, attractio, v. ad 597. — 723. *ei* spondeum facit, v. Proleg. p. 216. R. „ego“ addebat. — 724 sq. cf. Poen. 549 sqq. — 727. *Tu istic ipsus* A, v. Löw., cf. ad Amph. 362. — *uiuet* ed. pr. — 728. *Qua facie?* Charinum, non Calidorum, iam cum Pseudolo colloqui, vidit Cam., v. 747; codd. usque ad 761 aut CA aut C, quod in var. scr. non adnotavi. Interrogatio sententiam nondum absolutam interrumpit, v. ad Amph. 1136 sq. Iniuria Ladewig. et Lor. „Qua indole?“ postularunt. — 731. *Atq. qu . . . e non uisitatus* A. — *CH.* Spatium vacuum in codd. — 734. *a patre Carysto*; „neque enim raro cives Attici sedem ipsi in urbe peregrina fixerunt, Athenis in ædibus filios suos reliquerunt“ Saupp. Ind. sch. Gotting. 1858—59 p. 7, coll. Nep. Chabr. 3. Athen. XII p. 532 B. Lys. 19, 36. — *exit* perfectum contractum, v. ad Mil. 378. — 736. *iuuas* A. — 737. „unam“ abest ab A. — *debet*, v. 536 sqq.

— 741. *iste* Löw. Anal. p. 160. — *ex Carysto* cum sequentibus iungendum, cf. 1177: „Ex Sicyone huc peruenisti". — *qui hic adest, ecquid* A. — 742. *alis* A. Charinus iocularia quærens, quasi non de mentis sagacitate quæsitum esset, respondet eum *hircum ab alis sapere*, i. e. olere, vel ut ait Hor. Epod. 12, 5, hircum in alis eius cubare. Cognatæ notiones odoris et saporis confunduntur, cf. Cic. Orat. III, 25, 99: „magis laudari unguentum, quod ceram quam quod crocum sapere videatur"; sic enim scribendum ex Plin. H. N. XIII, 21 et XVII, 38: „Cicero . . . Meliora, inquit, unguenta sunt quæ ceram (codd. „terram") quam quæ crocum sapiunt; hoc enim maluit dixisse quam redolent". — *Manuleatam*, i. e. manicatam, ut ait Priscianus IV p. 637. — *addecet* A, Prisc., Non. p. 536. — 743. *Ecquid is homo* Lor., ut „habet" ultimam producat, cf. ad Merc. 688. R.: „Ecquid autem homo"; Niemeyer: „Ecquid idem homo". — *aceti*, acerbitatis, iracundiæ, v. ad Bacch. 402. — *Atque*, cf. Mil. 369 sq. — *acidissimum* A. — 744. *opust* R.; Fl.: „opus sit dulce ut". Locum affert Plinius H. N. XIV, 93 sic: „Quod si opus est ut dulce promat id ē, ecquid habet? Roga. Murrinam passum defrutum mella". *Murrinam* docuerat bis a Fabio Dossenno commemorari: „Mittebam vinum pulchrum, murrinam, et in Acharistione: Panem et polentam, vinum, murrinam", et fuisse qui „vinum" intelligerent „myrrhæ odore conditum". Talia vero quod Plautum Pers. 87 commemorare putat, vehementer errat; aliquanto rectius ex h. l. apparere ait non inter vina modo murrinam, sed inter dulcia quoque nominatam. Nec aliter Gell. X, 23, 2: „passum, murrinam et quæ id genus exstant potu dulcia". Græcis μυῤῥίνης dicebatur, iisque accedo, qui hoc nomen a myrto (μυῤῥίνης) dictum putant, ut non differat a vino myrteo (Cat. R. R. 125, al.), quod accurate exigenti vinum non erat et „quo numquam inebriabantur" (Plin. H. N. XXIII, 161). Auditur autem non vinum sed potio. Quæ Nonius p. 551 ex Varrone, qui hunc versum citaverat, affert, nimis obscura sunt. — *passum*. Non. l. l.: „Varro de vita p. R. lib. I: passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent, eamque passi essent (!) in sole aduri"; cf. Colum. XII, 39. Eodem nomine vinum secundarium appellatum esse testatur Plin. H. N. XIV, 82 sq.

— *defrutum* (quasi defervitum, apud Verg. G. IV, 269 media brevi) fiebat ex musto, ut ait Varro apud Non. p. 551, „si ex duabus partibus ad tertiam redegerant defervefaciendo"; cf. Plin. H. N. XIV, 80: „sapa ingenii, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam mensuræ decocto; quod ubi factum ad dimidium est, defrutum vocatur, omnia in adulterium mellis excogitata". — *mellam*, ut Plinius et ut in A fuisse videtur (R. MEILAM), Bugg. Tidskr. f. Philol. VI p. 14 sq., cf. Colum. XII, 11. — *quoiuismodi* Lor.; R. „quoiquoimodi", v. Neue Formenl. II p. 228 et 247. — 746. *pantopolium*, ubi omnia genera veneunt, ex A Löwe; „thermopolium", ut ex ceteris post Pium editur, minus aptum videtur, v. ad Curc. 292. — 747. *meo me* A. — *lamberas* ἀπ. εἰρ. Fest. Epit. p. 118: „Lamberat, scindit ac laniat". Ad sensum cf. Poen. 293. — 748. *quid* Cam., cf. 639. — 749—54 Kiessling. pro dittographia habuit vv. 741—47. *Turbo*, „torto volitans sub verbere", ut ait Verg. Æn. VII, 378, βέμβιξ. — 750. *argutus*, callidus, ut Trin. 200. Trucul. 490; sed Charinus in duplici significatione vocis ludens respondit, eum *malorum facinorum saepissime* argutum esse. quod „convictum" enarrat Priscianus X p. 882 hunc versum laudans; immo „accusatum", cf. Amph. 876. — 752. *scitius* Cam. Quid enim magis scitum esse potest quam quod plebs scivit? — — 753. *Immo si scias*, v. ad Merc. 295. — 754. *aspexerit* ed. pr. — *sese* Cam., v. ad Aul. 202. — 755. *quid eo es facturus* scripsi. R. Fl. „quid eo facturu's?" — 756. *subditiuom* R., cf. ad Argum. II, 13. — 758. *em*, v. ad Amph. 771. — 760. *ornamentis*, cf. Amph. 85. — 761. *trapezitam* tarpessitam pronuntiatum videtur, v. Proleg. p. 208. — *Aeschinum* etiam Terentius in Adelphis, Græci Αἰσχίνην dicunt. — 762. *illi* Both.

763 sqq. Pseudolus solus secum. — 764. *defaecatumst* ed. pr., v. ad Aul. 79. — *peruiast* tum demum ferri posset, si inveniretur substantivum pervia, quod expeditam viam significaret. „peruiam" ut obuiam defendit Spengel. Reformvorschl. p. 297 hic et Aul. 430, ubi vid.; Müller. Pros. p. 463 susp. „nunc prothymiast" ad sensum recte, a quo et R. aberravit scribens: „cor mihi nunc est peruium" et Bergk. „per uias" cum se-

quentibus iunctum. Hunc sequitur Lor. de triumpho Romani imperatoris cogitans. Sed h. l., sive totum locum genuinum habeas, sive ad nostram sententiam vv. 765 sq. pro spuriis tollas, de ipso prælio, non de triumpho poeta loquitur. — 765. *ordine* Scaliger, ultima producta, v. Prol. p. 195; Kampm. „ego“ addebat. — 766, cf. Epid. 185. „aue“ versus causa Both.; Non. p. 334 hunc et proximum versum laudans „ab“. — „ex mea sententia“ Both. — 767. „mens mea“ Non. — 769. Simiam, *ne quid titubet* (cf. Mil. 942), docebit. — *ferat fallaciam*, cf. Poen. 195. Ter. Andr. 432: „Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare“. 471: „Haec primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia“. Liv. XXIV, 38, 8 codd.: vitandæ, non ferendæ fraudis“. — 770. Numeri duriores. Guietus „ego“ omisit, Both. „ipsum“, R. „hoc“.

---

771. Exit lenonis puer, et quidem admodum puer, quippe qui per ætatem nondum prostitutus sit; sed ei quoque maxima mala leno minatus est, nisi natalicium sibi munus dedisset. Scena foedissima et prorsus supervacanea, si quidem similia multo lepidius expressa sunt v. 171 sqq. Quare libenter Lorenzio accesserim p. 24 sq. totam scenam pro spuria habenti. Si Plauti est, vv. 785—86 et 772 interpolatos iudico. 772 damnavit Sauppius et postea ipse R. Mus. Rh. XV p. 430. Quis quæret, num lenonio puero turpitudo addatur? — 773. *corde conspicio*, ut Cic. „animo contemplor“ et similia. — 776. *praefulcior*, i. e. subiicior, sustentare cogor, cf. Pers. 12: „Quin mihi imperet, quin me suis negotiis præfulciat“; ad cuius similitudinem Acidalius et R. h. l. pro *miseriis*, i. e. laboribus, „ministeriis“ scripserunt; non opus. — 777. *inuenire ullum* Pylades. — 778. *curer* Gulielm. — 782. *Eum* ed. pr. — „*Perbitere* Plautus pro perire posuit“, Fest. Epit. p. 215, cf. ad Curc. 141. De præsenti infinitivo pro futuro v. ad Asin. 439. — 783. *quid* edd., cf. Cas. 867: „nec quid agam meis rebus scio“. — 784. *illud*, ut stupro aliquid quæram. — 785 sq. versum 787 a 784 ita divellunt, ut ferri non possint. R. ante 784 posuit, sed ut *Nunc* in „Nam“ mutaret. — *fructus fullonius* quid sit,

nemo dum explicavit; Pius „fluctus“ ed. — 787. *Eheu, quam.* Brix. Ann. phil. CXV p. 333 „quom“ voluit, ut Capt. 990; sed non paullum interest. — *illac rei ego* Gruter. Hanc dativi formam habet Cato R. R. 153. 154. Charis. II p. 132. — 788. *male malum metuo* R. — 789. *qui manus gravior siet*, i. e. nummos. — 792 = 409.

---

794. Leno redit cum coquo, quem in foro conduxit, v. ad Aul. 272. Coquum comitantur pueri adiutores sive *discipuli* (v. 869 et 889), quorum quia unus v. 894 pronuntiat, titulo *puer* additus est. — *Forum coquinum*, *μαγειρεῖον, τόπος ὅθεν μισθοῦνται τοὺς μαγείρους* Poll. IX, 48. — 795. *furinum*, i. e. furum, ut coquinum coquorum. Alterum „est“ delevit R. — 796 sq. *Hominem coquom*, cf. 961. „Si iure iurando adactus“ inquit „promisissem me peiorem coquum quæsiturum, invenire non potuissem“, vel „si quærerem, peiorem quam hunc, quem duco, ducere non potui“. Sed desideratur obiectum in apodosi; itaque v. 798 *Magis* addidi, ac ne versus iusto longior fieret, „insulsum“ omisi vel „sinsulsum“ ut codd. habent. Quod „magis“ sententiæ a „quam“ incipienti postponitur, v. ad Aul. 475. R. duos priores versus sic mutavit: „Nam ego si iuratus pessumum hominem quaererem, Peiorem hau potui, quam hunc, quem duco, ducere“; tertium reliquit tam male adhærentem, ut, si illa vera essent, delendum censerem. — 799. *ad se hunc* Guietus; possis etiam „hunc“ delere. — 800. *esset, qui . . . . coquat*, cf. ad Amph. 192. — *Mortuis cena* feralis certis diebus offerebatur. Quæ sepulturam continuo „sequebantur epulæ, quas inibant propinqui coronati“ (Cic. Leg. II, 25, 63), vivis, non mortuis instruebantur. Sed inferiæ mortuis fiebant tertio die mane, *τὰ τρίτα* Aristoph. Lys. 613, quod schol. enarrat *τὸ τῶν νεκρῶν ἄριστον*, cf. Poll. VIII, 146 c. not. Hemsterh. Deinde nono die *τὰ ἔνατα*, Isæ. 8, 39, quæ a Romanis novendialia sacra dicebantur aut novendialis cena, v. Tac. Ann. VI, 5. Constabat ea præter ova (Iuven. 5, 84) sale, lenticulis, lupinis, fabis aliisque leguminum generibus (v. Plut. Crass. 19, 5. Quæst. Rom. 95. Calpurn. 3, 82. Plin. H. N. XVIII, 118), antiquitus, ut videtur, siliquis, unde

silicernii nomen. — 802. *istoc pacto*, sc. esse. Langen. Beitr. p. 323 confert Poen. 1401. Cist. 47: „Necesse est. quo tu me modo uoles esse, ita esse". Rud. 1253: „Nullus erat illo pacto ut illi iusserant", al., cf. ad Merc. 348. supra 241. — 804. *si eras coquos*, ut v. 795 furem, non coquum eum esse dicit; de modo cf. 287. — 805. *alios* edd. — 806. „ego auaritia factus sum" R., nos om. „ego". — 808. *extemplo* edd., v. ad Amph. 858. — 809. *Nemo* Cam. Mox „optumus carissumust" ἀσυνδέτως Fl. — 811. *Hoc*, cf. 646. — *obsessor fori*, qui in foro moratur, cf. Ter. Ad. 718: „domi obsidere". Pl. Rud. 698: „aram". — 812. *drachmis sunt* Gulielm.; Fl. „sunt drachumis", i. d. drachma conducuntur, cf. Merc. 766. De plurali v. ad Men. 288. add. Aul. 108 (cf. 112). XX tabb. ap. Gell. XX, 1, 45: „libras farris". Cat. R. R. 36. 57. 67. — 813. *quisquam* post „nemo", v. ad Asin. 145. Merc. 394. — — *nummo*, didrachmo, v. ad Aul. 440 et ad Epid. 55. — 814 sq. Se ait non aliorum coquorum more cenam facere maximam partem oleribus, quæ spernebant delicatiores homines, cf. Capt. 189 sq. *prata* ea dicit, bovibus, non hominibus apta. — 816. *qui*, v. ad 487. Mox „faciant" Both., R., Fl. — 818. *coriandrum*, v. Plin. H. N. XIX, 123. al. *feniculum* id. XX, 254. *atrum olus*, Columella XI, 3, 36 ait Græcorum quosdam vocare ἱπποσέλινον (cf. Plin. XIX, 124 et 162), non nullos σμύρνιον. — 819. Sauppius Ind. sch. Gott. 1858—59 p. 9 antecedenti anteposuit. *Rumex* est lapathum silvestre sativum, Plin. H. N. XIX, 184. XX, 231. — *blitum*, v. Plin. XIX, 123. XX, 252: „iners videtur ac sine sapore aut acrimonia ulla, unde convicium feminis apud Menandrum faciunt mariti", cf. Trucul. 841. Festi Epit. p. 34. Casin. 700. — 820. *laserpicium* (SER in A lectum est) sive laser est σίλφιον, sirpe, v. Rud. 630. Plin. H. N. XIX, 38 sqq., condimentum Cyrenaicum nobilissimum, v. Thrige. Historia Cyrenes p. 231 sqq. A. S. Ørsted in actis soc. Danic. 1869 p. 21 sqq. — 821. *sinapis scelera* Charis. I p. 117. Serv. ad Æn. IX, 486. Priscian. VI p. 682, qui animadvertit plerosque „hoc sinapi" neutro genere dicere, et sic Charis. I p. 46. Hoc amplexus Sauppius l. l. „Terunt sinapis scelera" scripsit. *scelera* adiectivum est, v. ad Curc. 234. — *quae*

Scaliger et, ut videtur, A. — 822. *exstillent* Char. et Prisc., i. e. guttatim excidant, cf. Ter. Phorm. 975: „ut ne restinguas, lacrimis si exstillaueris". Colum. X, 122: „Seque lacessenti fletum factura sinapis". — 823. *ubi coc..unt* A. — 824. *strigibus*, cf. Petron. 134: „Quae striges comederunt nervos tuos?" Plin. H. N. XI, 232: „esse in maledictis iam antiquis strigem convenit, sed quæ sit avium, constare non arbitror". Hor. Epod. 5, 20 „nocturnas". Tib. I, 5, 52 „violentas" dicit. — 826. *Hoc*, cf. 646. — 827. *quom*, v. ad Amph. 746. — *in suum aluom* ed. pr.; Serv. ad Æn. II, 50: „aluum Plautus masculino ait genere, quo non utimur". Catonis, Attii aliorumque exempla afferunt grammatici, v. Neue I p. 650. — 830. *Quid? tu*; vulgo interpungunt: „Quid tu?" — 831. *Qui*, i. e. quibus, cf. 816. — 834. *qui essitabunt* et *condiuero* A. Cum hac iactantia Lipsius contulit Philemonis Στρατιωτ. 24:

ἅπαντες οἱ φαγόντες ἐγένοντ᾽ ἂν θεοί·
ἀθανασίαν εὕρηκα· τοὺς ἤδη νεκρούς,
ὅταν [μόνον] ὀσφρανθῶσι, ποιῶ ζῆν πάλιν.

835 sq. Inaudita condimentorum nomina ludibrii causa fingit, cf. Athen. XIV p. 659 b: μάλιστα γὰρ εἰσάγονται οἱ μάγειροι σκωπτικοί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἐπιτρέπουσι, καὶ Φιλήμων δέ που φησίν·

Σφίγγ᾽ ἄρρεν᾽, οὐ μάγειρον, εἰς τὴν οἰκίαν
εἴληφ᾽· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἓν μὰ τοὺς θεοὺς
ὧνπερ λέγει συνίημι· καινὰ ῥήματα
πεπορισμένος γάρ ἐστι.

in patinas indidi A. — 836. *cepolendrum* A superscripto i, sed errore primæ, non tertiæ syllabæ. *maccidem* et *sicaptidem* A teste Löwio. — 837. *Ipsae se patinae* Guietus. A, v. Löw. p. 170, „Eaepse patinae". Bugg. Philol. XXX p. 257: „Eaepse sese" omisso voc. „patinae"; Bücheler Lat. Declin. 26 et Bergk. Beitr. p. 148: „Eae sepse patinae". — 838. *Haec* ed. pr. — *Neptuni pecudes*, pisces; tragice loquitur. — 839. *cicimalindro* scripsi Löwio duce. — 840. *Aut hapalopsi* Bücheler Mus. Rhen. XV p. 438. — *cataractria* A. — 842. *tuis istis* A. — 843. *Sine sis* A. — *i* addidit Camer. ut 336. — 844. *feruont* A. — 845. *Is odos*, i. e. odor inde oriens.

v. ad 147. Acid.: „Ibi". — *dimissis manibus* ex A R., i. e. maximo cursu, v. ad Epid. 447. Si hæc scriptura vera est, vv. 847—48 spurii habendi sunt, nam et pravo loco leguntur (Acidal. post 845 posuit) et prorsus inepti sunt; nam „dimissis manibus" vulgo dicebant, „dimissis pedibus", quod corrigendi causa affertur, nihil est. Sin hi duo versus tenendi sunt, necessario amplectenda est et transpositio Acidalii et Palatinorum codicum scriptura, ut coquus prius „dimissis pedibus", deinde se corrigens „manibus" dixerit. — 848. *Qui dum?* A; idem om. „quia". — 849. *coctum is* A. — 850. *It* A. — 851. *Istacine*, ut Iovi, non mihi, coquas. — 852. *me esse* etiam A cum hiatu in cæsura; sed libenter cum Pyl. R. cett. transposuerim: „esse me". — 853. *ut opera adpareat*, cf. Cat. R. R. 2, 2: „si ei opus non adparet". Ter. Eun. 311: „fac sis nunc promissa adpareant". — 854. *uenio* A. — 856. *miluinis*, cf. Men. 210. — 857. *coquinatum*, v. ad Aul. 400. — *te ire* A. — 859. *tu*, servum suum pedisequum alloquitur. — *es iam edico* A. — 860. *properes* A. *hinc* R. addidit, quum in A spatium eius invenisset. — 862. *spectabit*, *eo tu* A. — 863. *quo hic* etiam A. *progredimino* item; versus causa R. *tu* addidit, Bergk.: „eo pariter p." — 866. *altrinsecus*, cf. 358. — 868. *conquiniscet* etiam A, i. e. κύψει ὡς ἀποπατῶν, cf. Cist. 484: „Faciundumst puerile officium; conquiniscam ad cistulam". Non. p. 84, qui h. v. sic affert: „si conquiniscesi, ceueto simul". Veriorem emendandi viam monstravit A, ubi „simul" omittitur. — 869. *priuos* Gulielm., i. e. singulos, cf. Lucret. V, 274: „privas mutantur in horas". Non. p. 35 Lucilii exempla affert. — 870. *bonum animum* et A et B. *possum* A. — 871. *Bonum* A. — 872. *hodie te* A. Quod hic desideratur obiectum „ut sis adolescens", anacoluthia videtur; sed fit idem ubi eadem repetuntur v. 876: *Item ego te faciam*, ubi potius adverbium pro adiectivo positum dicas ut v. 802. — 873. *ut Medea Peliam* Scutarius. In vulgi ore erat fabula de Medea venefica senem recoquente, cf. Cic. Cat. mai. 23, 83: „Me haud facile quis retraxerit nec tanquam Peliam recoxerit". Unus Ovidius Met. VII, 164 sqq. hoc re vera factum esse narrat, scilicet in Æsone Iasonis patre, quem consentiens ceterorum narratio iam

ante Iasonis reditum interfectum esse tradebat; ceteri omnes in Pelia solo Medeam narrant veneficia sua exercuisse, sed fraudulenter ita ut inimico non iuventutem redderet, sed mortem conscisceret, non ut Plautus h. l. dicit. — 875. *rursus* A. — 877 editus ut A, v. Studem. Ann. phil. XCIII p. 63. Post *uero* hiatur in cæsura; in A legitur S, sed ab ipso librario inductum. — 878. *coquinare*, cf. 857. — Quod se coquus hominum servator dixit, leno respondet, se hanc unam rem ex arte eius discere cupere, ut ipsum servet, i. e. observet, nam ludit in duplici vocis significatione. — 880. de A v. Studem. Stud. I p. 61, ubi Luchs. coni. „si non credis, non mina". — 881. *tu* A. — 883. *tuos* Lorenz; „tu illo" Acid. — 885. *suaui suauitate* A. *condiam* Cam. — Quod *ita* non coniunctione, sed appositione excipitur, v. ad Mil. 207. — 887. *Ipsus* Dousa. — *digitos praerodat.* Lor. contulit Aristophont. (Meineke Fr. Com. III p. 362): *ἐπεὶ παράθες αὐτοῖσιν ἰχθῦς ἢ κρέας, κἂν μὴ κατεσθίωσι καὶ τοὺς δακτύλους, ἐθέλω κρέμασθαι δεκάκις.* Alexid. (ib. p. 462): *ἐὰν παραθῶ σοι, προσκατέδει τοὺς δακτύλους.* — 888. *cuiquam conuiuae* A, v. Löw. p. 170. — 889. *Gustato* A. — 891. *non credas*, credere nolis. — 892. *nimium iam tinnis*; *tace* A. Löw. l. l. Sed magis placeret: „nimium tinnis; non taces?" *tinnis*, cf. ad Asin. 445. — 893. „Em" abest ab A. — *abi et* A. — 894. *Quin tu is* Pareus. Mox *i* Gulielmus; „et" enim errore pro „ei" scriptum est, v. ad Asin. 482. Hæc autem non ipsum coquum dicere, sed aliquem ex discipulis eius, puerum, ut est in titulo scenæ, ex proximo versu intellexit Both. — 895. *sis uide*, cf. 151. — 896. *Iam*, inquit, hic quoque magistrum lingua adiuvat. *sublingulo* A, Löwius; Turneb. „sublingio" scripserat.

897. Postquam abierunt coqui, leno solus secum loquitur. — 898. *Ita*, inquit, periculis undique circumventus sum; domi fures, in proximo prædo est, cf. ad Mil. 1254. Add. infra 999. Bacch. 28. Most. 672. — 899. *Nam* Acidal. — 900. Pro corrupto „fecit" scripsi *suasit*, quod unum antecedentibus „mihi hic" convenit. R. „a me petiit", Brix. Ann. phil. CXV p. 333: „me orauit". — 902. *Ne* A. *ei fidem* scripsi; ceteri „fidem ei". — *in hunc diem*, cf. 549. — 904. *fortiter* A. — 907. *Profecto* in sententia pendenti, cf. Mil. 186. Curc. 426.

908. Pseudolus exit cum Simia, i. e. astuto illo homine, quem Charinus subornaverat. Canticum variis numeris compositum, sed maximam partem anapæsticis; R. et Fl. partim trochaicos fecerunt; nos fere Studemundum secuti sumus Cant. p. 57 et Müllerum, Pl. Prosod. p. 96 sq., cf. etiam Winter. p. 73 et Spengel. Reformvorschl. p. 402. Tres primi octonarii fere eodem iure trochaici et anapæstici dici possunt. 911 anapæsticus septenarius. 912 et 13 dimetri anap. catalectici. 914—17 octonarii anapæstici. 918—19 iambicus octonarius cum septenario. 920—21 anapæstici dimetri catalectici. 922 dimeter anap. 923 iamb. octonarius. 924—25 tetrametri cretici, quibus additur clausula ex pæone primo et tribus trochæis constans. 927—29 iambici octonarii (priorum duorum discriptio in B turbata est). 930—34 tetrametri cretici. 935 anapæsticus. 936—39 tetrametri cretici. 940—44, ut videtur, anapæstici. 945—46 anapæsticus octonarius cum septenario. 947 anap. dimeter. 948—54 anapæstici septenarii. 955 iamb. septen. 956 octonarius. 957—60 trochaici septenarii.

908. *di immortales* A. — 909. *Tum*, v. ad Most. 658. add. Men. 368. — 910. *Quom*, v. 827. — 911. Pseudolus quum Simiam, quem quasi comitem allocutus erat, non videat, veretur, ne ab eo destitutus sit. *illic est* codd.; „illest" Fl. — — *qui* ed. pr. — *loquar* codd.; „loquor" Cam. — 913. *cum malo*, cf. Most. 1123. — 914. *neque hoc opus*, proceleusmaticus pro anapæsto. „ego" abest ab A. — 915. *uerbeream statuam*, v. ad Capt. 946. — *ut it, ut* ex A Studem. Stud. I p. 293. — *infert sese.* cf. Mil. 1040. — 916. *Hem* A. — *male ne ab* proceleusmaticus. *nimis male* iungendum est; Spengel. Reformvorschläge p. 402 „male" pro vocativo habet. — 917. A duos dimetros discribit. *Fuit meum of* primum pedem faciunt. *officium*, cf. 376. — 918. *Istuc* et *Quid ergo quod* A. — 919. *Monendu's* Löw. Anal. p. 213. *moneas* A. — 920. *ego* etiam A; del. R. — 922. A Löwio teste p. 170: „Stratioticus esse homo cluear iam", sed propter coniunctivum ceterorum codicum scriptura præferenda. *cluear*, vocer. Exspectabatur activa forma, v. ad Men. 840; cf. tamen Pacuv. 194: „Sed hi cluentur hospitum infidissimi". — *iam*, quod omnes

codd. huic versui tribuunt, retinui deleta nota P., quam A omittit; R. in proximum transtulit. — 923. A duos dimetros discribit. *SI. Numquid* ed. pr. — 925. *ea*, sc. quam quærimus, cf. 147. „illa“ Pers. 724; retinuit Müller; R. cett. omiserunt. — 927. *ille*, v. ad Amph. 457. — 928. *adsiet* Cam. — 929. „potior ille erit“ transposuit Both.; placet. — 931. *Sic* A. — 933. *Ipsus* et *esse eum* A. — 934. *autumet* ed. pr. — *Qui potest?* A, v. ad Amph. 169. — 936. *quoque etiam*, v. ad Amph. 30. — 937 accessit ex A, v. Löw. p. 170; qui quum AN . . DIRO legisset et simul animadvertisset requiri synonymon verbi „superavero“, *antidibo* scripsi, cf. Bacch. 1086. Cas. 205. Cist. 202. — 939. *me satin* Winter; „satine me“ R. — 940 sqq. locus interpolatione corruptus. *Esto* inepte respondetur. Sequuntur quattuor versus et propter metrum suspecti et multo magis propter sententias parum apte ea repetentes, quæ infra suo loco et Plautino sermone leguntur. V. 945 autem dici non potest nisi ei, qui alterum admonuit, nec cum 944 cohæret. Quid antecesserit, apparet ex iis, quæ in codd. versui 947 adduntur. Ibi enim prima huius versus verba, *Potin ut taceas?* repetuntur, sed antecedentibus: *At uide ne titubes.* Hæc separari non debent, sed eorum locus est ante 945, non post 947. Itaque deletis iis, quæ spuria videntur (940 „Esto“ ad 944) v. 940 talis efficitur: „Optume habet. At uide ne titubes“ vel, si dimeter anap. faciendus est, „At tu uide n. t.“ — 942. *quantum dignu's*, v. ad Asin. 148. — 943. *magis malum et* pro uno pede erit. — 944 ut versus fiat, omittantur „et faciam“ aut cum Kiesslingio Mus. Rhen. XXIII p. 424 scribatur „quanti te faciam“. Ceterum cf. Mil. 935 sq. et 812: „sobrie ut cures face“. — 945. „memor“ codd., etiam A, repetitione vix ferenda numerisque pessimis; quare *memore* scripsi, i. e. memoriter, ut aiunt Nonius p. 514 et Priscianus XV p. 1014 afferentes Pomponii versum „Ergo, mi Dossenne, quom istaec memore meministi, indica“. Idem Bergk. voluit Beitr. p. 21. — 947. *Probus est hic* scripsi cum Wintero, ut in anapæstis; „Probus hic est“ etiam A. — 948. *Ita me di ament*, solita asseverandi formula. Simia eum interrumpens hic, ut in antecedenti versu, propriam vocis vim amplexus ait hoc deos non

facturos; mentiri eum. Itaque necessario cum ed. pr. *fundis* scribendum. — 949. Oratio incepta peragitur. *metuo*, i. e. vereor, ut deum, cf. Ovid. Fast. VI, 259: „quo non metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina tulit". — *magnifico* etiam A. — 950. Ego alios, inquit, blandiendo fallere soleo, ne me censeas ipsum blanditiis capi posse. *palpum*, v. ad Amph. 522. *potes* codd.; R. „pote". — 951. Hiatus in diæresi. — 952. Versus claudicat; Fl. prius „pocla" scripsit, deinde „et" omisit, quod prorsus Plautinum est, v. ad Asin. 564; equidem pro „unguentis" *unguine* scripsi, ut Cato R. R. 79. 80. al. — *pulpamentis*, v. ad Curc. 90. — 953. *aderit* ed. pr. Tum „tibi sauia super sauia quae det" id.; Bücheler, quem cum Lor. sequor, *sauia suauia.* — 954. *accipies* scripsi, quamvis sic versus diæresi careat. — *ecficies* Hermannus. — *magis dicas*, cf. Mil. 1421. Herm. „etiam magis"; R. „magis id". — 955. *me carnufex* R. — 956. *os lenonis* Fl. duce Cam., qui „ostium lenonis" scripserat. Illud insolitum est; sed optime congruit cum Simiæ lusu in proximis, *aedes hiscunt* pro aperiuntur. — 957. *hoc*; et numerat et digito monstrat. Quod autem proxima Simiæ tribuuntur, totum versum Pseudoli esse potius crediderim. — *animo male est*, cf. ad Amph. 1074. — 959. *Illicinest* A. — *ipsus* add. R. — *mala mers est*, v. ad Men. 745. — *Illuc sis uide*, v. ad Aul. 46. Hæc quoque Simiam dicere vidit Both. — 960. Homo ridicule turpis non recta procedit, verum ex transverso, credo ut vel in exeundo coquos observet, cf. Casin. 420: „Recessim dabo me ad parietem; imitabor nepam; Captandust horum clanculum sermo mihi". Versum incorruptum servavit Varro L. L. VII, 81, qui deinde sic pergit: „prouersus dicitur ab eo, quod in id quo it est versus, et ideo qui exit in vestibulum, quod est ante domum, prodire et procedere; quod quum leno non faceret, sed secundum parietem transversus iret, dixit: ut transversus cedit quasi cancer, non proversus ut homo". — *prouorsus* sive prorsus (A: prosus), cf. ad Mil. 1186. *cedit*, cf. 309. *quasi*, cf. 199.

961. Titulus in A fuit: BALLIO PSEUDOLUS SIMIA, v. Löw. p. 170. Trochaici septenarii; B canticum dicit. — 962. *nihil etiam dum*, v. ad Mil. 987. — *harpagauit*, cf. 139. —

963 sq. Pseudolus et Simia summissa voce colloquuntur, ne audiat Ballio. — 964 in A legit Löwe. R.: „dolo: egomet", quorum posterius non est aptum. *dolose*, cf. Trucul. 458: „nullam rem oportet dolose adgrediri".

965. *Habui numerum*, cf. Aul. 791: „numerum cape". V. 600 septimas ædes a porta sibi quærundas dixit; hic *hoc proximum angiportum* sextum esse ait, ut appareat inter singulas ædes angiportus interiectos esse. — 966. *iusserat* Acidal. — 967. *Quotumas*, i. e. quotas, cf. 1176. — *incerte* A, v. ad Epid. 504. — 969. *ignobilis*, ignota, cf. 597. — 972. *adstas* Cam.; ordinem mutavit Fl., ne versus cæsura careret. — 973. Leno advenæ obiicit, quod se non salutaverit; ille respondet, se nullam habere, quam aliis dono det, salutem. *Eho an*, v. ad Most. 173. *datariam*, cf. Stich. 260. — 974. *Nam*; audiatur „Ne mihi quidem", v. ad Asin. 122. — *probe* Both.; hæc Pseudolus secum. — 975. *nouisti* ed. pr. — 976. *Egomet me*, sc. novi. — 977. *quisque* Pylades. — 978, cf. Capt. 283: „Salua res est; philosophatur quoque iam, non mendax modo est". — 979 ex A, v. Löw. p. 171. — 980. *mea* add. Cam. — *si modo*, v. ad Capt. 991. — 981. *Sciuin ego* Cam. — 982. *is sum* Grut.; Löw. cum A „is" om. — *quaeris* A. — 983. *enimvero*, cf. ad Men. 832. — *ut uestitu's*, v. ad Mil. 473. supra 473. 753. Poen. 972. Trin 887. — *es perfossor* ex A Löwius. Leno vel natali suo die tam sordide vestitus est, ut pro prædone et parietum perfossore (τοιχωρύχῳ) haberi possit; nec ipse negat sibi eam speciem esse, quæ timorem iniicere possit. R. temere inter 983 et 84 versum excidisse putavit. — 987. *PS. Perii* ed. pr. — *in medio luto est* ed. pr., „non potest se expedire" Lamb., cf. Pers. 535: „tali ut in luto haeream". Ter. Phorm. 780: „in eodem luto haesitas". — 988. *haeret*, cf. 423. — 989. *imaginem*, cf. 56. — 991. *et* et *Oh* A teste Löw. — *Polymachaeroplagides* R.; codd. semper c pro g. — 992. *putus* A et Nonius p. 27, cf. infra 1202. Fest. p. 217. al. — *Polymachaeroplagidi*, cf. ad Mil. 438. — 993. *me recte tibi* A. — 995 „Sed" om. A. — 996. *ita negotium est*, cf. ad Bacch. 751. Parenthetice hæc interponuntur, cf. Poen. 320. — 997. „mihi" om. Guiet. — *emittere*, ex domo

tua, ut 1186; „amittere" legitur v. 1125. — 998. *necesse* media correpta, v. ad Asin. 216. R.: „Nam hodie Sicyoni necessest". — *mortem exsequi*, v. ad Capt. 195. — 999. *notis*, cf. Cic. Verr. I, 7, 19: „Putabam non solum notis, sed etiam ignotis probatam meam fidem esse". — 1000. *ergo epistulam* Both.

1001. Epistula senariis scripta, ut Bacch. 994. Pers. 501. — 1003. *Imagine* Gulielmus. — 1004. *Symbolust* R., v. 651. Edd. hæc verba „Symb. in epistula" Simiæ dant; codd. recte Ballioni omnia continuant. — 1005 sq. Ut in alloquendo, ita in scribendo a salute incipiendum erat, cf. Bacch. 997. — 1006. *mittere* ut ultimam producat, parum veri simile est; Both. „inscriptam" voluit, R. „adscriptam"; Götz. Act. Lips. VI p. 236: „Nullam solet salutem scriptam mittere". — 1007. *disciplina*, cf. Asin. 200. — 1010. *opera* A, cf. Bacch. 384. Capt. 424. Merc. 150. Trin. 826. — 1012. „*Calatores*" ait Fest. Epit. p. 38 „dicebantur servi ἀπὸ τοῦ καλεῖν, i. e. vocatores"; cf. Rud. 335. Sueton. Gram. 12: „Sullæ dictatoris libertus calatorque in sacerdotio augurali". — 1013. *Tune es is Harpax?* Pylad. et Both. — Alterum *harpax*, sive Græce ἅρπαξ scribere malis, adiectivum esse recte intellexit Lorenz.; sed inde sequitur ut cum Bothio Ballionis oratio ab *Atque* incipienda sit. *Atque . . . quidem*, cf. Mil. 370. Lorenz. contulit Bacch. 219. Ter. Heaut. 606, in quibus ironia magis quam interrogatio intelligenda est. — 1014. Continuatur epistola. — *accipi Et* Gruterus. — 1015. *simitu*, v. ad Amph. 625. — 1016. *dignum est dignis*, cf. Poen. 1268. — 1017. *arbitrarem*, v. ad Epid. 268. — 1019. *ergo* ed. pr.

1020. Novam scenam uterque codex orditur, sed in C tituli spatium vacat. Pseudolus, qui occultus steterat, progreditur. — 1022. *illum* codd. cum hiatu, v. Proleg. p. 221. R. „illunc". — 1023. *erga illum.* R. „illum erga". Lor. confert Pacuv. 248: „Pariter te esse ergo illum uideo, ut illum ted erga scio". — 1024. *mihi obuortat cornua* „mihi adversetur; translatum a bestiis cornupetis" Lamb. Apul. Apol. 81: „Superest ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta in memet ipsum vertit cornua". — 1025. *capsit*, expulso glossemato „ceperit", Cam. Idem pro *sit* „siet"; ego addidi *mihi*, quo ægre caremus;

qui est enim „qua". R.: „quoi, si sit malus", post hæc versum excidisse ratus minas continentem; quibus quum proxima non convenirent, 1026 pro *Atque* „Atqui" scripsit. Illud probum est, v. 1050. ad Men. 56.

1027—35 spurios habeo, quippe quibus quæ 1022—25 egregie dicta sunt et inutiliter repetantur et sermone minime laudando. Quod si quis veretur, ne brevius intervallum sit, quam ut Pseudolus v. 1034 iure queratur, quod nimis tarde egrediantur, is properationem Plauti parum considerasse videtur. 1027. *triplici modo*, cf. 707. — 1028. *conparem*, cf. Cas. 746. — 1029. Post *me* hiatus in cæsura; R. „atque hinc". — 1030. *ne redeat etiam dum* pravum est; scribendum erat aut „ne redeat satis mature" aut „quia non rediit etiam dum", cf. 962. — 1032. *advenat*, v. Proleg. p. 215. — 1035. *exspectat* ed. pr. — *conligatis vasis*, ut faciunt qui profectionem parant. Alibi castra moturi vasa colligere dicuntur, v. Cic. Verr. IV, 19, 40. Liv. XXVII, 47, 8. Senec. Ep. 19, 1. — 1037. *aufugiat* Cam. — 1038. Confestim omnis timor abiicitur; nam iam Simiam videt cum puella ex ædibus lenonis egredientem. Nimis languide R. ante hunc versum talem fere intercidisse putavit: „Set foris concrepuit: eccos ut uolui exeunt".

1041. *dentatum*, magnis dentibus instructum, mordacem. — 1042. *Macedoniensem*, cf. „Babyloniensem" Trucul. 87. 204. 391. — *flentem facit*, cf. 325. — 1043. *esse te* Cam. — *duceris* scripsi; R. „duxero". — 1045. *desedisti*, v. ad Bacch. 235. *tam diu* Acid. — 1046. *retunsumst* Cam. Cor timore saliens tam vehementer pectus percussit, ut iam debilitatum sit et quasi acie fracta retunsum. *oppugnando*, cf. Cas. 389: „Temperi, postquam oppugnatumst os". — 1048. Simia indignatur quod Pseudolus parum opportunum interrogandi tempus elegerit, quippe quo occasionem præbeat insidiis hostilibus. *perconteris* ed. pr.; nec male dici videtur „occasio, ubi perconteris" pro occasione percontandi, recte etiam dicitur „occasio insidiis", sed admodum dure utrumque iungitur. Quare fuit quum corrigerem „in signis" pro „insidiis". Ritsch. lacunam inesse suspicatus pro uno versu duos sibi informavit: „Ubi perconteris me, [opportunam scilicet: Qui hic oppugnemur] insidiis hostilibus".

— 1049. *Quin hinc meamus?* Seyff. Philol. XXV p. 451. Salmasius: „quin uiam metimur?“ — *militariis*; in promptu est „militaribus“ corrigere, sed fieri potest, ut hic, ut in aliis similibus, utraque forma in usu fuerit, v. Ritsch. Opusc. IV p. 464. Langen. Beitr. p. 323 sqq. Milites grandibus gradibus incedere solebant, cf. Epid. 14: „ut tu is gradibus grandibus!“ Lor. „milliariis“ ed. — 1050. *Atque edepol*, cf. 1026. — 1051 etiam in A fuisse apparet. *triumphi* si pro vocativo sumitur, ratione caret; quod autem R. substituit „triumphe“ exclamationem, credo, ut „io triumphe“ Hor. Od. IV, 2, 49, non magis placet. Genetivus videtur; ad triumphi cantharum, i. e. ad convivium victoriæ causa celebrandum, eos vocat.

1052. Titulus ex A editus. Ballio exit omnem rem confectam censens, Pseudoloque nullam iam restare fallendi occasionem gloriatur. *Hahahe* Both. ut supra 951. Poen. 767. Truc. 211. Terent. — *mihi demum* A; in quo ne quis dubitet, quin *demum* a *nunc* separari possit, cf. Trin. 781. Bacch. 1096. Cas. 446. 778. Ter. Andr. 882. — *loco est* A. — 1053. *iste* codd.; Fl. ille. — 1054. *Iube* Geppert., cf. Most. 417: „Iube nunc iam“. Rud 708: „Iube modo occedat prope“, et omnino de imperativo non ad alterum relato ad Most. 870. Fl. et R. „Lubet . . . ueniat Pseudolus“ scripserunt ut 1061. — *scelerum*, cf. 821. — 1055. *Et abducere* etiam A. Coniunctionem om. Both. — 1057. *periurare* et A et B et C, cf. ad Asin. 291. — 1058. *per deridiculum*, cf. Mil. 92. Lor. confert „per ridiculum“ Trucul. 262. Cic. Off. I, 37, 134. — 1060. *pistrino* A. *ut conuenit*, inter Pseudolum et Simonem, v. 534 sq. — 1061. *ueniat* Cam. — 1062. *promiscam* A, i. e. communiter. Fest. Epit. p. 224: „promiscam dicebant pro promiscue“.

1063. Nec A nec C novam scenam incipit. Simo quum maxime adveniens servum callidum cum Ulixe comparat, ut Bacch. 941 et 944 sqq. Quærit, num iam, ut Ulixes ex Troiana arce Minervæ signum abstulit, ita ille ex ædibus Ballionis Phoenicium abstulerit. *quid rerum* A, cf. Aul. 54. Men. 777. Rud. 897. — *meus* A. — 1064. *Ballionia* A. — 1065. *fortunatam cedo* Saupp. ex A. — 1066. „Simo“ codicum ex personæ nota ortum est. — 1069. „inde“ similiter ex male anticipata præ-

positione. Sine errore versum affert Priscian. VIII p. 794. — *instipulor* exstat etiam Rud. 1381. De stipulatione cf. ad 539. — 1071. *illic* Pylad. — 1073. *Roga* Both., ut 117, ubi idem versus legitur. Lor. pro spurio habuit; mihi aliter videtur, v. ad 588. — 1074 R. proximo postposuit; vix opus. — 1078. *Dabin*, sc. si ille hodie illa sit potitus muliere cett. v. 1071 sq. — 1079. *conuenistine hominem?* Quo modo hoc post 1067 interrogari potest? Quid autem sibi vult responsio „Immo ambos simul"? nam quæ leno in tertia fabulæ scena cum Calidoro et Pseudolo collocutus est, huc omnino non pertinent. Iure, ni fallor, Kiessling. Mus. Rh. XXIII p. 425 et Lor. vv. 1079—86 pro spuriis habent; F. Schmidt in Miscel. philol. Gotting. 1876 multo plura in hac scena turbata censuit. — 1080. *dicit* codd.; „dixit" Both. — 1083. *aibat* Beroald. — 1085. *nec recte*, v. ad Asin. 154. — 1086. *nihili* Camer. — 1087. „Quid est quod" Cam.; sed hæc cum antecedentibus, sive v. 1086 sive 1078 antecessisse statuas, male cohærent. Necessario incipiendum est a *Sed* ut 1079; tum *qui* scripsi cum Pylade. — *metuas* codd. Both. „metuam", vix opus. — *id* abundat, cf. Stich. 110: „Quibus matrona moribus esse oportet, id utraque ut dicat mihi". Trin. 850. supra ad 699. — *expeto* Beroald. — 1088. „a me" del. Reiz. R. — 1089. *SI. Qui dum? BA.* add. Fl.; Langen. Beitr. p. 326 „Quinam?" maluit. — 1090. „ueniuisse" Fl. R. — 1092 codicum scripturam recte tuetur Spengel. Plaut. p. 65 sq. *obsignatum symbolum*; cf. 651, ubi epistolam symbolum dicit. Oratio continuatur proximo versu; Ballionis nota in codd. errore v. 1094 anteponitur. Cum interpellatione Simonis cf. Aul. 408. Amph. 1137 cum comm. — 1095. *Bonan fide* ed. pr., cf. ad Aul. 765, add. Poen. 437. Pers. 486. Most. 657. Leno turpiter iocans aliter accipit. — 1097 et 98 uterque, sed non eodem modo, ad 1096 respondet, ut alterum utrum spurium esse appareat. Lor. et Schmidt. posteriorem damnarunt, ego priorem, qui semel dicta inepte repetit; alterum tuetur Simonis responsio. — 1098. „quidem" delevi; R del. „ex urbe". — *in Sicyonem*, v. ad Bacch. 169; add. Men. 265. 372. Mil. 778. Ter. Andr. 931. Phorm. 873. Hec. 171. — *abduxit* Lamb. Audiatur „eum me fefellisse censes?" — 1099. *Pseudolum*, anticipatio, cf. ad Aul. 662. —

1100. Pseudolum in pistrinum daturus vel in eorum servorum numerum adscripturus, qui molas trusatiles versant, similitudine ex Romanorum more coloniæ deducendæ petita (cf. ad Asin. 295), facturum se ait, ut nomen det ad coloniam, cui *Molæ* nomen. Male Pylades „molarum" correxit, R. autem, Lor., Bergk. Beitr. p. 99 pro genetivo habuerunt; accusativum recte defendit Bücheler Ann. phil. XCIII p. 242 sq. Ordo autem verborum vere Latinus est, ut proprium nomen priore loco ponatur, v. ad Amph. 1093. — *det nomen*, cf. Liv. I, 11, 4. III, 1, 6 al. — 1102. *Nisi ut*, i. e. sed hoc faciendum censeo, ut, v. ad Aul. 357.

1103. Redit Harpax, servus simplex, qui se hero suo fideliter servire censet. Canticum variis numeris conscriptum incipit a duobus octonariis anapæsticis. 1105—6 tetrametri bacchiaci. 1107 trochaicus septenarius. 1108 dimeter creticus. 1109 constat ex duobus tripodiis trochaicis catalecticis, 1110 ex dipodia iambica et tripodia trochaica catalectica. 1111 tetram. creticus. 1112 similis 1110. 1113 et 14 creticus cum dimetro troch. catalectico. 1115 clausula iambica. 1116 dimeter bacchiacus cum tripodia trochaica catalectica. 1117—18 tetrameter creticus cum trimetro. 1119—20 item. 1121 dimeter creticus cum tripodia trochaica catalectica. 1122 dimeter trochaicus. 1123 septenarius troch. 1124 dimeter creticus. 1125—27 septenarii troch. 1128—32 tetrametri bacchiaci. 1133 tres bacchii cum dipodia iambica. 1134 tripodia troch. catal. 1135—36 systema anapæsticum. 1137 iambicus octonarius. 1138 sqq. trochaici septenarii.

1103. *nihili* ed. pr. Post *eri* hiatus; *seruos* ultimam non producit; facilioribus Ritschelius numeris: „eri sui seruos facit imperium". — 1104. *Nihili* ed. pr. — „nisi si admonitust" Fl. — 1105. „esse" del. Guiet. — 1106. *abdiderunt*, removerunt, cf. Verg. G. III, 96: „abde domo". — 1107. *Luxantur*. Fest. Epit. p. 120: „Luxantur a luxu dictum, i. e. luxuriantur". Non. p. 335: „Lustrare dicimus et scortari, a lustris. Plautus Pseudolo: luxantur, lustrantur, comedunt quod habent". Versus dubius; R. in notis: „quod habent omne"; quod in textu posuit: „quod habent, quod non", minime probandum. — 1110. *inprobis*

artibus se tenere, i. e. improbis artibus uti, in impr. art. versari; paulo aliter Asin. 593. Merc. 1005. — 1112. *nobilis*, notus, v. Fest. p. 174. supra ad 597. — 1116. *Ego ut mihi inperatum est*, qui fortasse proprius versus fuit, in archetypo incuria omissa, pravo loco ante v. 1113 reposita esse vidit R. — 1117 sq. similiter turbati. *mansi ut iusserat* (*uti* Both.) suo loco omissa proximum versum invaserunt; ego in priorem transtuli. „sineret" corruptum est nec, quod Vossius suasit, „siuerat" sanum, quamvis cum Bothio *me* addas. Ego hoc retinui, quod abesse non potest; illud ex proximo versu male lecto ortum credidi. — 1123. *hoc*, sc. ostium. Lor. conf. 1142. Rud. 413. Trin. 870. 1174. Amph. 1013. — *intus huc* scripsi; „intus hinc" Winter p. 76. — 1125. *A* exstat in A, qui una cum ceteris codd. a *uolo* versum orditur. — 1127. „tam" ut ex antecedenti syllaba ortum delevi; vulgo cum Pio „iam". — *admordere*, v. ad Aul. extr. — 1129. *dat* scripsi; R. „datat". *nam* ed. pr.; R. del. — 1130 ex A, v. Löw. Anal. p. 172. — 1131. *Populo* A. — Post *inprobi* hiatus parum veri similis; Müller. Nachtr. p. 142: „inprobi usu uiri sunt". Spengel.: „probrosi". — 1132. *quod*, v. ad 29. — *ut* pro „ni sic" ed. pr.; „sic" aut „si" ex initio proximi vocabuli ortum est. — 1133 sq. iisdemque litteris eodemque loco leguntur in A; R. post 1137 posuit. — 1135. *mihi haec* etiam A. — 1139. *habet rectam uiam*, cf. Trin. 868. — 1141. *ibo*; *noui* Camer. — *bona scaeua*, bonum omen, v. ad Asin. 264.

1144. *fac compendi*, v. ad Asin. 305. — *operam quaerere*, i. e. quærendi, v. ad Aul. 333. — 1145. Ex vestigiis A, ubi Studem. legit Q . . . . . . SUSIPSUM, Luchs. in Herm. VI p. 276: „Quia tu eum ipsus ipsum"; ego „eum" omisi. *praesens praesentem*, cf. Most. 1057. — 1146. *Tune*; Simonem alloquitur; is autem indignatus se pro lenone haberi, eum malo cavere iubet. „Caue sis infortunio" legitur Rud. 828. Hic additur *a curuo* (sic A), quod non magis intelligimus, quam quod in ceteris codd. est „curio"; „crassum infortunium" Rud. 833. — 1147. *in hunc*, in Ballionem, *intende digitum*, ut in me feceras; nam digito monstrabant quos alloquebantur. — 1148. *bone* Camer. Probitatem eius ita laudat, ut addat eum sæpe æris alieni causa postulari, cf. supra 558. — 1149. *libella*, cf. 99. — *quid* Acidal.

— 1152. *lectae*, v. ad Bacch. 969. *numeratae*, cf. Poen. 593. 712. Pers. 439. 526. — 1153. *Hoc*, v. ad Bacch. 1026. — — 1154. *atque* (sc. iussit) *ut*, cf. ad Most. 912. — 1155. *Miles Macedonius* iungenda ut 1066 al. — 1156. *Admodum* affirmat, v. ad Merc. 394. — 1158. *abduceres* ed. pr. — 1159. *Ita* hoc versu A. — 1160. *maturate* ed. pr. — 1161. *diem* A. — 1162. *fit* Both. — 1164. *Iuxta cum*, cf. ad Aul. 674. — 1166. Argentum iam accepit v. 1152. — 1168. Ballio argentum commune esse non concedit; malum totum Simoni tribuit. — 1169. *Quid mihi es auctor?* quid mihi suades? cf. Poen. 408. Ter. Ad. 939: „Idne estis auctores mihi?“ Cic. ad Fam. VI, 8, 2: „a me consilium petis, quid tibi sim auctor“. — 1170. *Exploratorem*, speculatorem. — *ludos* Lamb., v. ad Amph. 567. — 1171. *senserit* ed. pr. — 1172. *Quid ais?* cf. 352. — 1174. *Nam* edd. — 1175. Huc non pertinent quæ quasi ex Pseudolo affert Servius ad Æn. I, 140. — 1176. *dices*. „an dicis potius?“ R., cf. tamen Poen. 630 sq. — *Quotumo*, cf. 967. — 1177. *Altero ad m.*, sc. Sicyonem reliqui. — 1178. *Strenue* edd. — *mehercule* tuebatur Fl. Exercit. p. 10; postea maluit: „mehercle iuisti“. Lor. cum Bergkio: „Strenuissime hercle iuisti“. *me hercle* cum hiatu etiam Rud. 1365. — *homo est* Both. — 1179. Pernicitatem hominis prædicans, *suras* quasi huic convenientes laudare exorsus necopinato ludibrii causa alio transit easque compedibus gravibus aptissimas dicit. — 1180. An, inquit, tu te vere liberum natum esse dicis et infantem *in cunis* cubitasse, quales deliciæ ingenuorum propriæ erant, vid. Ussing. Erziehung u. Unterricht bei den Griechen u. Römern p. 52. Male quidam de obscœno quodam verborum lusu cogitarunt. — 1181. *Scilicet* ironice affirmat. Simonis nomen præfixit Taubmannus; Ballio ad foediora progreditur, quæ 1183 sq. planius indicat, scortum eum heri fuisse. — 1182. *Scilicet* cum infinitivo, v. ad Asin. 780. — 1183. *quum* A. — 1185. *tamen tibi* A. Antecedentia ibi legi non possunt. „Ire licebit“ corrupta esse, vel numeri coarguunt. Lor. cum Studem. Stud. I p. 20: „Ilicebit“, inaudito vocabulo; ego *id* scripsi. Sed ne „tamen“ quidem ferri potest; aut deleatur vox parum certæ sedis et transponantur cetera, aut *iam* scribatur, quod feci. —

temperi, cf. 388. — 1186. *emittis*, ex aedibus. — *aut*, sc. si illud non vis, cf. Stich. 71. 441. *redde* Both. — 1187. *commemora* A, v. Studem. Stud. I p. 169, ubi Becker. „qui conducta sit“ coni. — *conducta*, nam tuam apparet non esse. — *Quid est?* cf. Merc. 747. — 1188. *Quid meret machaera?* affert Donatus in Andr. 2, 1, 31; i. e. quantam mercedem acquirit domino, unde conducta est? cf. 1189. 1194. Hor. A. P. 345: „hic meret aera liber Sosiis“. — *Elleborum* ed. pr., quo insania curatur. — *Eho quid mercedis* iungenda, sed Harpax, quem inter loquendum arripuit, eum interrumpit. — 1190. *Quoi* Ritterhusius. — „quid socii“ ex dittographia ortum iure del. ed. pr. Parum recte Lamb. „quid socci?“ nam caligis utuntur milites. R. hoc amplexus, quum versus iusto longior fieret, duorum versuum reliquias esse censens lacunam significavit. — 1191 sq. additamentum multo inferioris ætatis videtur, quo *peculium* membrum virile dicebant; nihil enim his ineptius. *Unctos* dixisse videtur, ut in balneis fiebat; nam *fricari* eos debere, i. e. vapulare. *ex antiquo*, more intelligunt; sed quando hic mos abolevit? — 1193. *uero serio hoc* ex vestigiis A Löw. Anal. p. 172. Cf. ad Merc. 677. — 1194. *argento* prætuli, quia ex B apparere videtur, sic in archetypo correctum esse; nec aliter Seyffert. Stud. p. 22 sq. — 1195. *Qui istic* ed. pr., cf. Merc. 466. — *fallaciae* vox in proximo versu repetita ita offendit Bothium et Ritschelium, ut hic in priore versu „sycophantiam“, ille in altero „fabricis“ reposuerit. — 1198. „*nullius coloris noui*, qui homo mihi plane est ita ignotus ut id, quod nullo colore præditum est; vid. proverbium: albus an ater sit nescio“ Taubm.; sed qui hæc sic Latine dici posse putat, is profecto nec grammaticam nec logicam curat. Ego monstrum versus seclusi. — 1199. *Pseudolo* Pius. — 1200. *abduxisse* Cam. — 1203. *aduemiens extemplo*, quum primum adveni, cf. Poen. 651. Epid. 361. „ilico“ Ter. Heaut. 182. — 1204. *Eri imagine*, cum hiatu, v. Prol. p. 224. R. „Mei eri“. — 1205. *tu* et *dedisti* ed. pr. — 1206 stupido interpolatori debetur, nam nec rei metricæ nec grammaticæ gnarus est, qui *nugis meditatur* scribit, et prorsus contrarium scribi oportuit. Itaque R. versum, quamvis dubitanter, sic re-

finxit: „Satin confidit nequam? nugas haut est meditatus male“. In A Löw. p. 172 suspicatur „sycophanta“ omissum fuisse. — 1209. *abduceret* et A et BC h. l. — 1210. Ante *Nam* audiatur „nugas esse apparet“ aut simile quid, v. ad Asin. 122, nec est quod cum R aliquid excidisse suspicemur. — 1212. *sycophantiose* ἅπ. εἰρ. — 1215 Ballioni dedit ed. pr.; 1216 Simoni idem; R. Ballioni continuavit, Simonis verba a „mira“ proximo versu ordiens; ego omnia Ballionis feci. — *perfrigefacit* ἅπ. εἰρ., animum metu quasi frigore contractum significat. — 1217. *ab* Both. add.; *ni* Pylades. — *mira sunt*, v. ad Amph. 279. — 1218. *dedisti* ed. pr. — 1219. *suris* Cam. — 1221. *Perdidisti* cett. Ballioni dedit Scaliger. — 1222. *Actum est de me*; *iam* Cam. — 1223. *te hau sinam moriri* ex A Löw. De infinitivi forma v. ad Asin. 120. — 1225. *Auferen tu* A teste Studem. ap. Müller. Nachtr. p. 101. — *promisi*, v. 1078. — 1227. *dedas*, ad supplicium. — 1228. *ut caueres*, *centiens* ed. pr. — 1229. *uiginti minis*, cf. 537. *modicis*, „id quod modicum est, si cum tuo damno comparatur“. Plerique sententiam non intellexerunt, parum apte „commodis“ aut „immodicis“ substituentes. — 1231. Versus causa „hac“ del. Both.; „sis“ Guiet.; R. transpos. „hac sis me ergo“. — 1232. *SI. Quid ego? BA. Peregrinos* Both. — *absoluam*, v. ad Aul. 509. — 1233. Ante *habuit* hiatur in diæresi. Leno se omnino perditum et quasi capitis damnatum esse dicit. Quoniam vero ex XII tabulis de capite civis nisi comitiatu maximo iudicari non licebat (Cic. Leg. III, 19, 44), *centuriata comitia* de se Pseudolum habuisse dicit; cf. ad Aulul. 692. — 1234. *illunc* Both. — 1235. *tu* ed. pr. — In exitu versus A: ū, unde Löw.: „dum hac uia redeam domum“. — *ne exspectetis*. Spectatores alloquitur se non amplius visuros. Veritus autem, ne in ius vocetur, hominum adspectum se ait fugere latasque vias vitare, *angiporta* solitaria sequi. Cf. Asin. 734 sq. „Angiporto Illac per hortum circumit clam, ne quis se uideret“. Pers. 445: „Abi istac auorsis angiportis ad forum“. Voc. „haec“ necessario delendum est. — *Ita res gesta est*, v. ad Mil. 207. — 1237. Harpax moram eius accusat. *quantum* add. Pylades.

— 1238. *emortualem*, ἅπ. εἰρ., quo emoriatur, quasi mortem sibi consciscere velit. Cf. ad Bacch. 843: „exanimalem“.

1239. Postquam Ballio et Harpax abierunt, Simo secum loquitur. A sine intervallo cum antecedentibus continuat. Cantici nota in cod. C additur. — *tetigi*, cf. 121. — 1242. *intus* Kochium secutus Lor.; „inultus“ Epid. 328 est impunitus. R. *at* omiserat. — 1243. *ultro ei* R. — 1244. *doctust* R. — 1245. *dolum Troianum*, quo Troia capta est, equum ligneum. Post hæc hiatur in diæresi. *Ulixem* Cam. *Pseudolus* ed. pr. — 1246 spurium habet Lor.

1247. Pseudolus, qui v. 1051 ad convivium, apud Charinum puto, celebrandum abierat, redit ebrius, ut eum pedes vix sustinere possint. Canticum creticis fere numeris conscriptum est. 1247—48 tetrametri bacchiaci. 1249—50 tetr. cretici. 1251 hexameter bacchiacus. 1252—54 tetrametri bacchiaci. 1255 sq. systema trochaicum ex quattuor dipodiis integris et catalectica. 1257—58 bacchii cum dimetro cretico. 1262 dimeter bacchiacus cum penthemimere iambico. 1263 trimeter bacchiacus. 1265—66 duo tetrametri bacchiaci cum clausula iambica. 1267 iamb. dimeter. 1268 creticus cum tribus trochæis. 1269 trochaicus octonarius. 1270—72 duo tetrametri bacchiaci cum clausula iambica. 1273 et 74 constant ex dimetro bacchiaco et penthemimere iambico. 1275 constat ex duobus bacchiis et reliquis anapæstis. 1276 septem trochæi. 1277 tetram. bacchiacus. 1278 dimeter iambicus. 1279 dim. bacchiacus cum penthemimere iambico. 1280 trimeter bacchiacus cum dactylo et trochæo. 1281 troch. septenarius. 1282 et 83 constant ex repetito penthemimere trochaico. 1284—85 tetrametri bacchiaci. 1286—87 octonarii trochaici.

1247. Pseudolus expostulat cum pedibus suis. *Sicine hoc fit?* cf. Asin. 126. — 1248. *uoltis ut*, cf. Langen. Beitr. p. 326. — *iacentem* D, ed. pr., cf. Most. 322. — 1249 sq. In utroque versu ultimus pes choriambus est. *Pergitin pergere*, cf. Poen. 431. Aul. 174 c. not. — *saeuiundum*, ira, cf. Epid. 656. Cas. 618. Ter. Andr. 868. Herm., R. male „seruiendum“. — 1251 affert Donat. ad Ter. Eun. 4, 5, 1 „primo“ scribens. Quia ebrium pedes destituunt, vinum comparat cum luctatore,

qui dolose adversarium evertat subtractis pedibus, ὑποσκελίζει, v. Lucian. Anachars. 1. Plat. Euthydem. p. 278 B. — 1252. Ebrium se esse significat vocabulo nobis ignoto: *habeo madulsam*. Fest. Ep. p. 126: „Madulsa, ebrius, a Græco μαδᾶν deductum, vel quia madidus satis a vino“; unde Lipsius et post eum vulgo: „abeo madulsa“, incredibili adiectivi forma. — 1253. *excurato*, cf. Cas. 686: „Lepide excuratus incessisti“. Post h. v. hiatus in diæresi. — *dignis* R.; „digne ah“ Lips. „dis dignis“ Spengel. Reformvorschl. p. 210 hunc et proximum versum trimetros anapæsticos faciens. — 1255. *opus est* A. — 1257. „in hoc“ del. R., nec in anaphora sine causa variari debet; Lor. „hic“ substituit. — 1258. Subiectum infinitivi quum desideraretur, R. „proxumam“ scribens addidit „suauitatem“, Lor. „hic ego hominem“. Verum locus additamento, non lacuna laborat; subiectum est *propinare* v. 1263; quæ interiecta sunt a v. 1258 „nam“ ad 1261, vera rem æstimanti ab hoc loco prorsus aliena sunt. — 1260. Lasciva osculandi ratio significatur, v. ad Asin. 688. Bilinguem sic utrumque fieri dicit, i. e. perfidum, v. Pers. 300, talemque manifesto prehendi; *bilingui* genetivus vide-videtur vocis inauditi bilinguium, ut Bacch. 693 „mendaci prendit manifestum“. — *inter se* Cam. — 1261. *mamma mammicula* Pontanus. *alia aut* Cam. — *conduplicant* fortasse intransitive ut „congeminauimus“ Amph. 779. — 1262 sq. unum versum facit B. *cantharum* Scutarius. *amicissumam amicam* R. — *dulcifer* etiam Enn. Ann. 71. — 1264. Hic quoque versus, si quis versum dicere vult, ab hoc loco prorsus alienus videtur. *alii* Dousa. — *morologis*, cf. Pers. 50. Sed quis non miretur philosophum μωρολογίαν a tali convivio prohibentem? Cf., si placet, Plut. de garrulitate 4. — 1265. *lemniscos*, fasciolas dependentes ex coronis, ut ait Fest. Epit. p. 115. — 1266. *non enim parce promi*; talis enarratio vocis *dapsilis* si re vera scripta fuit, Plautina non fuit; Acidalius „parcipromi“ (coll. Trucul. 185) audito „fuimus“, nimis dure. R.: „neque etiam parce promi uictum ceterum“. Longe aliter apud Plautum ponitur „Non enim“, cf. ad Mil. 285. Si quis „noenum“ corrigat ut Aul. 67, ferrem: „noenum parce“, sed quid voc.

„promi“ faciam, non video; quare hunc quoque locum additamento spurio vitiatum credo. His omissis versus ex tetrametro bacchiaco et dipodia iambica constabit. *de* præpositionem addendum esse, Bergkius vidit. — 1268. *sumpsimus*, insumpsimus, cf. Ter. Ad. 287: „hilare hunc sumamus diem“. 854: „ei rei hunc sumamus diem“. — *prothyme* Cam., i. e. προθύμως, libenter, cf. prothymiae Stich. 633. 656. — 1269 R. cum sequentibus iunxit parum recte. — 1272. *Cordi* Lambin. — 1273. *med* Cam. — 1274. *intuli* ed. pr., cf. 915. — „illis“ delevi ut ex dittographia ortum; R. „illi“. — 1275. *Nempe* R.; Fl. „enim“, quod in principio orationis forsitan sic poni possit, vid. ad Mil. 431, in coniuncta oratione non potest; sed fieri potest ut aliud vitium subsit. — *quippe qui*, i. e. quippe, v. ad Amph. 738. — *Ionica* Cam.; hæc saltatio mollis et lasciva erat, cf. Stich. 764. Pers. 823. Hor. Od. III, 6, 21: „Motus doceri gaudet Ionicos“. Poll. IV, 103: τὸ δὲ Ἰωνικὸν Ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο Σικελιῶται μάλιστα. Athen. XIV p. 629 e: ἦν δέ τις καὶ Ἰωνικὴ ὄρχησις παροίνιος. — 1276. „Sed“ ferri non potest. R. voc. „sic“ huc transtulit. Fortasse ex v. 1273 irrepsit; ego delevi, ut hic versus cum „ex disciplina“ iungatur. — „hæc“, quod a C abest, om. ed. pr.; Both. male „hac“. — *palliolatim*, ed. pr., cf. Front. de oratt. 4, 1, 9: „ut histriones quum palleolatim saltant, caudam cycni, capillum Veneris, Furiæ flagellum eodem pallio demonstrant“; cf. etiam Cæcil. 133. — 1277. „parum“ Lor. enarrat „da capo“ ut πάλιν Trin. 705, quasi parum saltatum esse; non credo. Vulgo editur „partim“, quod non magis intelligi potest; *perpetim* Spengel. Plaut. p. 20, i. e. perpetuo, quod recepi, quamvis hoc adverbium non alibi inveniatur, nam apud Apul. Apol. 73 „anno perpeti“ recte editur. — 1278. *nolui idem* sc. facere; paulo aliter saltavit. Sed spuria hæc videntur ut ἄμετρα sunt. In cod. B „nolui“ priorem versum claudit, „idem“ posteriorem incipit, et diiungunt edd. pro illo „volvi“ scribentes; sed tum „idem“ intelligi nequit; R. delevit, Winter „item“ scripsit. — 1279. *dabam me*, cf. Ter. Eun. 515 sq.: „ipsa adcumbere Mecum, mihi sese dare, sermonem quaerere“. Cic. Sest. 58, 124: „se populo dedit non plausus cupiditate, sed ut ipsi inimici nostri uoluntatem populi universi viderent“. — 1280.

Dum se parum caute circumvertit, cadit; hic finis ludo factus est; *naenia* enim, quæ ultima præstatur hominibus iam valere iussis, ipsum finem significat; v. Fest. p. 161 (cf. Epit. p. 163): „Sunt qui eo verbo finem significari crediderunt, [ut ait Plautus in Pseudolo]: Abi ergo". Quæ huc spectare Dacerius intellexit, nec dubitarunt Müller. et Bugg. Ann. phil. CVII p. 405, quos secutus *Ubi* scripsi; cur potius „Ubi ergo uortor" quam „Ubi circumuortor" scribam, non video. Festus præterea affert Trucul. 215: „Huic homini amanti mea era apud nos naeniam dixit domi". Bacch. 884. — 1281. *Atque* scripsi; „Itaque" non intelligo. — *dum enitor*, dum surgere conor. — *prax* C, ὀνοματοποιητικῶς crepitum ventris significat, ut proxima significant. R. cum Lambino „prox", coll. Fest. p. 253, quæ huc non pertinent. — *paene*, litotes, nam re vera factum esse ostendit v. 1284, nisi forte eum pro spurio habeas. — 1285. *exii, crapulam* ed. pr. — 1286. „abero" abesse ab A videbatur Ritschelio. — *foedus*, v. 536 sqq. — 1287. *aliquis* A, v. Löw. Anal. p. 173. De structura cf. ad Epid. 399.

1288. Simo exit cum crumena viginti minas continenti (v. 1294 sq.). Canticum ab initio creticis fere numeris compositum est. 1288 dimeter creticus cum tripodia trochaica catalectica; huic similes 1290. 91. 95. 97. 99. 1303. 14. — 1289 constat ex cretico et dimetro trochaico catalectico. 1292 tetrameter creticus; item 1293. 1301. 6. 7. 9. 10. 13. — 1294 trimeter bacchiacus. 1296 constat ex duabus tripodiis trochaicis catalecticis; item 1311. 12. — 1298 anapæsticus tetrameter catalecticus. 1300 dimeter trochaicus. 1302 tetrameter creticus catalecticus; item 1304. 15. — 1308 iambicus dimeter. 1316 iambicus octonarius. 1317 creticus tetram. hypercatal., sed spurius. 1318 duo dimetri anapæstici. 1319 octonarius anapæsticus. 1320 dimeter anap. 1321 troch. dimet. cat. 1322 anap. dim. cat. 1323 compositus ex dimetro iambico et dimetro trochaico. 1324 bacchiacus compositus ex tetrametro catalectico et trimetro. Sequuntur anapæsti, 1325 septenarius, 1326 octonarius, 1327—30 septenarii, 1331 octonarius. Tum 1332—33 systema bacchiacum. 1334 tetrameter creticus. 1335 dimeter

creticus cum dimetro iambico catalectico. 1336—37 tetrametri bacchiaci.

1288. *me* edd. — 1289. „tu", ex proxima syllaba male repetita ortum, om. A. — 1290. *cum corona*, ut ex convivio, cf. 1265. Amph. 992. — 1291. *Libere*, liberi hominis more. — *uide statum*, quam impudenter adstet. — 1292. *pertimescit* D, ed. pr. — 1293. *saeuiter*, v. ad Poen. 332. — 1294. De A hic et in sequentibus v. Löwe Anal. p. 173. — 1295. *in hoc*, in Pseudolo; nam ut pro „huius" ponatur, fieri vix potest. Quod demonstrativum non variatur, v. ad Merc. 31. — *spes* argenti aut omnis aut aliquam partem servandi, cf. 1324 et 1325. — 1296. Post *uiro* hiatur, v. Prol. p. 220. A in duos versus dividit. — *Pfui*, ructatur Pseudolus, cf. Most. 37 cum ann. — *I* add. ed. pr., v. ad 336. — 1298 ex A, nisi quod Löwio videbatur fortasse „adflicter" legi posse, ut Herm. coni. loco non intellecto. Significat enim „Cur pulsor?", v. ad Aul. 624. — 1299. *sis tene me* etiam A. — 1301. *interdius*, v. ad Asin. 591. — 1303 sq. laudat Nonius p. 164 corrupte „sic sines imon", unde Gulielmus „i modo", quod quamvis etiam in A exstet, tamen cum Spengelio Reformvorschl. p. 91 improbandum censeo. *sine*, v. ad Bacch. 97. — 1305. *potis esse* A. — 1306. *Massicus mons* Campaniæ ex Horatio notus. — 1307. *Fructus*, annuos reditus, vindemias, cf. Ter. Phorm. 1013. Cic. l. Manil. 6, 15. — *Hiberna*, quæ brevior est quam æstiva. — 1308. Duas versus partes transposuit Acid. — 1309. *onustam* ed. pr. Quærit, ex qua compotatione ebrius incedat, ubi se impleverit quasi navem, nam *celox* naviculæ genus est, v. ad Asin. 256; cf. Cist. 122: „ubi saburratae sumus". — 1310. *perpotaui* A. — 1313. *Derides*, quod ab A abest, libenter omitterem. — Pro *haec* emendatur „hoc"; nec illud ferri potest; sed ne sic quidem locus sanus videtur. — 1316. *Ius petis*, id quod iustum est, v. ad Epid. 26. — 1317. *At negabas*; ubi hoc factum est? In hac quidem fabula numquam. Versus spurius videtur. R. post eum posuit vv. 1324—26, quo nihil iuvamur. — 1318. *hunc hominem* i. e. „me", v. ad Capt. 334. Crumena se onerari vult; nam erravit R. in proximis *hac* cum „consequere" iungens; cf. ad Asin. 650. R. „hunc humerum" scripsit tacitus,

ut incuria factum videatur, sed sequuntur posteriores. — *ac* versus causa Spengelius. — *me consequere* in convivium, v. 1330. Post hæc diæresis vel potius exitus dimetri. In proximis post *onerem* similiter hiatus versum divellit, ut duo monometri fiant. — 1319. *Satin* Pylades. *ultro*, si sensum spectas, cum *inridet* iungendum est.. — 1320. „*Uae uictis*“ ait Festus p. 372 „in proverbium venisse existimatur“ gesta belli Gallici narrans ut Liv. V, 48; sed tam nude Plautus proverbium non posuisset. — Ab hoc versu ad exitum fabulæ in Palatinis codd. pro Simonis nota B ponitur, quasi Ballionis, quem inde antiqui edd. huius quoque scenæ participem fecerunt, errore iam pridem intellecto. — 1322. *me* ablativus est, v. Madv. Gr. L. 267; R. „mi“ quasi ex A, verum ibi non MIHI legit, sed MI, i. e. ME. — 1324. „auferre non“ si ab initio scriptum fuit, excidit „te pudet“. Iure Pistoris „auferesne“, ego *auferen*, ut 1225. — 1325. *Non audes?* i. e. non vis? cf. 79. — „hic“ omisi; num in A fuerit, ignoratur. R.: „huius“. Cf. ad Most. 1111. — 1326. *Num* scripsi. „Non“ pro „minime“ sic non dicitur. — 1327. *Neque* ponitur, quasi antecessisset „nolo“; Cicero „ne quidem“, posuisset, v. Madvig. Exc. III ad Cic. de Fin. — 1328. *tergum*, in quod sævias, cf. ad Asin. 317. — 1329. *Age sane igitur*, i. e. si tergi patientiam experiri vis, experieris; tum abire incipit. Hæc iungenda esse vidit Brix. ad Mil. 1024, ut Men. 155; cf. etiam Merc. 372. Poen. 554. „Igitur redi“ ineptum est. — 1330. *i* Acidal. aliique add. — *quod te iubeo*, v. ad Bacch. 989. — 1331. *plus* ed. pr. — 1332 sq. systema bacchiacum esse viderunt Christ. Metrik p. 453 et Winter l. l. p. 58; negat Spengel. Reformvorschl. p. 217. Fl. „I modo hac“ scripsit, quo facto bacchii etiam v. 1334 continuantur. — 1335. „ego ergo“ R. alii metri causa. — 1336. „si uoltis“ olim emendatum; *sultis* Winter. — „plaudere“ Spengel., cf. ad Bacch. extr. — 1337. *in crastinum uos uocabo*, non ad cenam, sed ad novum spectaculum, v. Ritsch. Parerg. p. 296.

COMMENTARIUS

IN

POENULUM.

Poenuli argumentum hoc est. Lycus leno Calydone in Ætolia degens duas puellas habet Carthaginienses, ingenue natas, sed parvula ætate una cum nutrice surreptas sibique in servitutem venditas. Earum maiorem natu, Adelphasium, Agorastocles adolescens Calydonius, minorem, Anterastilem, miles quidam amat. Agorastocles et ipse natione Carthaginiensis est, sex aut septem annos natus ex patria surreptus; sed qui eum emerat, Antidamas Ætolus eum postea adoptavit, vitaque functus magnarum divitiarum heredem fecit. Is puellæ, quam amat, iam pridem promisit se eam liberaturum, sed leno avarus nisi ingenti pretio vendere non vult. Quare Milphio, servus adolescentis, lenonem callido consilio circumvenire atque adeo perdere conatur, nec herus dubitat, quin adversus lenonem omnia concessa sint. Nam vilicum suum peregrini militis ornatu cum magna pecunia ad lenonem mittit, quasi qui ibi voluptati suæ satisfacere cupiat. Qui postquam ab eo receptus est, Agorastocles lenonem convenit se comperisse narrans servum suum cum pecunia furto ablata ad eum confugisse; quod quum factum esse neget, testibus advocatis res confirmatur, et leno furti manifesti reus est. Simul aliud ei imminet periculum. Syncerastus servus eius domino iratus Milphioni narrat, Adelphasium et Anterastilem ingenuas esse, ut eas Agorastocles in libertatem asserat. Qui dum dubitat, qua ratione huic assertioni fidem conciliet, opportune Hanno Poenus, pater earum, qui per multos annos eas ubique quæsivit, Calydonem venit et ab Agorastocle Antidamantis filio, quicum paterno hospitio iunctus fuerat, pro patruo agnoscitur. Huic igitur negotium datur puellas asserendi,

nec eum spes statim concepta fallit; nam a nutrice agnitus filias suas agnoscit, nec leno undique circumventus infitiari audet. Tum pater filiam fratris filio despondet, et quum mala illa fraus, qua petebatur leno, iam non necessaria sit, Agorastocles simplici restitutione pecuniæ a vilico acceptæ contentum se fore dicit; nec fraude et malitia, sed iure et æquo divina providentiæ vis et scelus ulciscitur et innocentiæ pietatique merita præmia tribuit.

Argumentum videmus simplex minimeque implicatum, nec si quis fabulæ partes non tam arte inter se connexas esse dixerit, quam hodierna ars postulat, equidem negaverim; sed quod fuerunt qui duo duarum fabularum argumenta in unum conflata esse putarent, Reinhardtius in Studemundi Stud. I p. 109 sqq. et Franckenius in Mnemosynæ vol. IV p. 146 sqq., nec patris adventus nec servi consilia fraudulenta per se eam copiam et varietatem habent, qua fabulæ opus est, ut mea quidem sententia Plautus contaminationis crimine omnino liberandus sit. Neque hanc fabulam plerisque Plautinis inferiorem duco, nedum cum Weisio a Plauto abiudicem; immo mira festivitate et hilaritate excellit. Singularis est persona Poeni, unde nomen adepta est, patris dico non pietate magis quam calliditate in quærendo insignis. Cum hoc Milphio, quasi Punice sciat, Punice loqui incipit, et interroganti hero hospitis verba interpretari conatur, ridicule similitudinem quandam soni Latinorum verborum et Punicorum sectans. Nec hoc Plautum invenisse putaverim, sed a Græco auctore transtulisse, si quidem Græcum fabulæ nomen *Καρχηδόνιος* fuit (v. 53). Auctoris nomen ignoratur, nam quæ ex Menandri Carchedonio exstant fragmenta cum hac fabula nihil commune habent. Plautus, ut solebat, nomen mutavit, Patruumque Pultiphagonidem appellasse dicitur (v. 54); posteriores ad primarium nomen redierunt, ut Poenulus fieret.

Apparet enim hanc fabulam sæpius relatam esse, primum brevi post Plauti mortem, quo tempore prologus additus est. Nec alia desunt per totam fabulam additamenta spuria, quæ histrionibus deberi videntur Plauti orationem variantibus et retractantibus. Hoc maxime in extrema fabula fit, ubi duplex

exitus legitur v. 1368 et 1419, quare editores inde a Camerario vv. 1369—1419 aut omnino omiserunt aut pro spuriis secluserunt; nobis qua ratione hæc turbata esse videantur, ad v. 1352 exponemus. Legentium autem, non spectantium causa additam arbitror interpretationem Punicam soliloquii Hannonis, atque adeo interpretationes, nam eadem bis repetita vel variata leguntur (v. 929—38 et 939—48), quo nihil magis a consilio poetæ alienum fuit.

Fabula non ante exitum belli Punici secundi acta videtur, et quod v. 523 dicitur „in re populi placida atque interfectis hostibus“, fortasse ad Macedonica et Asiatica magis quam ad Punica bella referendum est.

Personarum nomina partim Punica sunt ut *Hanno* et *Giddeneme* (v. ad 897), partem Græca, et ea quidem aut vulgo nota aut vulgari ratione formata, ut *Agorastocles*, *Adelphasium*, *Anterastilis*. *Lycus* leno lupi rapacis nomen habet, cf. 92. 1379. Militis nomen est *Antamoenides*, ut monstravit Ritschelius Opusc. III p. 346 sq.; sic enim A habet in indice v. 447 anteposito, B ante v. 1278; alibi „Antamonides“, „Antamonedes“ aut „Antomonedes“, edd. „Anthemonides“. Est autem Ἀνταμυνίδης, i. e. ἀνταμυνόμενος, qui se strenue defendit vimque repellit. Francken. Mnemosyn. IV p. 155 „Antamunidem“ dixit, sed pro *υ* longo et Græci Æolenses sæpe *οι* ponebant, v. Ahrens de dial. Æol. p. 191, et inde Romani oe, ut „Moelas“ Siciliæ oppidum dixit Servius ad Æn. VIII, 682 ac fortasse Sil. Ital. XIV, 202. Num Strabo recte Μοίσους Thraciæ et Μύσους Asiæ eosdem esse dixerit, non prorsus scio, nec ab errore vindicaverim Maximum Victorinum p. 1945 P. dicentem: „si peregrinæ litteræ z et y receptæ non essent, Hoelas et dephoerus diceremus“; sed antiquos Latinos sæpe oe pro u longo dixisse testantur loedus, oenus, moenus, coera, Poenus, alia. *Milphio*, turpis servi nomen, num a μίλφαις, i. e. a morbo, quo supercilia amittuntur, ducendum sit, ignoro; comparari potest Milphidippa in Milite glorioso. *Syncerastus* a συγκεράννυμι, quasi qui res turbat. *Collabiscus* vilicus dicitur v. 413 in BC, 557 et in titulis ante 577. 614. 710; vulgo „Collybiscus“ editur, ut A 413, BC 170 et 194, sed tale

nomen recte Ritsch. l. l. p. 344 animadvertit aptius danistæ vel trapezitæ (κολλυβιστῇ) tribui quam huic servo. Nec tamen illud nomen defenderim allato Trinummi v. 1021, cuius alia ratio est; hic a κολλάβῳ i. e. placenta, v. Aristoph. Ran. 507 cum schol., dictum videtur, quasi esca, qua leno in pedicam vel laqueum illiciendus est. — Græcæ litteræ, quæ in archetypo personarum notæ fuerunt, in cod. B servatæ sunt a v. 470 ad 1190; in reliqua fabula notæ, quas rubricator addere debuit, fere desiderantur, in mediis versibus spatia iis destinata apparent. Rem commemoravi Proleg. p. 158, ubi quod lenonis et militis notas uncis inclusi, postquam ipse codicem inspexi, *E* quidem ubique clarissime apparere affirmare possum, *Z* exstat v. 501, in prioribus errore L scriptum est; pro *Δ*, Anterastilis nota, v. 1184 *Λ* scriptum est facili errore.

Ad emendandam hanc fabulam multum contulit palimpsestus Ambrosianus, cuius huc pertinent XXIV folia integra cum frustulis unius, quæ textum continent versuum 280—499, 571—602, 634—706, 745—781, 849—1062, 1101—1378, 1417—19. Huius scripturas edidit Geppert. in ed. Berolin. 1864; inspexi etiam ipse quibusdam locis. Vaticanum et Heidelbergensem codices ipse contuli, nec paucis locis Geppertum errasse vidi. Illius media pars (463—1190) largius et elegantius, extrema admodum presse scripta est; in hoc (C) et scenarum tituli omnes desunt et primæ scenarum litteræ, nec spatia sibi relicta explevit rubricator; tum personarum notæ ante v. 960 fere nullæ leguntur, ab hoc inde versu personæ initialibus litteris significantur, sed ita ut persæpe, maxime in versuum principiis, omittantur. — Partes quasdam fabulæ Ritschelius separatim edidit cum apparatu critico, canticum 210—258 in ind. schol. Bonn. 1858—59, eam scenam, quæ vulgo actus II dicitur (447—502), ind. schol. 1864.

Argumentum

acrostichon. — 1 ex prolog. v. 66. — 2. *Osor mulierum* ex 74. Post hæc hiatur in cæsura ut in proximo v. post *heredem*. — 4. *Mercatur* edd. — 5. *uilicus* scribebant antiqui, ut „milia“,

quamvis etymologica ratio duplex l requireret. — 6. Post *furto* hiatus; Gepp. „itaque“.

Prologum

Poenuli non ab ipso Plauto scriptum censemus tam propter mentionem factam tragoediæ Ennii, qui Plauto aliquanto minor fuit, quam quia totus prologi color a Casinæ prologo paulum abhorret, v. Proleg. p. 163. Sed non ita multis annis post Plauti mortem compositum esse, ostendit v. 79, unde apparet Carthaginem nondum eversam esse, neque ei, qui hæc scripsit, in mentem venit fore ut brevi everteretur. Prologus incipit ab alius fabulæ recordatione, quam fortasse idem histrio aliquando egit, certe spectatoribus notam esse et memoriæ eorum etiam nunc obversari censet. Ea tragoedia est Q. Ennii, cui nomen erat *Achilles Aristarchi*, quia ab Aristarcho Tegeata, qui Euripidis æqualis fuerat, eam Ennius interpretatus erat. Eandem laudat etiam Festus p. 242. Auctoris autem nomen Latinus poeta ideo addidit, ut, quum prius alteram Achillis nomine fabulam docuisset, posterior ab illa distingueretur; et exstant utriusque fragmenta. — *commentari* est in memoriam revocare repetendo, cf. Trucul. 723. Cic. Phil. XI, 6, 13: „alter commentatus est mimos, alter egit tragoediam“. Sueton. Gram. 2: „ut carmina parum adhuc divulgata . . . diligentius retractarent ac legendo commentandoque etiam ceteris nota facerent“. — 2. *Inde . . . ex ea*, epexegesis, cf. 78. — 3. *Sileteque et tacete*, Græce σίγα σιώπα. — 4. *Audire iubet uos imperator*, hæc quoque Ennii esse videntur; comicus addita voce *histricus* in suam rem convertit. Müll. versus causa: „uos iubet“. — 5—10. Hi versus ita sententiarum tenorem turbare videbantur Geppertio, ut eos post v. 16 poneret; sed, modo intelligamus vv. 7—10 parenthesin facere, et iungamus „Bonoque ut animo sedeant spectatores, exsurge, præco“, locum tuentur. — *sedeant* et *esurientes* edd. — 8. *fabulis*. Löw. Anal. p. 206 „Lusus“ inquit „est vocabulorum fābulae et făbulae“; non credo. — Constat ludos et apud Græcos et apud Romanos mane incepisse (v. infra 21.

Cic. ad Fam. VII, 1, 1. Becker. Charicl. II p. 272 sq.) et per magnam diei partem pertinuisse, ut, qui non ante cibum sumpsissent, facile famem experirentur, cf. Arist. Av. 785 sqq.

Οὐδέν ἐστ᾽ ἄμεινον οὐδ᾽ ἥδιον ἢ φῦσαι πτερά.
αὐτίχ᾽ ὑμῶν τῶν θεατῶν εἴ τις ἦν ὑπόπτερος,
εἶτα πεινῶν τοῖς χοροῖσι τῶν τραγῳδῶν ἤχθετο,
ἐκπτόμενος ἂν οὗτος ἠρίστησεν ἐλθὼν οἴκαδε,
κᾆτ᾽ ἂν ἐμπλησθεὶς ἐφ᾽ ἡμᾶς αὖθις αὖ κατέπτατο.

9. *paratum est quod edit* Pareus, cf. ad Aul. 664. — 11. Hunc quoque versum et alii et Ribbeck. Ennii esse putarunt; sed tum antecedere, non subsequi debebat versum 3, nec video, cur non eiusdem poetæ esse possit, qui in proximis eundem præconem alloquatur; cf. Asin. 4 cum ann. — *fac populo audientiam*, fac ut audiat. Paulo aliter Cic. Cat. mai. 9, 28: „facitque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio". — 13. *quam per*, v. ad Amph. 234. — *cluis* Löw. Anal. p. 206; malim „clues", quod Plautus dicere solet; Gepp. „uales" scripserat. — 14. *tacitum* Pareus, i. e. tacentem, cf. 32. 905. Rud. 1114. Löwio ‚spurium hunc versum censenti accedere non possum. — 15. Præconem, postquam vox eius silentium imperavit, histrio iterum residere iubet, alteramque ei, ut taceat, mercedem promittit, cf. Asin. 5: „Age nunc reside; caue modo ne gratiis".

16. *Bonum factum*, cf. 45. Sueton. Cæs. 80: „Bonum factum, ne quis senatori novo curiam monstrare velit". Vitell. 14: „Bonum factum, ne Vitellius intra eundem Calendarum diem usquam esset". Semper verbum substantivum omittitur. Nolui igitur cum antiquis edd. „esse" in „est" mutare, præsertim quum non est, sed erit requiratur. Gepp. ut v. 45: „Bonum hercle factum"; sed in „esse" aliud latere videtur; *ergo* scripsi. — 16. *Edicta* eius id unum spectant, ut spectatores ordine sedeant et silentio spectent, ne fabulæ actio aut strepitu spectatorum aut iurgiis lictorum immodestos coercentium turbetur. Romæ autem — nec enim Benndorfio credendum est (Zeitschrift f. österreich. Gymnasien XXVI p. 85) hæc de Græco poeta desumpta esse — nondum stabile theatrum fuit aut lapidibus structum, quale quum a. 154 a. Chr. n. censores facere conati essent, senatus auctoritate prohibitum est. Cavea in

colle acclivi posita subitariis gradibus muniebatur, eo tamen servato ordine, ut proxima quæque spectacula honestioribus et locupletioribus servarentur, v. ad Capt. 15. Inde ab a. 194 senatum novimus a populo reliquo secretum spectasse; cetera quo tempore quæque ordinata sint, ignoramus, nec huius prologi tempore prorsus certa ratio aut instituta aut servata videtur. Ita fieri potuit, ut *scortum exoletum* inter primos locum occuparet, dum eum *lictor* eius magistratus, qui ludos faciebat, convicio et virgarum metu expelleret. *ne quod* scripsi cum R. Parerg. p. 210; Acidalius „quis" ita defendebat, ut „scortum exoletum" pro genetivo pluralis haberet, sed hoc pro certo genere poni non potest. Gepp. male: „quasi". — *Proscenium*, i. e. locus ante scenam, vulgo dicitur suggestum histrionum actui destinatum, pulpitum, *λογεῖον*, ut Amph. 91, sed quum hic locus etiam *scena* dicatur, ut infra v. 20, fit ut proscenium dicatur quæ ante hanc scenam sunt, i. e. spectacula aut omnia aut prima, quæ senatoribus et omnino nobilioribus concessa erant; ibi scorta exoleta sedere prologus non patitur. De tota cavea posuit Suetonius Ner. 12 et 26, ubi Neronem narrat interdum e proscenii fastigio aut ex parte proscenii superiore ludos spectasse; etiam Claudianus laud. Stil. II, 403: „Pompeiana dabunt quantos proscenia plausus". De Liv. XL, 51, 3 et Orell. Inscr. Lat. 3303: „theatrum et proscenium" forsitan dubitari possit, sed omnem dubitationem tollit titulus Patarensis C. I. G. 4283, ubi celebratur mulier quæ *ἀνέθηκε καὶ καθιέρωσεν τό τε προσκήνιον .... καὶ τὴν τοῦ λογείου κατασκευήν*. Benndorfius huius loci enarrationem ex Alciphronis ep. II, 4, 5 petivit, ubi Glycera de Menandro: *ἥτις αὐτῷ καὶ τὰ προσωπεῖα διασκευάζω καὶ τὰς ἐσθῆτας ἐνδύω, κἂν τοῖς προσκηνίοις ἕστηκα τοὺς δακτύλους ἐμαυτῆς πιέζουσα καὶ τρέμουσα, ἕως ἂν κροταλίσῃ τὸ θέατρον*, hic quoque mulieres intelligens histrionum amicas post scenam versantes; sed apud Alciphr. Meinekius recte *παρασκηνίοις* scripsisse videtur. — 18. *uerbum muttiant*, cf. Men. 698: „Muttire uerbum unum audes aut mecum loqui?" Prologus quod hoc vetat, non licentiæ favet, sed coercitione opus esse non vult. *uirgae* muttire translate dicuntur. — 19. *dissignator*, qui suum cuique locum ostendebat; in titulo Romano C. I. L. VI, 1 n. 1074

exstat „dissignator scaenarum“. Eum, dum fabula agatur, ante ora spectatorum præterire non vult. — 21. *dormierunt* pænultimam corripit; Gepp.: „otiosi domi dormiuerunt“. Eos, qui serius experrecti non ante inceptam fabulam venerint, in ultimis locis stantes manere iubet; quod si nolint, eos somno moderari oportere dicit. — 22. *uel*, cf. 24. ad Pseud. 437. — *dormire temperent*, cf. 33. 1033. Tragic. ap. Cic. Div. I, 21, 42: „temperaret tollere“. Gell. IV, 9, 5. — 23. *ne obsideant*, ne sedilia occupent. — 24. *aes pro capite*, ut libertatem emant, cf. 518. ad Most. 206. — 25. *uitent infortunio*, v. ad Curc. 298. *ancipiti*, a duplici malo eos cavere iubet, ne et in theatro a lictoribus (v. 18) et domi a dominis verberentur. — 26. *uarientur*, varii, i. e. lividi fiant, v. Mil. 218. — 27. *curassint* edd. — *reueniant* Gepp. — 29. „ut“ delevi; cur enim hoc uno loco poneretur? — *procurent*, cf. ad Curc. 518. — *neue* Pareus. — *adferant* et 31 *haedi* edd. — 32. *rideant* edd. — 33. *Canora* item. — 34. *Domum conferant*, i. e. reservent domui vel domum transferant. „*sermones fabulandi*, i. e. sermones ad fabulandum accommodatos“ Lamb.; cf. ad Mil. 639: „exemplum experiundi“. — 36. A spectatoribus ad ludorum curatores transit, qui actis fabulis Græco more optimo poetæ optimoque histrioni *palmam* tradebant, v. Trin. 706. Amph. 69. Ter. Phorm. 17 et de circensibus ludis Liv. X, 47, 3. Eos monet ut iusta ferant iudicia, non ambitione aut favore corrupta, cf. Amph. l. l. — — 39. *boni* Acid. — 41. *Pedisequos*, qui dominos in theatrum comitati sunt, hortatur ut in popina ludorum tempus consumant. — 43. *scriblitae* Gepp., quod placentæ genus quomodo fiat, docet Cato R. R. 78. Maxime calidæ placebant, v. Mart. III, 17: „Circumlata diu mensis scriblita secundis Urebat nimio sæva calore manus“. „Scriblitarium“ habet Afran. v. 161. — *adcurrite* Acid. — 44. Ante *histrico* hiatus, v. Proleg. p. 183; vulgo: „imperata quae sunt“. — 45. *Bonum factum*, v. 16.

46—49 Hasper. Jahrb. f. Philol. Supplem. V p. 304 ex antiquiore prologi recensione repetendos esse contendit; mihi potius postea additi videntur. *Ad argumentum remigrare* parum recte dicitur, quoniam numquam antea argumentum tetigit. Gepp. „Migrare“ scripsit. *uicissatim*, i. e. vicissim,

cf. Stich. 532. Non. p. 183: „per uices, Nævius Belli Punici lib. IIII: uicissatim uolui uictoriam“. — 47. *gnarures* Lamb., cf. ad Most. 97. — 48 sq. affert Nonius p. 11 cum codd. conspirans. Alter versus numeris caret; Muretus em. „finitor factus sum“. „*Finitores*“ ait Non. „dicebantur, quos nunc agrimensores dicimus, dicti, quod fines dividerent“; cf. Cic. Agr. II, 13, 34. 17, 45. 20, 53. — 50. *dare*, edere. — 52. *in manu*, in potestate, v. ad Amph. 80. Magistratus significat ludorum curatores. — 53. Auctoris nomen prologus non affert; fabulæ nomen, quod promisit, profert, et utraque id quidem lingua, ut Casin. 31 sq.: „Clerumenoe uocatur haec comoedia Graece, Latine Sortientes“. Græcum huius fabulæ nomen est Καρχηδόνιος, Plautus alio nomine appellavit, quod quum posterioribus non satis urbanum videretur, ad illud redierunt, sed ut Latine versum *Poenulum* dicerent, quo uno nomine hæc fabula a grammaticis laudatur. Antiquius Latinæ fabulæ nomen fuit *Patruus Pultiphagonides*, i. e. Patruus Carthaginiensis, patronymico comice formato ut Misargyrides Mostellariæ aliaque, v. ad Aul. 362. Capt. 284. Mil. 14. Pseud. 991. Pultiphagos Poenos appellatos esse vidimus ad Most. 813. Facile Plinio crediderim H. N. XVIII, 83 „pulte, non pane, vixisse longo tempore Romanos“, sed hunc vivendi morem ante Plauti ætatem desiisse credo, qua artoptæ vulgo in usu erant, v. Aul. 392. Quare non dubito quin erraverint, qui h. l. „pultiphagonidem“ Romanum intellexerunt ipsumque Plautum significari putarunt, ut Francken. Mnemos. IV (1876) p. 163 sq., qui v. 54 sic scriptum volebat: „Latine PATRUUS Plauto pultiphagonidæ“. Corruptum versum esse apparet; „platus“ nihil est. Edd. „Plautus“ scripserunt, quod ne grammatice quidem intelligi potest, nisi cum Mureto „Plauti“ scribitur, vel potius „Plautist“. Geppertus aliquid excidisse arbitratus sic locum refingebat:

Carchedonius vocatur haec comoedia
Graece, Latine Poenulus. Philippides
Hanc Graece scripsit, post id rursum denuo
Latine Plautus, πατρόθεν Pultiphagonides.

Ritsch. Parerg. p. 205 sic voluit:

Carchedonius uocatur haec comoedia
Graece, Latine Patruus Pultiphagonides.

Quod si propius a codd. abesset, probarem; nam ut fabulæ, ita auctoris nomen aut utrumque aut neutrum nominandum est, et errasse videntur, qui Plauti nomen hic introduxerunt. Mihi, præsertim quum in B prima littera vocis „platus" puncto superposito notata sit, P in E mutandum videtur, scripserimque: „Latine elata", i. e. expressa, translata, v. Ter. Ad. 11: „uerbum de uerba expressum extulit". — 55 sq. Argumenti rationem relaturus se cum eo comparat, qui apud censores rei familiaris rationem indicaturus est; nam hic quoque fabulæ argumentum *censebitur*, i. e. indicabitur. — 57. *Locus* censendi civibus Romanis est villa publica, fabulæ eiusque argumento *proscenium* sive theatrum, cf. 17. — *suum sibi*, cf. ad Mil. 634. R. „suus sibist" voluit, quod ita probat Schoell. Anal. Plaut. p. 45, ut pro „argumento" etiam „arbiterio" ponat. — 58. *Iuratores* dicebantur, qui, quum censores ipsi singulas res exigere non possent, civium, qui censebantur, rebus et fortunis examinatis, eos omnia recte in censum referre iurabant, cf. Trin. 879: „Census quom *sum*, iuratori recte rationem dedi". Liv. XXXIX, 44, 2: „Ornamenta . . . in censum referre iuratores iussi". Senec. de morte Claudii 1, 2: „Quis umquam ab historico iuratores exegit?"

60. *diuitiis* contractis duabus primis syllabis legendum, v. ad Capt. 170. — 63. *pollinctor* Fulgentius p. 559, qui hunc v. quasi ex Menæchmis affert; v. ad Asin. 901. Nugis delectatur prologus. — 64. *ei* Acidalius add., cf. ad Asin. 523. infra 120. — 65. *abditiuos* Gulielm. „quasi segregatus"; sed abdere est abscondere, v. Merc. 355. Pseud. 1106. Verum nondum inventum puto. — 66. *septuennis*; in ipsa fabula „sexennis" dicitur v. 901 et 984. — 67. *quidem* codd.; Gepp. „equidem". — 68. *Quoniam*, postquam, v. ad Asin. 347. — 71. *abiit*; Spengel. Plaut. p. 70 „abit" contextum postulare censet, sed v. 77 prorsus eodem modo ad perfectum transitur, nec necesse est producatur prima vocalis vocis *Acheruns*, cf. 341 et 830. — *sine uiatico*, iocus, quippe qui omnia patrueli fratri tradidisset. — 72. *Calydonem*, Ætoliæ caput, ubi hæc fabula agitur, v. 1178, cf. 620. 1054. — 75. *hospitalem filium*, s. e. hospitis, v. 120, ut „herilis filius". — *inprudens*, nescius, cf. 97. Ter. Hec. 880. Phorm. 268. — 77, cf. 1067. — 78. *illic* . . .

in illisce, cf. 2. Gepp. „hisce in", sed quod v. 95 idem pronomen de lenonis ædibus ponitur, non est impedimento. — 79—82. Iocatur, quasi de vero itinere sermo esset, iisdem fere verbis atque Men. 49—55. *mandare* olim emend. — Ad *curarier* auditur subiectum *quid*, quod pro obiecto verbi *mandare* positum est. — *magis maiores*, v. ad Amph. 297. „nugas" om. Pyl. — 83. Ante *huius* hiatus in cæsura; Gepp. „huiusce". — 85. *altera* ante *quadrimula* ultimam producere vix potest; Müll. Pros. p. 4: „altra quasi quadrimula"; malim: „altera uix quadr.". — 86. *Magara*, pars Carthaginis hortis insignis, quam Appian. Lib. 117 *Μέγαρα* dicit: *Χωρίον δ' ἐστὶν εὐμέγεθες ἐν τῇ πόλει τὰ Μέγαρα τῷ τείχει παρεζευγμένον*, et paulo post: *τὸ χωρίον τὰ Μέγαρα ἐλαχανεύετο καὶ φυτῶν ὡραίων ἔγεμεν, αἱμασιαῖς τε καὶ θριγκοῖς βάτου καὶ ἄλλης ἀκάνθης καὶ ὀχετοῖς βαθέος ὕδατος ποικίλοις τε καὶ σκολιοῖς κατάπλεων ἦν.* Cam. „Magalibus" scripsit ex Serv. ad Æn. I, 368: „[Carthaginis] interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia". — 87. *in Anactorium*, Acarnaniæ oppidum. De præpositione addita cf. 93. 94. ann. ad Bacch. 169. — 88. *Uendit* etiam Non. p. 397; edd. „Uenditque". — 94. Post *Calydonem* hiatus, cf. 44; Gepp. cum Pylade transp. „Huc in Calydonem commigravit". Cf. Ter. Ad. 649: „Neque enim diu huc conmigrarunt". Turpil. 79: „istuc conmigrauit iam diu". — 95. „illisce" Müll. Nachtr. p. 130. — 96. *efflictim*, cf. 1092. ad Amph. 513. *perit* transitive ut „deperit" hoc uno loco. — 97. *neque scit quae siet* Gepp. — 99 sq. cum Haspero l. l. spurios credo. — 101. *tangere*, v. ad Epid. 703. *uolt* olim emendatum. *bolus*, *βόλος*, proprie id, quod piscibus aut altilibus obiicitur, dici videtur; vulgo de quæstu, v. Pers. 657: „dabit haec tibi grandis bolos". Trucul. 31: „Primum dum merces annua; is primus bolust". 712: „Intus bolos dat". Ter. Heaut. 673: „Crucior bolum tantum mihi ereptum tam desubito e faucibus". — 104 sq. Litteras quasdam in archetypo lacuna hausit; Cam. supplevit recte, nisi quod in altero „Marique terraque" posuit; hiatur in cæsura, ut in proximo versu et 120. — 107. *quisque*, cf. Pseud. 184. — *conuenit* Müller. — 108. *ducit noctem*, conducit, cf. Trucul. 49: „raras noctes ducit". Vulgo dicitur scortum ducere ut v. 100. — 109. *Unde* prima

correpta, v. Proleg. p. 203. — *quoiatis* olim em. — 110. *fuerint* prima longa, v. ad Mil. 776. Gepp. „fuverint" scripsit, ut C. I. L. I n. 1051. — 111. *astu*, v. ad Capt. 222. — 113. Poeni astuti et dissimulatores habebantur. — 114. *uesperi* Charis. II p. 197. — 116 sq. *Si tenetis, ducite*, iocus ex ambiguo, cui non absimilis infra 564 sq. Gronovius „Teneri" inquit „dicitur, quod memoria comprehendimus, teneri etiam restis, quum ducitur; ab illa significatione incipit, ad hanc risus et ioci causa delabitur. Similiter in illo *Caue dirumpatis*, quod si referas ad „ducite", pergit, quasi de reste loqueretur; si ad sequens, sonat, quasi nolit abrumpi actionem (fabulæ) ante quam finita sit". Restem ducere autem non restiones solum dicuntur sed etiam saltantes, v. Ter. Ad. 752: „Tu inter eos restim ductans saltabis". Liv. XXVII, 37, 14: „per manus reste data virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt." — *Caue dirumpatis*, cf. Mil. 925: „age abite". — 118. *relicuum*, v. ad Asin. 231. — 120. *patruo* em. Loman. Specim. p. 57. — 121—23 spurii habendi sunt, quippe qui ea quæ sequuntur inepte repetant. Eadem Seyfferti sententia fuit Stud. Plaut. p. 11. — 124. *Huc* Gepp. — 126. *Ualete adeste* (sc. animo) etiam Trin. prol. 22. — 127. *restat* et *alii qui* olim em.; *facient* Gepp.

---

129. Agorastocles adolescens colloquitur cum servo suo, quem heri amoris ægritudine perturbatus verberavit, hodie placare conatur, quum in eius astutia unam sibi spem esse intelligat. — 130. *dubias egenas*, cf. Capt. 405. *inopiosus* hoc uno loco exstat. His opponitur 132 *opiparas*, i. e. opulentas. Ante h. v. hiatur in cæsura. — 134. *grates gratias* asyndeton, v. ad Amph. 891. Gepp.: „grandes gratias" coll. Curc. 405; gravius corruptum putat Langen. Beitr. p. 14. — 135. *Scitum est* et *obuiam est* Gepp., sed cum superioribus edd. ita interpunxit, ut iungeret „Scitum est verbum vetus". Immo Plautus *Scitum est*, inquit, i. e. commodum (cf. Amph. 284), *si per tempus*, i. e. opportune (v. ad Men. 141. Bacch. 839. Cas. 158. Truc. 189) *obuiam est*, i. e. obviam fit, in mentem

venit, *uerbum uetus*. Sequitur v. 136 sq. illud verbum: *Blanditiae sunt gerrae germanae*, v. ad Asin. 593. Reliqua proverbii Græci sunt: *αἱ δὲ κολλῦραι λυραί*. Quæ quum superiores non intellexissent et corrigere conati essent, ut legeretur: „edepol *λῆροι, λῆροι* meri", A. Palmer demum in „Papers of the Cambridge Philological Society" intellexit nulla mutatione opus esse. *κολλύρα* panis genus est durum, sed quod esurienti satisfacere possit, v. Aristoph. Pac. 123. Athen. III p. 111 a. Plaut. Pers. 93. Hoc igitur dicit: „si dare vis quod gaudium excitet lyræ modo, ut cantare liceat, pro verbis rem, cibum, dare debes", vel ut Anglice ait V. D.: „Give me a loaf; I can do without the blarney", quod antiquo proverbio dicitur: „Fine words butter no parsnips". — 139. *corios*. Masculini generis causa hæc affert Nonius p. 199. Tot lora ait eum verberando *contriuisse* vel absumpsisse, quot ex tribus coriis fieri possint. — 140. *At amans* edd. præter Gepp., qui male retinuit „adamans", quod potius cupiditatem rei alicuius quam proprium amorem significat. — 141. *mihi* pro una syllaba cum proximo coalescit, ut 144 et innumeris aliis locis. — *Haud uidi magis*, ironice, v. ad Amph. 672. — 142. *Em* scripsi pro „Et", quod nisi pluribus mutatis teneri non potest, nam in utroque cod. est „et nunc ego", non ut indicant: „et ego nunc". Gepp. ed.: „Amore et ego nunc pereo"; Lachm. ad Lucr. p. 389: „Ego nunc". — 144. *locorum* edd. — 147. „*Si auctoritatem defugeris*, i. e. si te mihi auctorem fuisse negaveris" Lamb., cf. Ter. Eun. 390: „Numquam defugio auctoritatem". Cic. p. Sulla 11, 33: „attende iam, quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei". — *postea* edd. — 148. *pendeam*, pendens vapulem, v. ad Asin. 297. — 153. „*inmodeste*, supra modum" L., cf. ad Curc. 200. Amph. 161: „Haec eri inmodestia coegit". — 154. *At*. „Non tuas scapulas" inquit „me amare dico", sed Adelphasium. — 155. *maiusculam* olim em. — 156. *differor*, cf. ad Mil. 1157. — 159. *nequam*, i. e. malum, ut 161; sed ludit ex ambiguo, nam quod neutri generis esse videbatur itaque ab hero accipiebatur, masculini generis facit, nequam hominem, quum se dicat. — *Em* scripsi ad Plauti morem ut 161, v. ad Amph. 771. — 160. *dierectus*, v. ad Bacch. 577. — 163.

Iocare edd. — „et dispendio“ del. Acid., „damno et“ Rassow. — 166. *Philippei* trisyllabum et correpta media, v. ad Asin. 152. — 169. *Qui id* Guiet. — 170. *Tuus Collabiscus uilicus*, v. ad Amph. 1093. add. Pseud. 1100. Merc. 682. Cic. ad Fam. XIII, 45. Nat. Deor. III, 19, 48. — 174. *Ei* olim em. — 176. Post *obsequi* hiatus eius generis, quod defendit Lachm. ad Lucret. VI, 743, sed fieri potest, ut totus versus spuria sit circumlocutio eorum, quæ sequuntur, nisi forte 177—78 damnare velis, quorum maior pars infra 656 sq. redit. *Liber locus* exstat etiam 601. Stich. 659. — *nequam facere* nequitiæ se dare, cf. 159. Trucul. 162: „Tu a nobis sapiens nihil habes, nos nequam abs te*d* habemus“. — 184. *Dupli* Cam., ut in B ab initio fuit, i. e. duarum rerum. — 185. *id*, sc. quod poenæ nomine pendendum erit, v. ad Pseud. 147. — 187. *fouea*, quo modo lupus, cuius nomen habet, decipi solet. — 189 *Magis . . . demum.* Plautina abundantia parum convenientia iunxit, nam dici debebat aut „tum demum dices“ aut „tum eo magis dices“. — 191. *Aphrodisia*, Veneris dies festus, quem a meretricibus celebrari consentaneum est. — Post *Scio* hiatus; cf. Proleg. p. 220. Müller. „Ibi oculos“. — 192. „*munditiis meretriciis*, adspectu meretricum mundo corporis cultu utentium“. — 193. *Hoc . . . quod consilium*; substantivum non demonstrativo, sed relativo additum, ut 447. 823. 83. cf. etiam ad Mil. 624. — 195. *ferat fallaciam*, cf. ad Pseud. 769.

198. Herus domum intrat. Servus ante quam eum sequatur, pauca secum loquitur, mox conspectis puellis herum revocat. — 199. *quae* edd. — *neutiquam* prima brevi, v. ad Capt. 581, unde hodie plerique „ne utiquam“ scribunt. — Damnum illud magnum non sui heri sed lenonis esse vult, additque huic paratum esse. 200. *Itaque*, i. e. „Et sic“, Lycus est *scelestus*, i. e. scelerum poenis deditus sive infortunatus, v. ad Asin. 473. Hoc non intellecto Lübbert. Mus. Rhen. XXIII p. 214 ante „Itaque“ excidisse versum putabat. — 201. *ballista*, nota imago, cf. ad Pseud. 587. Langen. Beitr. p. 275 animadvertit *ballistam* apud Plautum non machinam dici, quæ proximo versu *ballistarium* est, sed lapidem inde emissum, cf. Trin. 668: „Ita est amor, ballista ut iacitur“; nec

aliter „catapulta“, v. Curc. 394. 398. 686. Capt. 790. — 203. *exit eccam* Cam. — 206. *ludos*, spectaculum.

210. Adelphasium et Anterastilis puellæ exeunt Aphrodisiorum die Veneri sacra facturæ comitante ancilla (v. 329). Loquuntur inter se de ratione sua vitæ degendæ; altera modestior queritur, quod totum fere tempus lavando et ornando teratur, altera levior hoc recte fieri contendit. Audiunt Agorastocles et Milphio ipsi a mulieribus non conspecti. Canticum usque ad v. 258 Ritschelius edidit cum apparatu critico Ind. schol. Bonn. 1858—59. Bacchiacis tetrametris scriptum est tam paucis exceptis versibus, ut de earum veritate dubitari possit; nam 211 pro altero dimetro colon habet iambicum semiquinarium, 243 syllaba brevior est; 231, si „laute“ scribitur, est trochaicus octonarius, si retinetur „lauata“, iambicus octonarius hypermeter, 238 iambicus septenarius. De corruptis et lacunosis 249, 252, 256 nihil dici potest. A 259 trochaici septenarii.

210. *uim*, multitudinem, ut apud Cic. argenti, lacrimarum vis al. — 211 ut integrum tetrametrum faceret, Gepp. „istaec duo“, Herm. et R. „haec duo sibi“. — 212. *magis* abundat ut v. 82. — 213. *forte si* hoc ordine Asin. 787. Hor. Ep. I, 20, 26. — 214. „satis istae“ Herm., R., Gepp. versus causa; sed cum R. versum damnavi ut circumlocutionem sequentis. — 216. *domo docta* Goeller., i. e. ex me meisque rebus, cf. Merc. 350. — 218. Repetitionem spuriam huic antepositam Meursius et Acid. removerunt. *concessamus*, desistimus, sic hoc uno loco; aliter Asin. 288. — 219. *Lauari* et 228 „lauantur“, passiva forma apud Plautum insolita (v. ad Amph. 795) concinnitatis causa ad cetera passiva accommodata videtur. — 221. Versus syllaba longior si cum proximo coniungitur, modum servat, v. Christ. Metrik p. 453. Both. transp. „ancillae nobis“ prob. Speng. Reformvorschl. p. 216. — 222. *Eae* Pylades, cf. ad Asin. 523. — *nos lauando*, cf. ad Epid. 603. *eluendo*, v. ad Asin. 134; de asyndeto ad Amph. 13. — 223. „Gerundaque“ posuit Spengel. l. l. p. 198. — 225. *Sed uero*, cf. Cic. Verr. V, 6, 14. Cluent. 6, 18. de domo 27, 71. — *sat scio*, cf. ad Pseud. 222. — 227—31 cum R. spurios censeo utpote ea, quæ iam dicta sunt

217—20 inepte repetentes. — 229. „nullust. numquam“ Spengel. l. l. — 230. *finem* Lamb., Palmer. „pausam“, R. „metam“. — 231. *lauata* codd.; Gepp. „lauta“, R. „elauta“. — *inculta* scripsi cum hiatu; Cam. „inlauta“; Löw. Anal. p. 206: „inluta“ deleto „quasi“; Gepp. „inquinata“, R. „lutosa“. — 232. *te*, *soror* transposui cum R.; Gepp. „Miro equidem, soror te istaec sic fabulari“ coll. Non. p. 480. — 234. „*Munditer* pro munde“ Non. p. 510 hunc et proximum v. afferens, in quo corrupte scribit: „Ut aegre“; recte Priscian. III p. 612. — 236, cf. Aul. 127. — 237 nec numeros tolerabiles habet nec sermonem, nisi cum plerisque „omnibus in rebus“ scribas et cum Hermanno „optumum negotium“. Ego versum seclusi; unum enim, non duos se dicturam dixerat. — *habitu*, cf. 285. — 238. *negoti* Herm. — 239. Post *amabo* hiatur; Lachm. ad Lucr. VI, 743 censebat, post „cogita“. — *perhiberi*, dici, v. ad Men. 260. — 240. *Quasi* an „quam si“ scribatur, paulum refert. Ultima longa manet ut in *Nisi* v. 242; R. „quasi si“ et „nisi si“. Ponitur pro „ut“, v. ad Mil. 392. — *muriatica*, pisces muria conditi, salsamenta. — 244—45. *Item . . . sumptu* spuria videntur. Mire dicitur 244 *eius seminis* pro eius generis, et *insulsae* dicuntur quæ cum salsis comparantur v. 243, cf. Spengel. Reformvorschl. p. 215, qui multa mutat p. 393 sq. — 245. *inuenustae* ed. pr. — Pro *sumptu* Gepp. „comptu“. — 246. Servus similitudinem a re coquinaria petitam ridens *coquam* esse ait. — 247. *ut maceret*, quo modo macerare debeat; Cam. „macerent“. — 249 versus nondum sanatus. „in“ deleto *uitia* ed. pr.; „eloquamur“ Herm. — 250. *Quiesco*, cf. 260: „Taceo“. Ab *Ergo* Adelphasii sermo incipiendus est, quoniam in codd. ante h. v., non post id, spatium vacat: *amo te* est gratias agentis vel contentum se esse significantis, cf. Cist. 7. 21. Cic. ad Fam. XIII, 62, 1. ad Att. IV, 16, 10. IX, 18, 1. — 251. R. elegantiores numeros quærens: „Adsunt omnia hic quae ad deum pacem oportet“. — 252. *adsunt; cum cura* addidit R.; Bothius deleto „omnia“ dimetrum constituit. — 254. *Uenere* R. — 255. *Ecquid gratiae*; R. „est“ addidit, ut Ter. Ad. 138: „est dis gratia“. Mihi excidisse aliud videtur, velut *habebis*. Proximum *Iam num* vix verum est. Cam. „Iam non“.

scripsit; aptius esset „An non". Gepp. iambicum septenarium constituit: „Num me decet cado donari uini ueteris? dic dari"; Müller. Pros. p. 74 trochaicos; sed 258 aperte bacchiacus est, nisi aut verba transpouuntur aut „ego" deletur. *excidit* ultimam producit, v. Proleg. p. 196. — *Dic dari*, cf. ad Asin. 439.

259 sqq. trochaici septenarii. *obstupuisti*, vel „obstipuisti" Camer., cf. Mil. 1247: „Quid adstitisti obstupida?" Ter. Andr. 256. Ad. 613. Redslob, Symb. crit. „opsticuisti" coni. — *opturba*, cf. Ter. Andr. 926. — *ac tace* Cam. — 262. *mantat*, cf. ad Most. 113. — 264. „*Prosedas* meretrices Plautus appellat, quæ ante stabula sedeant; eædem et prostibula", Fest. Ep. p. 226 (cf. v. 266.) Idem p. 7: „*Alicariæ* meretrices dicebantur in Campania solitæ ante pistrina alicariorum versari quæstus gratia, sicut hæ, quæ ante stabula sedebant, dicebantur prostibula". Verum non simpliciter alicariæ dicuntur, sed *reliquiæ alicariæ*, i. e. reliquiæ sive residuum alicæ, quod restat, ubi sucus inde extractus est, ut fiebat ad sorbitionis usum. Cum tali residuo comparantur meretrices, quarum flos iam dudum decerptus est. — 265. *schoeno delibutas* pessimo unguenti genere madidas enarrat Fest. 329, auctore quodam modo Varrone L. L. VII, 64, qui ad Cistellar. 299: „schoenicolæ" ait „ab schoeno nugatorio unguento". Tale unguenti genus Meursius iure negavit umquam fuisse; sed quod „caeno" scribi vult coll. 825: „caeno conlitus", nimis spernit antiquorum auctoritatem. Schoenus iuncus est, unde fiebant tegetes. Hæc servorum cubilia erant, v. Aristoph. Plut. 541: ἀντὶ δὲ κλίνης στιβάδα σχοίνων, et schoenicolæ appellantur meretrices talibus cubilibus consuetæ. Eædem h. l. schoeno quasi unguento delibutæ dicuntur, i. e. odore et suco iuncorum nondum siccatorum plenæ. — *seruilicolas*, qui servilia, i. e. servos, colunt. Taubm.: „seruolicolas". — 266. *stabulum statumque*, ut prostibula. *sellam et sessibulum* eodem pertinent, cf. Iuven. 3, 136: „dubitas alta Chionem deducere sella". — 268. *diobolaria*, „quæ duobus obolis" (διωβόλῳ) „ducuntur" Fest. Ep. p. 74, cf. Varr. l. l. „diobolares a binis obolis". — 270. *eampse* Cam. — 272. *Quoius nebulae* iungendum; nebulam contemptim dicit virginem

20*

ut infra 345 „nimbatam“; ipse præferret, quam cum Iunone comparare posset. Versus causa Both. „nebulai“ scripsit, ego *uno* addidi, quod mensuræ convenientius videbatur. *cyatho*, sc. vini, cf. Pers. 769 sq. Stich. 702. Cam. „obulo aerato“ edidit, Gepp. „bulbo uiciato“. — 273. Agorastocles servi verba aut non audit aut non curat. — 274. *immortales* priorem corripit; Cam.: „mage qui“. — 275. *Uenus non est Uenus*; hoc enim Adelphasii nomen est. — 276. *ut amet posthac* Cam. — — 277. Alterum „Milphio“ del. Loman. Spec. p. 58. — *Assum*, non adsum, pronuntiatum esse ostendit iocus, quod se *elixum* eum velle dicit, cf. Most. 1096. — 278. *Enimuero*, cf. ad Asin. 681. Men. 832. 846. *facis delicias*, iocaris, v. ad Most. 929. — *equidem* Gepp., v. ad Amph. 757. — 279. *illuc* olim em. Sed Agorastoclis verba hinc, non a proximo versu incipienda sunt. Illud quidem, inquit, non vituperandum est, nam deos quoque amo, quos non tango. Geppertius: „Nihili hic quidem est“, quasi Milphio hæc ad spectatores conversus dicat. — 280. „tamen“ delevi cum Müllero; Both. „ego“ deleto „quis“ scripsit, sed ista ablativi forma nondum Plautina videtur. — 281. *Eu ecastor*, v. ad Most. 331. — 282. *commode*, sc. exornatæ sumus. — 283. *erili et nostro* Pareus. — 284. *pote* Charis. II p. 198: „Plautus Poenulo et pro verbo posuit: non enim pote quaestus fieri, nisi sumptus sequitur, scio“. Hoc igitur recipiendum fuit, quamvis cetera corrupta sint. Quod et in B et in D est (nam in hoc et proximo versu prorsus consentiunt; errat Geppert.) „non consistet“, ferri potuit, si antecederet „Etenim quæstus“; illud initium infinitivum requirit. Edd. „consistere“, malis numeris (Müller. Pros. p. 132 „constare“ postulabat) et verbo hac significatione vix Plautino, v. Asin. 516. Quare retinui *fieri* ex Charisio. Proximum versum emendarunt Dousa, Acid., Both. *habitu*, cf. 237. — 288—93 Müller. Nachtr. p. 63 sq. et Götz. Act. Lips. VI p. 265 pro spuriis damnarunt, fortasse iure. — — 288. *equidem* A, cf. 278. — 289. *uide sis*, v. ad Capt. 637. — *limaui caput*, v. ad Merc. 529. — 290. Servus scurriliter ludens limandi verbum non a lima, sed a limo deducit, quasi limo obducere. — 291. *opust* Cam. Post *illi* hiatus in diæresi. 292. *pergis* olim emendatum. — *perpetuo uolo*, sc. te tacere.

— 293, cf. 278. *ere* Cam. — 295. *conferentur* Cam. — 296. *cordolium*, cf. Cist. 66. — 298. *med esse ingenio* Ritsch. Gepp.; Müller. „Ingenio bono mė esse ornatam". — 299. „in" delevi cum Bothio, utpote ex m antecedenti ortum, sed ante quam A describeretur, ubi in „id" correctum est. — 301 et 302 ita inter se similes sunt, ut uterque genuinus esse non possit; Gepp. priorem delevit, ego posteriorem seclusi. Ritsch. et Hasper. etiam 299 sq. damnarunt. — 302. *Magisque* Cam. — 303. *conlinunt*, cf. 825. — 306. *Potin es* Guietus. — 307. *Quia iam* Pareus. — 308. *opust* edd. Qui eam voluptatem expertus est, qua nulla maior cogitari possit, ei quam primum moriendum videtur. Agorastocles, quasi hoc Milphioni contigisset, eum se suspendere iubet, nec recusat servus, si modo herus idem facturus sit. 309 suspensum hominem cum *uva* comparat suspensa ut *passa* fiat, cf. Hor. Sat. II, 2, 121: „pensilis uva secundas et nux ornabat menses". Versum affert Nonius p. 12: „siquide aes tu mecum futurus pro uva passa pensili". — 310. Herus, ne vitam relinquat, causam affert, quod puellam amet, servus, quod edendi et bibendi amore captus sit. — *quid ais?* v. ad Amph. 414. — 311. Pro „Uiden tu" Lamb. Gepp. „Uiden ut"; ego *Uide num*. Adelphasium sororem videre iubet, num oculi sui, qui ex nocturno somno gramia oppleti fuerant, iam splendeant. *sorderum* pænultima longa ad quinti declinationis rationem Bugg. Tidskrift f. Philol. VII p. 37; Gepp. „sordorum", quod rationem non habet. — 312. *sordet* et B et C. Quod restat sordium Adelphasium sororem digito dextræ manus tollere iubet. — *Cedo* cet. Adelphasii verba esse, ostendunt proxima. — 813. *Ut quidem tu* A; Gepp. „Tu ut quidem", quasi exclamante adolescente cum indignatione; sed *quidem*, i. e. credo, scilicet, causam affert cum ironia. *illotis* A, ut olim edd.; amator puellam suam sic tangi ægre ferens illotam dicit, quamvis nuper lavata esset, cf. Gepp. Stud. I p. 68. — 314. *Qua de re*, cf. ad Merc. 621. — 316. *Primae ut* A. — 317. *nocturna*, turpia; nox enim atra est. — *occupant* edd., item *expergiscatur*; A: „expergisgatur". — 320. *Ita sunt turpes*; hæc pro parenthesi interponuntur, v. ad Mil. 207; male Geppert. „ut" ante „fugent" addidit. — 321. *miserum*, cuius semper operam poscat

herus. — 322. *mulsa*, cf. Rud. 364: „ut mulsa dicta dicis!“ — *nisi* ne ultimam producat, Müll. Nachtr. p. 6: „Nil enim nisi“. — Servus herum irridens ironice ei assentatur bellaria afferens secundis mensis accommodata. *Laterculi* placentæ sunt in laterum formam facti, apud Catonem R. R. 109 ex farina ervi cum vino et sapa, cf. Apul. Met. X, 13: „Nam vespera post opiparas cenas earumque splendidissimos apparatus multas numero partes in cellulam suam mei solebant reportare domini: piscium et cuiusque modi pulmentorum largissimas reliquias, hic panes, crustula, lucunculos, hamos, laterculos (al. parum recte: lacertulos) et plura scitamenta mellita“. — 323. *Sesamum* (ut olim recte em., quamvis etiam A „sesumam“ præbeat) et *papauer* non solum apud Plinium H. N. XVIII, 53 iunguntur, sed etiam apud Petronium 1 sic: „mellitos verborum globulos et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa“. De masculina vocis forma v. Charis. I, 15 p. 64. Plaut. Trin. 410. *Tritico* nullum frumenti genus venustius est; *frictae nuces* castaneæ sunt, cf. Plin. H. N. XV, 92. — 324. *Ecquid* pro „num“ herus posuit, servus pro obiecto sumit, eumque respondit damnum amare a Mercurio abhorrentem, qui lucri deus est. Sed tam inepti mihi videntur hic et proximus versus, ut eos pro spuriis habeam, præsertim quum alterius numeri male claudicent; Both. „Nam quidem edepol“ scripsit, Gepp. „Nam edepol lucrum quidem“. Müller. p. 709 not. „lucellum“. *Namque* probum est, v. ad Capt. 599.

326—407 Götzius Act. Lips. VI p. 286 spurios habuit; mihi non videntur abesse posse. — 326. Post *germana* hiatur; Müll. „uti“ voluit. — 327. Vulgo edd. personas sic distribuunt: „AG. Eunt hae. Quid si adeamus? MI. Adeas. AG.“; sed ad „adeamus“ parum recte respondetur „Adeas“; quare Ritterh. et Gepp. *adeamus ad eas*, totum versum Agorastocli tribuentes. Sed in codd. recte personarum spatia ante „Quid“ et ante „Primum“ indicantur. — Agorastocles puellas salvere iubet, primum Adelphasium; sorori secundum locum secundumque pretium habet; tertiam, ancillam, ita salutat, ut nullum omnino ei pretium tribuat. *in pretio*, v. ad Asin. 60. — 329. *Tum pol* cet. Ancillæ hæc verba esse Pistoris et Acidalius intellexerunt. *et oleum et*

operam perdidi, in me ornanda. A lucerna, non a palæstra hanc similitudinem petitam esse, et ex aliis locis apparet et ex h. l.; quid enim mulieri cum palæstra? — 330. *Quo te agis?* Pronomen retinet etiam Isidor. IX, 3, 64; v. ad Bacch. 1103. — 332. *Quid tu ais?* Hæc edd. Adelphasio dant, sed spatia in codd. servata non repugnant, quo minus eius verba a proximo „Quid" incipiantur. Hæc Agorastoclis sunt, qui interrogare orditur (cf. 310) id, quod 340 plane exsequitur. — Non. p. 510 sq.: „*Saeuiter* pro sæve Plautus in Poenulo: aha, tam saeuiter!" cf. Pseud. 1293. — 333. *Mitte*, cf. Pseud. 240. — 339. *mers*, v. ad Mil. 728. — *abstruso* Pall. codd., cuius loco voc. magis usitatum „occulto" substituere nolui. — 340. Quum versus iusto longior esset, Weisius „tu" tollebat, Gepp. „illi"; verum in A Geppertus legit: CAP....U..LLAS, i. e., nisi fallor, *caput tu copulas*, omisso, quod non potest non offendere „et corpus". — 341. *Orcus ab Acherunte*, cf. ad Amph. 1022. *amiserit* edd., i. e. dimiserit, v. ad Mil. 1090. — 342. *nescio quot* edd. Amator divitias suas prædicans, aureos nummos sibi esse ait *lymphaticos*, i. e. furore correptos, νυμφολήπτους, ut exsultare gestiant; puella, si ad se deferantur, promittit fore ut quiescant et ut furor, *lymphaticum*, consistat. — 344. *Bellule* scripsi, aperta ironia, quæ heri iram excitat, cuius nulla causa esset, si dixisset „Bellula hercle est", ut uoluerunt Acid. Gepp. Errori codicis Parisini „Belua" male patrocinatur Seyff. Philol. XXIX p. 403. Brix. Ann. phil. CI p. 762 hunc versum proximo postponebat. — *dierecte*, cf. 160. — 345. *Quam magis*, v. ad Asin. 157. Versum affert Isid. XIX, 31, 2: „Quam magis eam adspecto, tam magis nimbata est". Sed *nimbatam* male enarrat „nimbo ornatam". „Nimbus" inquit „est fasciola transversa ex auro assuta linteo, quod est in fronte feminarum". Veriora viderunt Turnebus et Lambinus. Nimbus est nebula, nimbata quasi nebula circumdata, obscura, nebulosa, cf. 272, i. e. nullius pretii, *nugae merae*, cf. ad Curc. 199. — 346. „Segrega sermonem" edd. Agorastocli dant; sed is servum simpliciter tacere iussisset. Segregare sermonem est interrumpere, cf. ad Most. 506. Hic autem *Segregat* scribendum est. Adelphasium indignatur, quod amator sibi non respondeat, et abire parat.

Abitura ancillam iubet amiculum, quod ex parte deciderat, sustollere et se amicire; Agorastoclem autem, ancillæ loco hoc facere conantem, se tangere vetat; *puram* se esse, pure lavatam, ut oportebat sacra facientem. — *conperce me adtrectare*, v. ad Epid. 463. — 348. *Quid agam nunc?* Hæc Agorastocles potius sibi quam Adelphasio dicit. Illa sermonem institutam persequens *curam hanc*, inquit, sc. amiculi sustollendi, si sapias, suscipere nolis. *facere conpendi*, v. ad Asin. 305. *potes* edd.; „potest" etiam A. Quod antecedit coniunctivus *si sapias*, cf. ad Amph. 696. infra 549. 863. — 349. Palatinorum codd. scriptura: „Quid ego nunc te curem, quid agas?" Adelphasium facit ultra modum sermonem continuantem. Quare recte Acidalius pro „nunc" *non* scripsit, quamquam illud etiam in A lectum est, et *Quid ais?* quod etiam in A legi et Gepp. et Studem. affirmant. — 350. *tibi* versus causa transposui; nam *sit* pro „est" sensus postulat; auditur „quæris" cf. ad Ep. 216. — 351. „namque" si verum esset, longe aliud sequeretur quam quod edd. ponunt „istæc magis tua est curatio". Immo *mea* relinquendum; Milphio ait sibi magis curandum esse, ne sibi herus iratus sit, quam ne puella amatori. Exempli causa posui: *tu ut sis*. — 353. *olim*, v. ad Mil. 2. — *alcedo* Prisc. VI p. 683. De alcyone sive alcedine tranquillo hiemis tempore ova in medio mari excludente nota res est, cf. Casin. 26. — 354. „*expalpare*, elicere", Non. p. 104 et h. l. afferens et alios. Auditur obiectum „veniam" aut „gratiam" aut simile quid. — 355. *pectas*, v. ad Capt. 890. — 356 restituit Spengel. Plaut. p. 14, quocum consentit A, de quo Gepp. errat. Superiores edd. temere: „Nos eamus nunc; etiam morare? male facis"; Gepp. „Non aequom in me esset". — 357. *multa ex multis* iungenda sunt ut alia ex aliis, diem ex die. — 358. *Liberare* pro „te liberaturum", v. ad Asin. 597. — *iurauisti* edd. *centiens* A. — 359. *ego* Gepp. add. — 360. *istuc*, quod promisisti. — 361. *Eho, quid agis?* cur non eam placare conaris, ut promisisti? v. 354. — 362. *mea delicia*. Plautum h. l. sic scripsisse testantur Gell. XIX, 8, 6 et Non. p. 100. Singularis numerus exstat etiam Trucul. 908; in ceteris locis codd. Plauti pluralem præbent, v. Most. 14. Pseud. 179. 228. Pers. 205. Stich. 737. cf.

infra 386. — 363. *Meus ocellus*, cf. Asin. 657. *meum sauium* Ter. Eun. 456. — 364. *colustra.* Colum. VII, 3, 17: „prius (quam agni uberibus matrum admoventur) exiguum emulgendum est, quod pastores colostram vocant; ea nisi aliquatenus emittitur, nocet agno". Eadem hominibus in deliciis erat, v. Martial. XIII, 38: „Surripuit pastor quæ nondum stantibus hædis De primo matrum lacte colostra damus". — *molliculus caseus*, cf. Capt. 845. — 366. *quadrigis*, v. ad Amph. 418. — 367. *causa mea* cum *noli* iungendum. — 368. *aes* add. Seyffert. Philol. XXVII p. 458. Gepp. „nihilum non". — 369. *Atque* etiam A; aut corripitur, v. Proleg. p. 205, aut cum Both. „Ac" scribendum. — *civis Attica*, nimis negligenter, nam Ætolus erat Agorastocles et Calydone res agitur; sed quia Athenis fabulæ agi solebant, sui oblitus est poëta. — 370. *adire* et B et C; edd. temere „abire", unde factum, ut versus prior pars Adelphasio daretur. — *Quin tibi* A. De omisso „iis" v. ad Amph. 38. — 371. *quid* A. — 372. *sycophantæ* blandiri non est. — 373. *prehendam auriculis*, v. ad Asin. 661. Sed hæc Plautum non scripsisse ostendunt Agorastoclis verba 379 sqq., qui quum allocutiones servi parum decoras indignabundus repetat, hæc, quæ ceteris etiam graviora sunt, prætermittere non potuit. Tum v. 374 prorsus ineptus est. Quare hos tres versus seclusi; his autem remotis ceterisque ad codd. exactis non est quod Geppertum sequamur versuum 357—377 ordinem mire permutantem. — 372. *Parebo*, non pareo, scribendum est, ac nescio an sic fuerit in A et „pareto" ap. Gepp. errori debeatur. — — 374. *hercle* A. — 375. *uerberitatum* scripsi Catoniano vocabulo, v. Festi Exc. p. 379. Vulgo cum Acidalio: „ne me uerberet (illud faciet, nisi te propitio)". — 377. *sine te hoc exorarier* Gepp. et Müll. Nachtr. p. 116.

378. *Non trioboli* (cf. 463), id est nullius pretii, se esse dicit, si patiatur servum talibus blanditiis puellam suam alloqui, eumque verberat singula, quæ exhibuerat, blandimenta singulis alapis rependens. — 380. *Em*, v. ad Asin. 428. — 381. *Impias te*, i. e. impium te reddis, scelere te contaminas, cf. Rud. 191: „Si erga parentem aut deos me impiaui". *Orator*, sive legatus, iure gentium sacrosanctus est. — *istoc magis*; tanto magis, inquit,

te verberabo, quod orator tam impudenter et perfide egisti. — 382 tam mirus est, ut non sine causa pro spurio haberi possit; nam *linguam* suam Milphio puellam non dixit, nec puto sic dixisse homines veræ antiquitatis, *labellum* autem, quod iam 380 legitur, hic recte repeti non potest. Itaque edd. varia conati sunt; Both. v. 380 „em colustram" scripsit; Gepp. h. l. „tenellam linguam"; Schmidt. Quæst. de pronom. demonstr. formis Plautinis p. 62: „labellum lingam"; alia Müller. p. 571. — 383. *orare* olim emendatum; „orares" nimis contorte diceretur, nec satis defenditur locis ad Most. 912 allatis. — 384. *enim*, scilicet, v. ad Merc. 248. — 386. *delicia* Gepp., qui in A legit: HUIUS DEL . . . . . HUIUS SALUS, cf. supra 362. — *amoena*; adiectivum hic additum nullam offensionem habet. Schmidtius h. l. „huius uita" substituit et hunc versum antecedenti præposuit, temere. — 388 manifesto spurius, quamvis eius causa A antecedentem omiserit; *studium* cum ceteris minime convenit; *cor* et *sauium* iam 385 legimus. — 389. „esse" del. Müll. Nachtr. p. 64. — 391. Non. p. 137: „*Mammeatam*, mammosam. Plautus in Poenulo: cuius amicam mammeatam". Inde edd. „mammeata", quod ab h. l. prorsus abhorret; Plautus aliud scripsit, velut, quod posui, *nimis amata*. Schmidt. totum versum damnabat. — 393. prius *aut* add. Ritsch. Gepp. — 395. *sorbilum* est sorbitio, qua ægroti curantur; plagæ etiam febrem attulerunt. cf. Cæcil. v. 72: „Sine suam senectutem ducat usque ad senium sorbilo". — 396. *Ita ego* scripsi pro „Itaque" sensu iubente. — *ostreatum*; cum ostreis vel ostrearum testis ulcera tergi comparat. — 397. *postulas*, v. ad Amph. 357. Mene, inquit, quæ prohibere non possim, ne adversus me mentiatur, prohibere vis, ne te verberet? — 401. *Uerum*, v. ad Asin. 783. — *Etiam*, præter ea, quæ tibi antea remisi et condonavi; Langen. Beitr. p. 116 male: „iam". *amittam*, cf. Ter. Eun. 852: „Unam hanc noxiam amitte". — Extremo versui B ea, quæ iterum recte in principio proximi leguntur, addit sic scripta: „non sum arata", i. e. eirata, ut 964 „seruare" pro seruire, v. Löwe Anal. p. 214. — 407. *Respexit* ultima producta, v. Proleg. p. 196. Reizius coni. „AD. Respexi te. AG.",

v. Müller. p. 74. Cf. Capt. 828: „Respice. ER. Fortuna quod tibi nec facit nec faciet, hoc me iubes".

408. *Quid nunc mihi es auctor?* v. ad Pseud. 1169. — Respondet servus: Id quod soles, *ut me uerberes*; nam tu quidem *in ore meo* maximam partem *habitas*, i. e. ibi pugni tui assidue versantur, hæ pro tuis ædibus tibi sunt; *hasce*, si libet, vendere potes. — 412. *Supersede istis uerbis*, i. e. mitte hæc; cf. Epid. 40: „supersede istis rebus". — 413. *Philippos*, v. ad Asin. 152; infra 557. — 416. *sororem*, cf. Verg. Moret. 28: „Interdum fessæ succedit læva sorori". — 417. *Perque* metrum turbat; Both. „Per". Mihi versus a ceteris prorsus abhorrens insiticius videtur. — 418. *nihil obsecras*, obsecratio tua nulla est, i. e. irrita, v. ad Asin. 424. — 419. *Milphidisce*; blandiendi causa deminutiva forma utitur ad Græcorum modum. — 420. *te promisisti* A. — 423 cum A om. Gepp. — 425. *Fugio*, abire propero, cf. Hor. Sat. II, 7, 35: „cum magno blateras sermone fugisque". Sed Milphio propria significatione capit. — Tum versus causa aut „est" omittendum, aut „est hoc" scribendum, nam formam „stuc" a Gepperto adscitam non agnosco. — 426. *Ego ne*, v. ad Asin. 875. Alterum *ne* omittendum esse vel versus docet. Umpfenbach. Meletem. p. 54 posterius delebat, ego prius. Affirmat se, si servus opus susceptum effecerit, eum propediem manumissurum, sed servus moræ impatiens eum identidem interrumpit. *effexis* A. — 427. *Ut non*, cf. Bacch. 1184. — 428. *merear* A, cf. Most. 970. (Amph. 1117. Curc. 185. Trin. 339.) Cic. Fin. II, 22, 74: „Quid merearis igitur ut dicas cet.". Sententia a Milphione sæpius interrupta hæc est: „Ego profecto, ut non te hodie emittam manu, non hercle meream" — sequi debebat „maximas opes" aut simile quid, cf. Bacch. 1185: „Quem quidem ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meream.". Men. 215: „Neque hodie, ut te perdam, meream deorum divitias mihi". Stich. 29: „Neque ille sibi mereat Persarum montes, qui esse aurei perhibentur, ut istuc faciat", ne Ciceronis exempla afferam. Sed quasi dubitans, quid maximi pretii nominet, *oh* exclamat; deinde a Milphione interpellatus, dum maxima quæque nominare studet, ridicula et nugatoria profert. Incipit, nisi fallor, non a mortuis, sed a divitiis mortuorum in Orco;

sequitur totum mare, nubes, stellæ. *oh # uah* etiam in A legit Gepp., sed corruptum censens edidit: „Non hercle merear pro hoc, MI. Abi, abi modo". — 429. *Acherunti*, vel, si propius codd. sequi mavis, „Acherunte", i. e. in Orco. — *Etiamne*, v. ad Asin. 707. — 430. *aquaist* Both. „aquarumst" Müll. — *Abiturun* A. — 431. *Pergin pergere*, cf. Pseud. 1250: „Pergitin pergere". Gepp. ex Acidalii coni. „perdere"; quod autem hoc in A exstare dixerat, id postea non ita esse confessus est, Stud. II p. 5. — 432. Quod Gepp. ait, inde ab h. v. usque ad 438 in codd. omnia Agorastocli tribui, non ita est, nam pluribus locis spatia vacant notarum. Suo autem indicio, non codicum auctoritate, notas posuerunt edd. — 433. *Neque hoc neque illud* (sic A) Agorastocli dederunt, qui si sic loqueretur, se ipse rideret. Milphionis sunt ius iurandum heri irridentis et subsannantis ut Epid. 99: „At enim — Bat enim". His Gepperto auctore *neque* adiunxi, quum vulgo edatur: „MI. Neque enimuero serio"; nam „neque enim" et „neque vero" vulgo dicuntur, „neque enimvero" dici potuisse non credo. Herus servum interrumpit serio se loqui affirmans. — 433. *Neque hercle uero*, additurus erat „te fallere aut tergiversari cupio". In C personæ spatium ante hæc vocabula, non post ea positum est. — 435. *quid uis*, i. e. quid velis aut quod vis, nec mutatione opus esse credo, v. ad Amph. 17. — 436. Adulescens turbatus eodem modo sententiis interruptis loqui pergit. — 438. *Quod*, v. ad Aul. 252. Ter. Andr. 454: „quod dicendum hic siet". — 439. Vulgo cum codd. Pall.: „Scin quam? uide tu. credin quod ego fabuler?" Sed nec „uide tu" ferri potest, nec coniunctivus „fabuler" ullam rationem habet; si autem indicativum reponas, sententia non magis placebit. Opportune A *uidetur* præbet, unde Gepp.: „MI. Scin quam? AG. Uidetur. Credin, quod ego fabuler?" illis nihilo meliora. Ego *credi* scriptum fuisse puto, post *Scin* autem sententiam interrumpi, quod Milphio gestu vehementissimo significaverit se nihil amplius audire velle et abire paratum esse (440); unde Agorastocles queritur parum sibi credi. — 441 sq. „*Oedipo* Plautus ablativo casu pro Oedipode in Poenulo" Priscian. VI p. 720 his versibus allatis. Ante „Oedipo" hiatus, cf. Proleg. p. 183; in proximo

versu „est“ omisi; Both.: „est Oedipo Opus coniectore“. Ad rem cf. Ter. Andr. 194: „Dauos sum, non Oedipus“. — 443. *Illic hinc*, v. ad Aul. 257. — 446. Hiatur in cæsura; Gepp. „Me obedientem meo esse“; Müll. „Meo oboedientem me“.

---

447. Hanc scenam Ritschelius recognovit et cum apparatu critico edidit Ind. schol. Bonn. 1865. — Lycus leno quum Veneri sacra faceret orans, ut sibi largum quæstum faceret, sex agnis immolatis litare non potuit, et haruspex semper mala omnia ei portendi affirmabat. Iratus igitur avarus homo omisso sacrificio ne exta quidem hostiarum mactatarum, quæ in ara adoleri debebant, deæ reddit, sed secum asportat lætus quod tali fraude deam sibi parum propitiam ultus sit. Lenones autem omnes in posterum vetat malignæ deæ sacra facere. — *illum, qui leno*, cf. ad 193. — *infelicent*, v. ad Epid. 14. — 450. *dis mihi iratissumis* Gepp., nam si „meis“ scribitur, hæc pro obiecto personali cum „inmolaui“ iungenda sunt, sacrificavit autem uni Veneri v. 452. — 451. Post *inmolaui* hiatus in cæsura ut 454; edd. recc. transponunt „agnos immolaui“ et „exta uotui“. — 452. *ut* A, sed post hoc aliquid excidisse videtur. R. „uti iam esset“, sed tum „propitia“ exspectabatur; Gepp. „ut prodesset“; Müller. „uti siet“; ego malim: „ut praesto esset“. — 453. Post *nequeo* hiatus; R. „ego“ addit; Gepp. „non queo“. — *abii* edd. — *illim*, v. ad Bacch. 317. — 454. *prosicarier*, cf. C. I. L. I n. 199 v. 40 „sicare“, 37 „foenisicei“. Prosecantur exta diis, v. Liv. V, 21, 8. Suet. Aug. 1. al.; deinde *porriciuntur*, v. Pseud. 267. Hoc verbum proximo versu restituit Seyffert. Philol. XIX p. 403; quo invento non est, quod cum Gepp. et R. vv. 455—56 potius spurios habeamus quam in A incuria omissos. — 457. *auarae*, quasi eo consilio eum litare noluerit, quo plura sacrificaret. — *adii manum*, decepi, v. ad Aul. 370. — 459. *pausam*, cf. Trucul. 718. Rud. 1205. Pers. 815. Non. p. 158. — 461. *contentiores*, magis contenti, moderati, cf. Merc. 1005. *mage* supervacaneum, cf. 82. — 463. *Condigne*, similiter, v. ad Aul. 457. Similiter haruspicem ait sibi mentitum esse, qui mala omina nuntiaret, quamvis

brevi post lucrum non exiguum faceret; nam, ut ait leno Curc. 530, „quoi homini di sunt propitii, lucrum ei profecto obiciunt". — 464. *aibat* A. — 466, cf. ad Amph. 665. *aut* Pius. *aequomst credere* Cam. — 467. R. „Nam mina mi", vix opus.

470. Ab h. l. incipiunt Græcæ personarum notæ, v. p. 294; pro Z, quæ militis nota est, librarius ab initio, illo non intellecto, L posuit, semel etiam P, 501 demum Z. Miles sermonem, quem iam antea instituerat de factis suis, quasi non interruptum continuat. — 471. *Lenulle* Priscian. III p. 615, i. e. leno mi, lenuncule, ut 1284. In A Gepp. „lenulla" legit, R. „lenullo". — *ptenanthropica* R.; Gron. „ptenornithica". — 472. *Quom* A. — 473. E Lyconis nota est a librario male in textum receptus; Cam. „Ehem" scripserat, R. „Eho". Post *Uolaticorum* hiatur in cæsura ante *hominum*; Gepp. et R. „Volaticorumne". Deinde alter hiatus est ante *Ita* mutata persona. Müllero p. 665 totus versus supervacaneus esse videbatur. — — 478. „eo" edd. enarrant „eo consilio", sc. ne viscus adhæresceret, quod nec cum antecedentibus apte iungitur nec cum sequentibus, ubi tum „Cur", non „Quoi rei" scribendum erat. In A E apparet, O equidem legere non potui; puto I fuisse; *ei*, i. e. visco, quod autem demonstrativum non ad proximum refertur, conferatur similis relativi ratio ad Asin. 64. Epid. 263. — *farferi*. Fest. Ep. p. 88: „Farferum (cod. Farfenum), virgulti genus". Plin. H. N. XXIV, 135: „Chamæleucen apud nos farfarum sive farfugium vocant; nascitur secundum fluvios, folio populi sed ampliore". Serv. ad Æn. VII, 715: „Plautus: dissipabo te tamquam folia farfari". — 479. *Cui rei* A. cf. Asin. 582. Bugg. Opusc. ad Madv. p. 176 sq. „Cuie re", i. e. quare, proposuit. — *is* addidi versus causa; Gepp. et R. cum Bothio: „Ad fundas viscus ne". — 480. *perieras*, i. e. peieras, v. ad Asin. 291. — 481. *uisci indebant* Gruter. *grandiculos* cf. Ter. Andr. 814. — 482. *Eos in uolantis* scripsi, sensu coactus; vulgo cum Camer. „Eo illos uolantes iussi funditarier", quasi „fundis peti", sed *funditare* pro obiecto postulat id, quod funditur, non id, quod petitur, v. supra 271. Asin. 890; nec „eo" sed „iis" dicendum erat. — 483. *quemquem*, v. ad Men. 704. R. cum Dousa „quemque". Versus excidisse iniuria suspicatur. — 484. Hiatus

in cæsura; R. „ibi“ add. post „crebri“; Cam. „decidebant“. *accidebant* tuentur proximus versus et Varr. ap. Non. 494: „trabs in humum accidens“. — 485. *necabant* Cam. — 486. *Per cerebrum pinna*, sc. adacta; R. locum lacunosum putabat. *sua sibi* i. e. propria, v. ad Amph. 265. De antiquorum more turtures ipsorum pennis necandi nihil alibi legi. — 488. *umquam* priorem corripit, v. Proleg. p. 203, cf. „inquam“ Aul. 820. Gepp. et R. cum Guieto „numquam“. — 489. *aequom est* Guiet. Eandem, inquit, tibi fidem habeo, quæ mihi debetur, i. e. nullam. — 490. Militis sermonem Cam. a „uolo“ incipiebat, Brix. Ann. phil. CI p. 776 a „dum“, R. a principio versus. In sacrificiis, ut ex tabulis fratrum arvalium novimus, v. Henzen Scavi nuovi p. 37 et 42, Marini Atti p. 583, exta rite porrecta ad aram referebantur aut reddebantur; sed h. l. aliter; nam leno sacrificium abrupit nec exta porricere voluit; quare ad ipsum referenda sunt, nec ante quam relata sunt, prandium incipi potest, cf. 616. — 492 sq. ex A restituerunt Geppert. et Studemund. Ann. philol. XCIII p. 52. — *dilidam* A; Studem. Herm. I p. 296 confert Bacch. 438: „puer paedagogo tabula disrumpit caput“. — 494. *Nisi aut auscultas* A, ut voluerat Reiz. — 495. *Malam crucem* omisso „in“ v. ad Capt. 468. — 496. Hiatum ante „Aphrodisiis“ defendit Lachm. ad Lucr. p. 195; post „tu“ maluit Müll. Pros. p. 539. — 498. *Ita*, v. ad Amph. 952. — 499. *extollo*, differo, ut ait Non. p. 407 hunc versum afferens, cf. ad Mil. 859. — 500. *Profecto festum ut habeam* scripsi Dousam secutus, qui „Profecto festum hunc (sc. diem) habeam“ coni.; nam de sensu loci non dubito. R. cum Scaligero: „Profestos festos habeam“, quæ quid sibi velint, non intelligo.

---

503. Exit Agorastocles cum testibus, libertinis hominibus et pauperibus, quos ad eam rem conduxit; sed adolescenti impotenti parum strenue agere et parum cito incedere videntur. Scenæ trochaicis septenariis scriptæ in B cantici nota additur. — 505. *Sicut*, v. ad Mil. 520. *spissigradus* est tarde gradiens; spissus enim tardus est, v. 791. Cist. 76. Non. p. 392

et alia afferens et Næv. Gymn. „at enim tu nimis spisse atque tarde incedis". Cic. Brut. 36, 138: „spisse atque vix . . . . ad Antonium Crassumque pervenimus". — 506. „*Corbita*" ait Non. p. 533 „est genus navigii tardum et grande" et hunc versum afferens et 542. Fest. Epit. p. 37: „Corbitæ dicuntur naves onerariæ, quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi"; immo corbis navis est, quam nos dicimus „Mærs". Velis autem, non remis, agebantur tales naves onerariæ. — 507. *Atque equidem*, v. ad Amph. 757. — *fugitaui*, vitavi, v. ad Asin. 481. — 509. *procos* vulgo μνηστῆρας intelligunt, et Turnebus quidem per ironiam senes sic dictos putabat, Muretus simpliciter adolescentes, quorum neutrum credi potest. Antiqua nominis significatio alia fuit. Cic. Orat. 46, 156 commemorat „centuriam, ut censoriæ tabulæ loquuntur, fabrum et procum", i. e. „fabrorum et procorum". Fest. p. 249: „Procum patricium (?) in discriptione classium, quam fecit Ser. Tullius, significat procerum". Immo proci cum fabris coniuncti opifices censendi sunt, fortasse ἡνιοποιοί. Sedentarium opus fuisse crediderim, quod qui faciebant crura pedesque tenuia et debilia habere solerent; nam *loripedes*, ἱμαντοπόδες, quum apud Plinium H. N. V, 46 et VII, 25 dicantur fabulosi quidam homines serpentum modo ingredientes, tum vulgo apud Romanos dicebantur homines curvis et solutis pedibus, ut scholiastæ verbis utar ad Iuven. 2, 23: „loripedem rectus derideat", cf. 10, 308. — 510. *ite, aut ite* edd. — 512. Tam minutum esse gradum eorum dicit, quam si cribro pollinario succretus esset; id est autem, ut ait Gron., ex seta confectum incerniculum, quo vibratur et excutitur pollen. — 513. *Nisi*, i. e. nisi forte. — *condidicistis* edd. *istoc* Pareus. — *grassari* est ambulare, v. Non. p. 316. Tam parvis gradibus, inquit, eos incedere oportet, qui cum catenatis pedibus ingredi didicerunt. — 515. *nec recte* edd., v. ad Asin. 154. — 516. *mactare infortunio*, v. ad Amph. 1027. — 517. *obnoxii* iam in C emendatum, i. e. non coacti sumus præstare, quid tu ames aut oderis. Gepp.: „nexi sumus istoc quod". Both. „sumus" omisit, Weis. „nos", Müller. „istuc". — 520. „tuos" Guietus del. — 521. Parum decorum habitum esse, si quis in via curreret, satis constat; v. 527 insanorum esse dicitur.

Plat. Charm. 159 B: ὅτι οἱ δοκοῖ σωφροσύνη εἶναι τὸ κοσμίως πάντα πράττειν καὶ ἡσυχῇ ἔν τε ταῖς ὁδοῖς βαδίζειν καὶ διαλέγεσθαι. Servorum festinantium cursus sæpe ridicule describitur, v. ad Amph. 977. *seruile*, i. e. servorum. — 523. *in re populi placida*, cf. Pers. 751. Trucul. 77. — 524. *si properabas*, v. ad Pseud. 287. — 527. *cerritis*, insanis, v. ad Amph. 769. — 528. Isidor. XV, 3, 2 parum accurate affert: „Si vocassem vos in ædem ad prandium". In sacrificiis apud ædes prandere solebant, cf. Rud. 327: „Is huc erum etiam ad prandium uocavit". — 529. „*Uinceretis cervum cursu vel gralatorem gradu*; gralator a gradu magno dictus" Varro L. L. VII, 69. cf. Fest. Ep. 97: „Grallatores appellabantur pantomimi, qui, ut in saltatione imitarentur Ægipanas, adiectis perticis furculas habentibus atque in his superstantes ob similitudinem crurum eius generis, gradiebantur utique propter difficultatem consistendi. Plautus: Vinceretis cursu cervas et grallatorem gradu". Sed non soli pantomimi his utebantur. — 531. *Podagrosi*, cf. Merc. 587. — *tarditudine* Nonius p. 181 ex hoc versu aliisque. — 532. *An* Gepp., cf. Capt. 256: „An uero non iusta causa est, ut nos seruem sedulo cet.?" — „quo" parum convenit; *quor*, i. e. cur, scriptum fuisse vidit Brix. Ann. phil. CI p. 776, cf. ad Amph. 892. — — 533. *Ubi*, omisso „eo", v. ad Mil. 1305. Hor. Sat. II, 7, 11: „Ædibus ex magnis subito se conderet, unde mundior exiret vix libertinus honeste". — 534. *de quoio* Bugg. Tidskr. f. Philol. VII p. 20, cf. ad Curc. 229. — 535. Pro corruptis codicum verbis edd. „quomodocumque", quibus, quoniam numeri non explentur, Both. „inquam" addidit, Gepp. „atque", Koch. Ann. phil. CVII p. 242 „nobis"; ego olim: „quo modo cumque res est"; Kienitz. Ann. philol. vol. suppl. X p. 559 assumpto v. 587, ubi eædem litteræ sine sensu leguntur: „Sed tamen commodum [nunc] quîquî" (quæ ita interpretatur: „Haben wir doch eben jetzt in jeder Weise zu Hause wovon wir leben können"). Quorum quum nihil satis veri simile sit, iure Müller. Pros. p. 203 not. longe aliud fuisse affirmat velut: „Sed tamen, quom nemo uocat nos". — 536 propter coniunctivum *edimus* affert Nonius p. 507. *conteras*, cf. Cic. Tusc. V, 30, 85: „conterere atque contemnere". — 537. *et* addidi et versu et sententia postulante.

Seyff. Philol. XXIX p. 403: „nostrum id omne, haud mutuum est“. — 538 sq. affert Nonius p. 166. *flagitamus*, debitorem, v. ad Men. 45. — 539. *est suos rupturus ramices* edd., cf. ad Merc. 138. — 542. *celocem*, restitutum ex Nonio, qui p. 533 hunc versum affert recte scriptum, nisi quod „nec“ pro *ne* habet. Cf. ad Asin. 256. Properare eos iubet operamque dare speculatoriæ, non onerariæ navis modo. Substantiva per appositionem addita adiectivorum quodam modo vim habent, v. Holtze, Syntax. I p. 7. — 543. *Adtrepidate*; trepidare et festinare sæpius iunguntur, v. Casin. 409. Ter. Ad. 323; sed trepidatio non ut properatio ad finem pervenit. — 546. „quod“ soloecum est, *quid* scripsi. — *opera mihi* Cam. — 549, cf. Pseud. 724 sq. — 549. *si . . . sciant*, cf. ad 348; accuratius: nec dicenda erant, si scirent. Langen. Beitr. p. 48 temere versum delebat. — 550. *Horunc hic* Cam. — 551. *quid agas* Acidal. — 554. *agite igitur*, v. ad Pseud. 1329. — 556. *nos ratu's* Cam. — 557, cf. 413. — 559. „esse“ om. Both. — 560. *seruom quaesitum aduenies* Both.; Gepp.: „Ubi id detulerit, tu eo quaesitum seruolum aduentes tuum“. — 563. „duplicabit“ corruptum est, nec enim simplicis furti reus est, quod servum accipit, duplicis, quod negat, sed tum demum, si negat, furtum committit. Etiam „omne“ pravum est. Scribendum: *Id implicabit hominem furto.* Errandi causam præbuit v. 184, unde vel maxime verum apparet. — 564. *testis* edd. — 565. Post *hercle* hiatus; Gepp.: „ita est pauxilla“. — *digitulis primoribus*, cf. Bacch. 672.

566—74 spurios esse iam Goetz. Act. Lips. VI p. 254 sq. intellexit, quippe quibus ea, quæ iam 540 sqq. dicta sunt, inepte repetantur et varientur. — 566. *propera*; singularis pravus est; Koch. Ann. phil. CVII p. 242: „tam properate quam potis“; sed interpolatoris vitia non removenda sunt. — 567. *melius*, v. ad Amph. 590. — 568. *Optume itis*, ironia, ut ostendunt proxima, quibus, quasi quo ingressus impeditior fiat, optat ut *femina in talos* decidant. Acidalius inverso ordine: „Pessume itis; optume hercle dicitis“. — 569. Post *femina* hiatus parum probabilis; addi potuit „ego“ aut „usque“. Löwe Act. Lips. IV p. 346 „feminora“ ausus est; Gepp. „fulmina“. Illud scrip-

torem voluisse vel proximi versus similitudo ostendit, sed consilii leporem non magis quam versus laudaverim. — 570. Post *tibi* hiatus; Both. „tibi uos". — *solum*, pedis. — 571. „*quod*, propter id quod" Lamb. — 572. *iniuste loqui*, v. ad Bacch. 462. „male loqui alicui" infra 625. 628. cfr. 1321. — 573. *quid uelim uos*, v. ad Aul. 202. infra 855. Merc. 856. — 575. *Ecce* Langen Beitr. p. 4 non Plautinum putat, quare hunc quoque et proximum versum spurios censet. — 576. *Basilice*, egregie, v. ad Curc. 359. — *cedit* Both., v. ad Asin. 402. — *fabre*, affabre, cf. Men. 134. Militari autem habitu indutus erat, „chlamydatus" v. 619.

577. Continuantur trochæi. Huic quoque scenæ in B cantici nota apposita est. Vilicus a Milphione admonitus ut *calleat*, i. e. ut calliditati studeat, facetias sectans callum aprugnum non magis callere dicit, v. Pers. 306. Non. p. 258, qui utrumque versum affert. — 580. Cf. Pers. 466: „Sed satine estis meditati? SA. Tragici et comici Numquam aeque sunt meditati". — 581. *Adeamus* Grut. — 582. Homines ait adductos esse ad hanc rem maxime idoneos, quippe qui semper in litibus et in foro versentur. In comitio eos habitare dicit ibique sæpius versari quam prætorem ipsum, cuius tribunal ibi sit, v. Curc. 469. Inde *comitiales* eos dicit. Sed ludit in hoc vocabulo, quod aliter dici solebat; nam comitiales dies in fastis dies erant comitiis destinati, quæ quum nefastis diebus haberi non possent, comitialibus h. l. *nefasti* opponuntur. — 584. *ibi*, in comitio, v. ad Mil. 187. — 585. *doctiores* olim emendatum, nec quidquam certius est, quamquam edd. codicum scripturam retinent, Turnebum secuti, qui urbanam quandam sermonis ambiguitatem sibi perspicere videbatur: „nam et ius culinarium coquitur et coctus et recoctus dicitur qui in aliqua re tiro non est"; quod ex Hor. Sat. II, 5, 55 minime efficitur. — 586. *quicum litigent* in A legit Gepp.; inde sequitur, ut animadvertit Kienitz Ann. phil. vol. suppl. X p. 559, scriptum fuisse *non*, non „nihil". — *emunt* A. — 587 eodem modo corruptus ut 535. In A Studem. benignissime me certiorem fecit legi: „Dei te perdant # uos quidem hercle cum EODum quiqui tamen", sed ut EOD parum certa sint. — 589. *Rem omnem in ordine* scripsi,

v. ad Mil. 872 sq. Ovid. Met. VIII, 189. Fast. IV, 727. — 593. *praeceptumst* A. — 594. *Ergo*, v. ad Amph. 172. Substituere possis „sequitur ut", cf. Most. 170. — 596. *Aurum est* cett. usque ad *adsimulabimus* B recte advocatis dat; edd. priora vilico, extrema ab *Ita* advocatis. — 597. *hoc* ex A accessit. — *comicum*, non verum, sed simulatum, quo in comoediis utebantur. Lupinis ad hanc rem et pueri ludentes et comoedi in scena utebantur, v. Horat. Ep. I, 7, 23: „quid distent aera lupinis", quod leguminum genus Columella II, 10 init. ait „boves per hiemem coctum maceratumque probe alere". *in barbaria* est in Italia, v. ad Asin. 11. — 598. *Philippum*, cf. 413. — 600. *nobiscum oraueris*, v. ad Asin. 655. — 602. *pergraecere*, v. ad Most. 21. — *Eu edepol*, cf. 281. His verbis B recte Collabisci notam Θ præponit; edd. Milphionis. — 603. *Quis te porro?* Milphio iure sibi hoc vindicat. — *abite, Agorastocles*, v. ad Mil. 597. — 605. *Hic homo*, Agorastocli hæc tribuit B, edd. Milphioni, Seyff. Stud. p. 3 advocatis. Mox *Facite* Agorastocles advocatis dicit, *Abeamus* Milphioni; sed ut abeat, ægre sibi persuadet, et advocatos iterum monere incipit. Hi incipientem interrumpunt; nam a *Satis*, non ab *abi* alterius personæ verba ordienda sunt, nec vilicus, ut volunt edd., sed ii, quos adolescens allocutus est, respondent. — 607. *Quaeso, d. i., quin abis?* iungenda esse vidit Brix. Ann. phil. CI p. 776. Personæ nota in codd. male ante *quin* posita est; sed recte H ponitur, nam advocatorum, non vilici hæc oratio est. Iisdem etiam vocem *Sapis* tribui. — 608. *St* Cam.; interiectio extra numeros, v. ad Most. 37. — *Fores hae*, lenonis, *flagitium fecerunt*, crepuerunt; scurrili ioco cum ventris crepitu forium crepitum comparat. — 609. *id* add. Acid. — 611. *scurrae*, v. ad Curc. 296. Mire hos Lamb. et Lindenbr. superbos quosdam sibi informant, qui ipsi antecedant et alios sequi se iubeant; immo turpiter adulari solent, et h. l. turpiter et obscoene iocatur. — 612. *Bonus*, qualis leno esse debet, ut „probus" v. 679, al. — 613. *Iam nunc . . . procul*, etiam ante quam coram cum eo colloquar. Post *illi* hiatus; Gepp. cum Guieto: „illi ego".

614. Leno milite intus relicto egreditur, ut convivas quærat ad epulas. Scenam senariis scriptam diverbii nota signat B. — — 616. *adtulerint exta*, cf. 490. — *eadem*, simul, v. ad Bacch. 47. — 617. *apparebunt*, comparebunt; cf. Capt. 456. — 618. *quid tantum hominum*, cf. Ter. Andr. 745: „quid hominum". — 619. *illic* Both. — 620. *Aetoli ciues te* Cam. — 621. Additamentum spurium, v. 638, delevit Both. — 624. *Iste* Both. Stulti, inquit, melioribus maledicendo quæstum sibi parant, iisque linguæ maledicentia pro thesauro est. — 626. Leno non iniuria defendit, se non maledicendi initium fecisse. — 627. Post „quærere" Ritsch. Opusc. II p. 447 „eo" addebat. — 629. *amnis* Brix. Ann. phil. CI p. 776. — 630. *uos ripa* Both. — 632 sq. *tantundemst* et *Qui* olim emend. — 634 sq. in A legi: MALOSIQUIDMALIFACIASAIIATI . . X
BONOSIQUIDEMALIFACIASITAIEMEXPETIS
Quod antecedit v. 632 *tantundem*, postulat, ut ad huius auctoritatem locus constituatur et utriusque sententiæ idem sit exitus, *aetatem expetit*, quæ quum parum intelligerentur, glossema adscriptum priorem locum occupavit „id beneficium interit", quod et a sensu abhorret et a metro; Bentl. „id" delebat. Illud autem dicit, tam difficile esse viro malo bene facere quam bono male; ad utrumque „aetate", i. e. ingenti tempore, tota vita, v. ad Amph. 1016, opus esse; malo omnia mala esse, bono omnia bono. — 637. *aduenimus* A, ut ipse vidi. — 638. *leniter*, non vehementer, parum, cf. 1151. Sic apud Plinium res gustu leniter amara, folia leniter hirsuta, ventus leniter pluvius, al. — 640. „Boni" edd., quasi omitti possit „aliquid"; *Bonum* scripsi; item Koch. Ann. phil. CVII p. 242. Müll. „nihil" add. („aut Boni nil aut Boni tibi de nostro nil"). Sed nescio an retineri possit scriptura cod. B *Bono*. — „tibi" in ceteris codd. male additum ab A abest. — 642. „uobeis" A. — 643 sq. *Hunc, quem* . . ., *ei*, cf. ad Amph. 1002 et Asin. 523. — 644. *iratust* A. *Mars* autem iure iratus dicitur militari homini in perniciem ruenti. Alia de causa Truc. 645 Mars Strabacis patri iratus videtur; nihil autem minus probandum quam quod Boxhorn. ex v. 664 sibi eruere videbatur. — *Capiti* cet., vobis quidem hoc fiat, ut Mars iratus sit. Cf. Cic. ad Att. VIII, 5, 1: „audivi . . . multa

mala eum dixisse; suo capiti, ut aiunt". Coel. ad Cicer. Fam. VIII, 1, 4: „Te subrostrani — quod illorum capiti sit — dissiparant perisse". Tib. I, 2, 12. Græci: *εἰς κεφαλήν σοι*, v. Aristoph. Pac. 1063. Plut. 526. Plat. Euthydem. 283 E. Dem. *παραπρ.* 130: *Οὐκοῦν ταῦτα συνεύχετο οὗτος καὶ κατηρᾶτο τῇ πατρίδι, ἃ νῦν εἰς κεφαλὴν ὑμᾶς αὐτῷ δεῖ τρέψαι.* — 646 sq. secum loquuntur; edd. vilico dant, sed nihil impedit, quo minus codd. sequamur. *praeda* edd. — *hic uenator*, se ipsum significat, v. ad Capt. 334, ad Mil. 1065. Felicem sibi venationem augurat, nam canes, i. e. advocatos, lupum, i. e. Lycum, in plagas compellere. *lupum* A. — 649. *Nisi*, v. ad Aul. 357. — „a" ante *mane* om. A. — 650. *Atque* apodosin incipit, v. ad Bacch. 276. Hiatur in cæsura. — 654. *ibi nobiscum* A et B. — 657. *faciat* olim em. — 658. „sei te dei" A. — *age* Acidal.; „agere" etiam A *ἀνακολούθως*, cf. ad Bacch. 211. — 661. *hic clam furtim esse* etiam A; hiatus in cæsura; Müll. „se esse". — *sciat* A. — 662. *latro*, miles mercenarius, v. ad Bacch. 25. — *in Sparta*, v. ad Bacch. 169. — 663. „nobeis" A. — *Attalus* non magis Spartæ rex fuit quam Phintia et Liparo Syracusarum Men. 401 sq., nec si quis dixerit in bello sociali inde ab a. 219 gesto Ætolorum contra Achæos socios et Spartanos et Attalum Pergami regem fuisse, ideo hæc ad historiæ veritatem exigi possunt, nam tum quidem *oppidum*, i. e. Sparta, non est captum. Hoc octo annis post mortem Attali a Philopoemene factum est. — 664. *huc* Weis., Gepp. — *quoniam*, postquam, v. 68. — 666 sq. *quom praecipitis*, cf. ad Amph. 746. — 668. *adcures* edd. — 669. „portat prae sibi" ut significet „sibi praeportat", fieri non potest; Gulielmus *praesidi* scripsit, ut dicitur „sex talenta dotis" Merc. 695, ubi vid., Cat. R. R. 19: „digitum pollicem laxamenti". — 670. *Rex*, homo beatissimus, cf. Capt. 819. — Post *illum* hiatus in cæsura. — 673. *dehortari*, v. ad Capt. 210. — 675. *aream*, ubi laqueo capienda est avis, cf. Asin. 215. — 677. „uobeis" *A*. — 678. *meliust* A. *rem tuam* Guiet. — 680 sq. vilicus et advocati inter se non audiente lenone. — 683. Lyco lucrum ad se venturum putabat. Immo, inquit Collabiscus secum loquens, dolor, stimulus, adversus quem asinus iratus calcitrans magnos ipse dolores percipit. In proverbium

abierat *πρὸς τὰ κέντρα λακτίζειν*, v. Æschyl. Agam. 1624. Prom. 323. Eurip. Bacch. 795. Pind. Pyth. 2, 94. al. Ter. Phorm. 78: „aduorsum stimulum calces". Hoc non intellecto Acidalius „illuc" corrigebat, quasi leno diceret: „non ad te lucrum it, sed in diversum, quo calces iactare solet ferociens asellus, retrorsum, non proversum". — 684. Ante *Hospes* hiatus; Müll. „Heus" addit. — 689. *a muscis* sc. liberum, ubi ab arbitris importunis tutus esse possis; muscarum enim curiosa importunitas pro proverbio erat, cf. Merc. 356: „Musca est meus pater; nihil potest clam illum haberi". Sed vilicus aliter accipit, quasi a muscis quærere se hospitium. — 690 *a*, quamvis etiam ab A absit, recte addiderunt edd. — 691. Tum, inquit, in *carcerem* irem, ubi in clauso et immundo loco muscæ abundant. — 692. *hospitium* edd. — 693. Post *Antiocho* hiatus in cæsura. Is rex num ab oculis laboraverit, ignoratur, nec poetam aliud curasse credo, quam ut luxuriam et mollitiem Syriæ regum commemoraret; oculos autem ut delicatissimam corporis partem nominavit; Müll. Pros. p. 517 male „eculei". — 694. *illud* Both. — 695. *esse te pati* A. — 696. *et* A. — 697. *contractare*, v. ad Mil. 1047. Oratio continuatur v. 698. — *Inis* scripsi, v. ad Amph. 425: „ingressust uiam". — 698. *Chio* A; paenultima corripitur ut Curc. 78. — 699. *Uetustate edentulum* vinum ei promittit, quasi quod senum modo dentes amiserit, cf. Alexis ap. Athen. X p. 441 c: *οἶνος . . . καὶ μάλα ἡδύς γ', ὀδόντας οὐκ ἔχων, ἤδη σαπρὸς, γέρων τε δαιμονίως*. — *inriges*, cf. Hor. Sat. II, 1, 9: „irriguumque mero sub noctem corpus habento". Phædr. IV, 15, 9: „irrigatus multo venas nectare". — 700. „geumatis" ferri non potest, quoniam unguenta non palatum sed nasum delectant; Cam. „eccheumatis", ego *cheumatis*, *χεῦμα* est enim effusio. Tam multa unguenta se profusurum promittit, ut in eo loco, ubi laverit, balneator ex reliquiis mercaturam unguentorum instituere possit. — 701 sq. mihi quoque ut Gepperto et Müllero *ut* in priore versu omissum in posteriorem transtulisse videtur librarius. — 703. *latrocinantur*, milites mercenarii sunt, v. 662. Hæc omnia præsenti pretio emenda sunt. — 705. „Qui hercle" pro „hercle qui" (v. ad Amph. 768) non dicitur; edd. *Quin* ut 671. Most. 588. al. — Versum 719 in codd. post hunc

versum male additum delevit Acid.; in A post proximum versum adduntur et 719 et 729. — 707. *ipsus A.* — 709. *dari* Gepp.

710. Senarii continuantur; diverbii notam habet B. — 711. Hiatus in cæsura; Gepp. „iam“ add., Müll. „ut“ aut „quom“. *dabit* Lamb.; „datat“ Par. et Guiet., quod defendit Seyff. Stud. p. 7. — 713. *Philippei* Pylades, cf. 166. — 714. *Hinc me procura*, cf. Curc. 518. — 717. *sunt* addidi; si quem hiatus in cæsura offendit, „relicua“ legat; item Koch. Ann. phil. CVII p. 243, cf. ad Asin. 231. — 719. *Abduce* scripsi.

720. *frugi*, strenuus, ad lenonem capiendum, cf. ad Bacch. 652. Agorastocles leporis causa aliter accipit, de vera animi frugalitate et continentia. — 722—26 cum ceteris parum congruunt nec dubito, quin spurii sint. Advocati non minus callidi et versuti sunt quam Agorastocles, qui eorum consilium quæsivit, non magistri modo docere incepit. Immo si hoc fecisset, fortius eum quam antea v. 549 repulissent ac tacere iussissent. Accedunt vitia, quæ probabili medicina sanari non possint. 723 metro consuluerunt edd. „Sciuimus“ ex proximo versu adoptantes, sed perfectum pravum est. Quid *Eum*? num lenonem? Proximus autem versus ne grammatice quidem intelligi potest. Fuit quum scriberem: „Eum uos meum esse seruom scitis, qui dedit? ADU. Scimus rem, ut populi saepe leges sciuimus“. Müller. Prosod. p. 79 susp. „Cum eo uos meum esse seruom scitis? ADU. Sciuimus. AG. Receptum aduorsus populi leges. ADU. Sciuimus“. Quem ita sequitur Koch. Ann. phil. CVII p. 243, ut „Apud eum“ scribat. — 725 affert Charis. II p. 214 sic: „Em istaec uolo ego uos meminisse omnia“. — 727. *Censeo*, cf. ad Amph. 959. — 728 ineptiis versum 724 prope superat. Si recte traditus est, advocati *pultem* non pro verbo accipiunt, sed pro substantivo, eiusque loco cognatam notionem *panem* ponunt. Talia profecto Plautus non scripsit, quare cum Haspero versum seclusi. Gepp. correxit: „Si pultem et non recludet?“ (oportebat „recludat“). „ADU. Portam frangito“. — 729. *censen* Müller. p. 765. Gepp. quasi ex A „quid tunc?“; immo „tum“ cum hiatu ante *hominem*, v. Proleg. p. 221. — 730. *seruos ad* Gepp. — *ueneritne* codd; vulgo „uenerit necne“. — 733. *dicetur* Pylades. Trecentos attulerat, v. 669. — 736.

sese adstringet Gron. *quidem est* Cam. — 737. Etiam si non eadem, sed aliquanto maior summa ad eum delata est, tamen negando furti crimine obligatur. Ut enim actor, si plus petit, causa cadit, ita nihil impedit, quo minus minus petat. — 738. *Diespiter uos perduit.* Qua de causa? Acidalius imprecationem elicuisse censet „illud odiose frequentatum *quippini*“, ideoque hunc versum proximo postponit; sed in illo quoque vitiosum est *Ita*, nec, si cum Acidalio „Ito“ reponas, sanatur; nam simpliciter „Quippini?“ respondendum erat. Quare hos quoque versus male additos credo. — 741. *egredier*; Müll. p. 79: „egredi eccum“. — 742. „si uoles“ corruptum est. Sive cum antiquis edd. et Acid. „Quin, si uoles“, sive cum Gepp. „Sine, si uoles“, scribas, numeris succurritur, non sermoni. Longe aliud fuit, velut quod exempli causa scripsi: *Sed nos decet.* — 744 affert Nonius p. 446 extr., sed corruptum. *inlices*, v. ad Asin. 219.

745. Leno exit crumenam portans, v. 781. Ad trapezitam suspicari possis eum nummos ferre nuper receptos. — 746. *quam*, i. e. potius quam, v. ad Bacch. 616. Sic et A et B et C; edd. usque ad Gepp. male „Quid“. — 749. *Is* nominativo casu intelligi nequit, quare Gepp. „Ecce“, ego olim „Ita“; sed est ablativus, v. Proleg. p. 212, add. Curc. 552. Epid. 703. Mil. 732. 735; pro „lucro“ autem, quod nimis languet, *lucris* scribendum est. Tali, inquit, emolumento *rem meam explicaui*, i. e. stabilivi et auxi, ut confidenter affirmare possim, mentiri haruspices. — 753, cf. Epid. 50. *exim* et B et C. — 754. „Ualent“ A, quod si quis pro interrogatione capiat, in responso non est „quæsitum est“, sed „postulatum“. Rectius cett. codd. „Ualeant“. Ad *uolo* utroque loco „ualere“ audiendum. Pro *atque* Gepp. „atqui“. Si corrigendum est, „namque“ prætulerim. — 755. *ut postulatum est*, ut optasti. — *non tibi*, nam alii amatori destinantur. — 756. *si audes*, si vis, quæso, v. ad Asin. 473. — 758 sq. Leno inutilem et ineptam orationem eius esse dicit. Talia antiqui frigida, ψυχρά, dicebant, v. Plat. Euthyd. 284 E. Catul. 44 al. Frigida igitur verba adolescentem ait in os suum inferre, vel *os* suum *frigefactare*, id quod ei maxime opus esse videtur, qui cibum nimis calidum cepit,

ut os ambusserit. Eodem modo Rud. 1326: „Os calet tibi; nunc id frigefactas". — 760. *Hoc age sis*, audi, v. ad Asin. 1. — 761. „numquam me" C, sed signis significatur ordinem inverti debere. — 762. *aurumque* edd. — 763. *renuntiarunt* Gepp. — 768. *Hi qui* cett., cf. ad Amph. 1002. — 769. „eis" Seyff. Stud. p. 17; *is* scripsi ut 749. *cerebrum uritur* Cam. Quod infinitivus sequitur, v. infra 841. ad Bacch. 234. — 771. *sciuerunt*, v. ad Pseud. 73. — 772. „adlegarunt" Both. — 775. *postulant*, cf. 397. — 776. „Negas" sine „ne" postulat Müller. Nachtr. p. 103. *nec*, v. ad Most. 1061. — 777. *rauio* Turnebus ex Fest. p. 275, i. e. raucus fio, v. ad Aul. 328. Quod in B sic correctum est, recenti manu factum est. — 779. „Spartiatem" edd.; *Spartiatam* scripsi, v. Neue Formenl. I p. 57. — 780. *detulit modo* Francken. Mnemos. IV p. 159: alii „modo Philippos"; Gepp. „Philippeos". — 781. *in istoc adeo* hoc ordine ABC; vulgo „adeo in istoc"; hiatur in cæsura. — 782. *in mundo* edd., v. ad Asin. 262; paratum *est tuae*, sc. ætati, v. ad Capt. 879. — 784. *Manufesto fur es*, deprehensis rebus furto ablatis. Iniuria reprehendit Vissering. Quæst. Plaut. p. 42 necmanifestum esse furtum dicens. — 785. *uidetis* Guietus. — 786. *haud arbitrario*, non ut se quisquam arbitrari id dicat, cf. Amph. 368. — 790. *Eheu quom*, v. ad Capt. 990. Nonius p. 392 male: „quam". — *ariolos*, divinos, v. ad Most. 560. — 791 sq. Verba in codd. omissa servavit Non. p. 392. *bene* codd.; Gepp. „boni". *perspisso*, admodum tarde, v. ad 505. — 793 sq. Desperatis omnibus id tantum quærit, quo mortis genere sibi ut utatur suadeant.

795. Agorastocles vilicum evocat. „Age tu, progredere" et *te ire istinc* edd. Sed versus iusto longior; Weis. „ire istinc" delebat, nos cum Spengelio Plaut. p. 43 „Age tu". — 796. *meus seruos* B. *Sum hercle* Weis. — 798. *abierit* edd. De omisso „in" cf. 495. — 799. *subscribam homini dicam*, nomen eius deferam, v. ad Aul. 753. — 800. *Num quid me?* edd., sc. vis, cf. ad Aul. 202. — „*ornatum tuum*, vilici, deposito militari" Gron. — 806. *in comitio*, cf. ad 583. — 807. *Tu.* Vilicum alloquitur, qui quoniam iam v. 804 se abscessurum dixit, hunc versum damnarunt Geppert. Stud. I p. 65 et Seyff.

Stud. p. 10 not. 9. Quod Agorastoclem non intro, sed ad forum abisse censent propter v. 928, vid. ad eum locum.

808. „*Iniuriam postulat* dicitur ut ius postulat“, Lamb. — *insignite*, v. ad Men. 989. — 809. *Nostro cibo*, cf. ad Bacch. 1098; de re Casin. 501. — *nos seruire censes*, i. e. nobis serviendum esse vel ut serviamus, cf. Sall. Iug. 21, 4: „censere eos decedere“. Cic. Leg. II, 10, 26: „delubra esse in urbibus censeo“. Philip. VIII, 7, 21: „quum antea legatos decerni non censuissem“. al. — 810. Versus pede brevior; Pylades *omnes* add. — 814. *id, quoi rei*, v. ad Mil. 624.

---

816. Canticum, in B hac nota signatum, constat quattuor octonariis iambicis, duobus septenariis. Milphio eorum, quæ acta sunt, ignarus eventum doli exspectat. — *techinae*, cf. Most. 539. Löw. Anal. Plaut. p. 211. — 817. *qui* Geppert. cum Parisino cod.; superiores parum recte: „uelut“. — 819. *praesertim* edd. — 820. *Attat*, v. ad Amph. 259. — 821. *sermonis* edd.

822. Trochaicis septenariis cantici nota apposita est. Syncerastus, cuius in cod. nota K, lenonis servus ab æde Veneris domum portat vasa, quibus herus eius in sacris faciendis usus est, 846. Queritur miserias suas, quod herum habeat, quo nemo nec peior nec turpior sit. — 823. Post *homini* hiatus; Gepp. „Cuius hominis“. — *est* edd. — *consimilis uelut*, cf. ad Mil. 820. — *hunc* Both. — 825. *luteus*, lutulentus, cf. Cic. Verr. IV, 14, 32. — *caeno conlitus*, cf. 303. — 826. *lautumiis*, cf. Capt. 717. — 827. Corruptelam numeri arguunt. Both. *ferreo*; sed quod „anulo“ audiri putat, fieri non potest; Gepp. „forcipe ferreo“; sed catenas requirimus, non forcipes. Deinde edd. „latera“ et structura parum Plautina, nec lateri, sed manibus et pedibus catenæ iniiciuntur. Mihi „latere“ corruptum videbatur; itaque suspicabar: „onere forti ferreo“. Veri similius Müller. Pros. p. 346 *catulo*, i. e. vinculo, v. ad Curc. 687 sq.: „cum catello ut adcubes; Ferreo ego dico“. Lucil. XXIX, 100: „cum manicis catulo collarique ut fugitiuom deportem“. — 828. Ex-

trema corrupta. Edd. cum C „illuc“ et post Both. „Quod“; sed vel sic nimis languide et obscure interrogatur, sive de hominum sive de vitæ genere interrogari putes. Immo „genus“ corruptum est; scripsi *gelus*, quod translate dici videtur ut apud Græcos κρύος, v. Æschyl. Eum. 161: *βάρυ τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν.* — 830. *Acheruntem*, nam apud inferos omne genus hominum est. A breve est ut 341. — 831. Extrema corrupta sunt; post Acidalium vulgo editur: „an fugitiuom uelis“, i. e. sive fugitivum dici magis placet, qua ratione apud posteriores „an“ ponitur, v. Madv. ad Cic. Fin. II, 32, 104, aut „an dicam“ ut Liv. XXXI, 29, 4. Veri similius pro „ad“ Gepp. *ac* scripsit; sed quod pro „uelis“ substituit „iuuenis“, coniunctivus requireretur ut in antecedenti versu; ego *scelus* posui ut Bacch. 1092. 1176. al. — 832. *addictum*, in servitutem propter æs alienum. — *utut* olim emendatum, cf. ad Merc. 348. — 833. *itaque*, i. e. et ita, quasi in popina. — 834. Post *popina* hiatur; Gepp. „haud est secus“, male; Müll. p. 683: „haud secius“ ut Capt. 416. — 835. *fictiles epistulas* iocando dicit amphoras inscriptas litteris vini genus et ætatem indicantibus, rem et ex scriptoribus et ex exemplaribus Pompeianis notam, v. Marquardt. Röm. Privataltert. II p. 72 sq. Jahn. Bericht d. Sächs. Ges. 1857 p. 197. *Litteratam* Plautus Rud. 478 urnam dicit Veneris nomine inscriptam, in cuius dominio erat. Cf. Athen. XI cap. 30. — 836. *cubitum longis*, cf. Rud. 1294. — 837. *uinariorum*, vasorum, sed ioci causa quasi de militum genere loquitur nec vasorum magnum numerum se habere dicit, sed vinariorum dilectum habere; cf. Capt. 159 sqq. — 838. *Omnia mira sunt*, v. ad Amph. 279. Quod Syncerastus ita locutus erat, quasi laudationem funebrem heri meditaretur, Milphio concludit, eum ab hero heredem institutum esse, nam heredis est defunctum in exsequiis laudare. — 839. Vulgo cum Acidalio: „Nam is quidem illi, ut meditatur, verba facit emortuo“. Verum qui meditatur, non habet orationem, sed habiturus est, nec emortuus, sed mortuus laudatur, v. Næv. 129: „praefica est; quasi mortuum collaudat“. Itaque traiectis verbis „illi ut“ scribendum: *meditatur, illi ut uerba faciet mortuo*, nec *id* sollicitari debet. — 840. *et autem*, v. ad Mil. 1143. — 841 sq. Lambinus: „Crucior

servos carissime emptos hic in ædibus heri mei peculium suum amittere et tanto fieri heris suis viliores quam erant". — 843. *Et* scripsi pro „sed". — *male partum* edd., cf. Cicero Phil. II, 27, 66: „ut est apud poetam nescio quem, male parta male dilabuntur". — 845. *ipsus hercle* Pylad. — 847. *nequiuit* edd. Ad rem cf. 452. — 848. *Lepidam Venerem!* Milphionis hæc esse iam antiqui edd. viderunt. — *Nam*; exspectabatur „quum"; illud ponitur cum ellipsi quadam, velut: id quod non temere factum est; vid. ad Asin. 122. — *primis hostiis* edd.

850. *Heus* edd. — *qui*, cf. ad Merc 466. — 851. *cum onere*, onus ferenti, v. 856, cf. ad Mil. 16. — 852. *moram* A; „remoram" Gepp. prob. Müller. Pros. p. 126; facilius ferrem ceterorum codd. „rem", sed ut *moram* retineatur, addidi *ego*. — 853. *Habe rem pactam* Syncerasto dedi, superiores Milphioni, ut a *Si* Syncerasti verba incipiant. — „*do tibi operam hanc*, ut sistam gradum et tecum loquar", Lamb. Quod autem condicionem addit *si futurum est*, Milphio interrogat, quid hoc sibi velit, *Quo modo*, cf. ad Amph. 552. — 854. *enim*, scilicet, cf. 384. — *uapulandum sit* A. Nonius p. 396 versum affert his verbis: „*sufferre* significat dedere vel supponere"; cf. Cas. 878: „Sufferamque ei (uxori) meum tergum ob iniuriam". — 855. *Apage*; huic vocabulo ratio addi solet, v. Becker. in Studem. Stud. I p. 239 sq. Itaque recte codd. ei proxima continuant, quæ edd. Syncerasto dant. *Nescio*, ait Milphio, *quid uiri sis*, i. e. qui vir sis, ut scribi voluit Luchs. Herm. VI p. 269, ne „nescio" h. l. pro dactylo sit. Sententiam ego sic suppleverim: Nescio, qualis homo sis, qui istud a me postulare possis; Beckerus sic: itaque timeo, ne malus sis atque sæpe tibi vapulandum, mihi corium sufferendum sit. Proxima igitur Syncerasto danda sunt. Huic Milphio: *Tibi sis*; tum idem iocandi finem faciens addidit: *Te uolo*, sc. convenire, cf. 573. — 856. *adpone*, cf. Ter. Heaut. 88: „At istos rastros interea tamen adpone; ne labora". — 858. *Di omnes deaeque ament*; solita salutandi formula proposita subito se reprehendit nec addit „te"; cuius rei rationem interroganti reddit. — 859. *Neque erum meum* etiam A; Gepp. „Nec meum erum"; quod probat Müller, ne „meum" totum cum proxima vocali coalescat;

cf. tamen 870. 887. Proleg. p. 214. Müller. Nachtr. p. 9 bene: „Quemnam igitur?“ — *dignus qui siet* ex A accessit. — 860. *nostrorum*, nostrum, v. ad Amph. 4. — *Lepide loquere. SY.* Cam. — 861. *manufesti moechi* A. Post hæc hiatus; Both. Gepp. „hic“ addunt. — 862. *Refero uasa salua*, iocus ex ambiguo, nam vasa dicuntur etiam pudenda virilia, unde „bene vasatos“ Lamprid. Heliog. 5. 8. 9. De re v. ad Mil. 1386. — 863. *Me non perdent; illum ut p.*, sic fere codd., recte. Vulgo cum Acidalio: „Me non perdant; illum perdant. Facere cet.“ cum proximo coniuncta. Immo v. 864 spurium esse ostendit inepte expressa Milphionis interrogatio. Etiam „non perdant“ parum recte diceretur. — *possum* A, cf. 348. — 865. *Malus es?* Pro interrogatione accipio. Malo homine opus est ad lenonem perdendum. — *Memora, num* A; Gepp. „Memora dum, num“. *memora* nihil aliud est quam „dic“. — 866. *tibi* exstat in A. *quodque* etiam A; „quod“ Both. Gepp. — 867. „gratieis“ A. — 869. „*Adde operam*, da tu quoque operam, adiuva“, Lamb. — 870. *facilest* A. *meae alae*, episynaloephe, v. 859. Müller. p. 384: „hau facilest me; alae hae“. — 871. Syncerastus se ad eam rem parum valere dixerat similitudine ab avibus sumpta. Milphio hoc alio torquet, *alas* non avium, sed hominum commemorans, quas propter gravem hircisque similem odorem *hirquinas* dicit, cf. ad Pseud. 742. Pilos ibi enatos antiqui diligenter evellere solebant, quod si non fecisset, Milphio promittit eos intra duos menses pinnarum instar fore, ut volare posset; *uolucres*, cf. Amph. 322. — *Nolito deuellisse*, v. Madv. Opusc. II p. 124 sq. — 872. Hiatum post *tuae* defendit Lachm. ad Lucret. p. 200; cf. Proleg. p. 224. Müller. Pros. p. 585: „alae tuae hirquinae“; ac sane substantivo ægre careo. — 873. *Uerum enim*, cum v. 870 iungendum; cf. Cist. 81. Ter. Ad. 201. Langen. Beitr. p. 117 iniuria particulæ „uerum“ apud Plautum aliam vim tribuit quam apud ceteros scriptores. — *qui*, i. e. si quis, v. ad Men. 947. — *modo* Guietus. Quod post „norit“ in cod. C personæ spatium est, in A lacuna indicatur, num „norit satis“ fuit? — 874. „A, qui personam Syncerasti omittit: quasi tu tacere uero quicquam potis es rectius“. Gepp. „tu“ illo saltem loco delendum esse numeri ostendunt. *uero* retinui

cum Gepp., sed magis placeret: „Quasi uero tacere", ut Müll. Nachtr. p. 39, aut „Quasi tacere tu". — 875. *Tacitam tibi rem sistam* Gronov. — *mutae* A. Mulieres enim, nisi mutæ sunt, tacere non possunt. — 876. *credam*, *ni* edd. — 877. *Male credam et credam tamen*, hæc infra 888 suo loco leguntur, hic ferri non possunt. Brix. Ann. philol. CI. p. 777 proposuit: „Credam, ni metuam mihi", ego: „Male credam, nam fit meo" sc. periculo; sed magis inducor, ut totum versum pro spurio habeam. — 880. *quin* edd. — 881. *eius merito*, v. ad Asin. 730. *eius* priorem corripit ut Ter. Phorm. 113. 185; Müll. Nachtr. p. 51 „male faxit" coni. — 882. *facere poterit* A. — 883. *paritem* Pareus, cf. ad Merc. 641. — *ne me perduim* Gepp. — 884. *elocutum* A. „mortalei" id. — 885. *Crurifragium*, nomen comice fictum, cuius crura fracta sunt, v. ad Asin. 471. — 887. *nisi*, cf. 649. — *meo uni* codd. cum episynaloephe et hiatu; Müller. veri similiter: „uni meo". — *ut ne*, ea condicione, ne, cf. Madv. ad Cic. Fin. II, 20, 64. — 888. *ex te exortum* Gepp., cf. Müller. Nachtr. p. 117 not. — *et tamen*, cf. Ter. Andr. 59. — 889. *Fide* B et C, dativo casu ut C. I. L. I n. 170, cf. ad Aul. 607. Hor. Sat. I, 3, 95. Iambica vox h. l. pro pyrrichio est, v. Proleg. p. 206. — 890. Gepp. cum Acid. colon post „hic" posuit. — 891. *uolt* Gepp. *frugi* Palmer., quod non minus recte dicitur quam „nequam facere" 178. cf. ad Pseud. 436. — 895. *in Anactorio*, Arcadiæ urbe, cf. ad Bacch. 169. — 897. *et Giddenemem* A. Nomen infra sæpius recurrens Movers p. 133 interpretatur גְּדִי נַעֲמָה „Felicitas gratiosæ", i. e. Astartæ. — 899. *Carthagine* edd. *aibat* Both. „dei" A. — 901. *surruptus* etiam A; Acid.: „surptus". — 902. *eum* olim em. *surrupuit* A. — *hic eum* Müll. Nachtr. p. 112. — 904. *Omnia memoras*, *quo*, i. e. omnia, quæ dicis, eiusmodi sunt, ut eo facilius id fiat, quod volumus, v. ad Epid. 589. Gepp. præf. Casinæ aliquid excidisse putabat. — *id*, cf. 185. — *Manu eas adserat* cet., cf. ad Curc. 489. — 905. In A ut in ceteris codd. personæ spatium errore ante „tace" vacat, non ante „tacitus". — 906. *Profecto* correpta media, v. Proleg. p. 205. — *ad incitas*, i. e. ad summam inopiam. Similitudo ducta a calculorum ludo, qui quum ita ab adversario coguntur vel alligantur, ut cieri,

i. e. moveri, non possint, *inciti* dicuntur; cf. Trinum. 537. Non. p. 123, qui præter Plautinos Lucilii duos locos affert. Inde proximo versu *unam calcem*, i. e. unum calculum; et Nonius quidem p. 199 „unum calcem“ habet et masculinum genus testatur; A cum ceteris *unam*, quod eo minus sollicitandum est, quia „ad incitas“ dicitur. — 909. *Quin* A. — „sei dei“ id. — 910. „dei“ A. *Num quid* olim em. Post *aliud* interpungendum est; vulgo iungunt „aliud me morare“. — 911. *Ualeas* omisso „ut“, cf. Bacch. 602. Capt. 191. Sed particula additur alteri membro, ut Epid. 268. — *tuost ero* A. — *in manu*, v. ad Amph. 560. — 913. *nihil est*, inutile est, v. ad Asin. 424. — *dum calet*, nondum refrigerata occasione, v. ad Epid. 144.

916. *Illic* edd. — 917. *eum instat*, cf. ad Curc. 376. — 918. *Satine*, nonne, v. ad Amph. 627. — *iam* B. — 919. *euocem* Gulielm. — 920. *Eroque* addidi; Gepp. „Eaque“, Müll. „Atque ei“. — 921. „Ero“ delevi; Müll. Nachtr. p. 51: „Ero ero uni intus odio potius“.

922—928 cum Weisio, Haspero, Götzio Act. Lips. VI p. 252 spurios censeo; post 921 poeta ipse plura addere non potuit. *quanta pestis* Gepp. ex spatio A. — 923. *nimis diu est*. Müller.; etiam in A „nunc est“ esse dicitur. — *me moror* A, cf. ad Most. 1043. — 924. *Ita* et *institutumst* A. — 925. *docte* Gulielm.; „nocte“ etiam A. — *modo* ultima longa; Müll. „mihi“ add. — 926. *illud inseruiendum est*, cf. Most. 185. — 927. *Remora* A. — 928. *aduenìat a foro.* At Agorastocles domi est, v. 919, cf. 807.

Hanno Carthaginiensis Calydonem advectus deos orat, ut sibi propitii filias amissas invenire sinant. Sed ante hæc (949 sqq.) Punice eadem et quidem bis leguntur. Hæc nec a Græco fabulæ auctore nec ab ipso Plauto profecta esse possunt. Græcis enim perexigua huius linguæ notitia fuit, Romanorum autem si non nulli tantum sciebant, ut ignorantiam et impu-

dentiam Milphionis, qua in proxima scena Punica verba Latine reddere conatur, ridere possent, perpauci tamen continuam orationem Punice habitam sequi potuerunt, nec, si potuissent, quidquam ridiculi aut lepidi haberet, Poenum Punice loqui. Talia posterioribus demum in mentem venire potuerunt, qui a Musis Gratiisque alieni, novarum rerum et sui iactandi cupidi, ea quæ Musarum alumnus scripserat, suis additamentis multifariam inquinare ausi sunt. Horum aliquis quum non intellexisset proxima scena tum demum Hannonem sua lingua uti, quum eum Milphio Punice provocasset (991), eum statim ab initio Punice loqui voluit et orationem eius (949—58) Punice reddidit vv. 939—48, qui in A decem sunt, in ceteris codd., omissa posteriore parte v. 941 et priore v. 942, octo. Cui quum aut parum successisse videretur aut librariorum culpa interpretatio corrupta esset, postea alius quidam novam addidit interpretationem, quæ ab A abest, in ceteris priorem locum obtinet, 929—38.

Hæc, quæ a Plauto aliena sunt, magni momenti visa sunt Punicæ linguæ studiosis, cuius præter inscriptiones nummosque hæc fere sola monumenta relicta sunt, tanto magis pretiosa, quod vocalibus in semitica scribendi ratione omissis Latina ratio carere non potuit. Nos vero illarum litterarum rudes in his enarrandis ea reddemus, quæ probatissimis auctoribus placuerunt, in dubiis tantum et ubi doctorum virorum sententiæ longe inter se discrepant, eligendi aliquod arbitrium timide nobis arrogantes. Omnes, qui hæc Punica tractarunt, enumerare longum est, nec opus, nam nomina eorum vel apud Moversium inveniuntur; tres, quibus maxime usus sum, hi sunt: F. C. Wex de Punicæ linguæ reliquiis in Plauti Poenulo, programmata duo gymnasii Suerinensis 1838 et 39, F. C. Movers Die Punischen Texte im Poenulus des Plautus, Breslau 1845, P. Schröder Die phönizische Sprache, Halle 1869, p. 285 sqq. — In distinguendis vocabulis Punicis rationem secuti sumus, non codd., quorum quum semper in hac re exigua, tum hic omnino nulla auctoritas est, nisi quod v. 934—37 signorum reliquiæ quædam servata sunt, 934 in B: yth⸫ chil⸫ ys⸫ chon⸫ chem⸫ liful, in C: chyl⸫ ys; 935 in B: Yth⸫ binim⸫ ysdibur⸫; 936 in B: emaneth⸫ iby; 937 in B: chil. luch. In enarrando autem ubi Hebraicis lit-

teris Punica reddimus, ad Hebraicam rationem vulgo notam vocalium signa ponuntur, quamvis Poenorum pronuntiationem non eandem fuisse Latinæ litteræ indicent.

929. *Yth alonim ualonuth*, אֶת אֲלֹנִים וַאֲלֹנוֹת, deos deasque. *Yth* nota accusativi est. Huc pertinent Rufini grammatici verba p. 2711 P.: „Sisenna in commentario Poenuli Plautinæ fabulæ sic: Alonium Poeni dicunt deum, et producenda syllaba metri gratia [sicut] exigit iambus". Mihi quidem admodum dubium est, num hic Punicorum scriptor metrum spectaverit. — *sicorathi* Gesenius זִכַּרְתִּי interpretatur, i. e. „laudo", „veneror", quod recentiores aspernantur et aliis de causis et quia hiphil, non piel modus hanc vim habet (Mov. p. 59); שֶׁקָּרָאתִי legunt, i. e. „quos invoco" (Mov.) aut „quos offendo vel invenio" (Schr.), ut prædicati verbum in proximo versu quærendum sit. *simacom syth*, שֶׁמָּקוֹם זֹאת „huius loci", ut מָקוֹם apud Poenos feminini generis fuerit. — 930. *Chy*, כִּי, ut. Proxima Movers. sic: mla chuny tumum ysthyal, יִמָּלֵא כֵּנִי תָמֹם אֶשְׁתָּאֵל „ut perficiatur propositum meum prorsus, precor"; Schröder. p. 306 sic: mlachun' ythmum ysthyal, מְלַאכוּנִי אֶתְמֹם אֶשְׁתָּאֵל „ut negotium meum perficiam precor". — Reliqua magis incerta. Mov.: mycthi bar uym ysehi, מֵיתֵי בָּעָר וְעָם אֲשֶׁהִיא „veniendo in urbem et ad populum eius", ut מֵיתֵי infinitivus sit Aramaicus verbi אתא, tum עָר pro עִיר, extrema autem vox significet „qui ei est". Quæ quum ferri non possent, Schr. p. 305 mytib interpr. מֵיטִיב cum antecedenti אֶתְמֹם iunctum „ut bene perficiam"; tum: aru im ischi, אֲרוּ אִם חֶשְׁקִי „en, hoc est optatum meum", ut אִם demonstrativam vim habeat. Quod idem *ischi* pro „isehi" scribit. v. 950 aperte monstrat aliud hic fuisse; nam vertendum erat „qua propter veni" aut simile quid. — 931. *Lipho caneth*. Mov. לִפֹּה קְנֹת „ut hic redimam". Schr. לוּ פֹה קָנִיתִי „utinam hic redimam". *yth bynuthi*, אֶת בְּנוֹתַי „filias meas". Tum uterque: iad edin bin ui, יַחַד אִידִין בֶּן אָחִי „una cum illis fratris filium", quæ si omnino ferri possent, non ex ipsius Plauti verba v. 951, sed ex additamento interpolatoris translata essent; quare nescio an aliud quærendum sit. — 932. *Bymarob*, בְּמַעֲרַב „per fidem". Tum Mov.: *syllohim alonim*, שֶׁאֱלֹהִים אֲלוֹנִים „divinorum (beatorum) deorum"; Schr.: syllohom

alonim, שֶׁלָּהֶם אֲלֹנִים „quæ iis, diis [est]“. — *ubymysyrthohom*, וּבְמִישַׁרְתָּם „et per iustitiam eorum“. — 933. *Byth (i)lymmoth*, בְּעֵת עֲלָמוֹת „tempore præterito“, antehac. *ynnocho*, הִנָּכֹא „hic“. *thuulech*. תַּהֲלָךְ „hospitium“. *chon*, כּוֹ „fuit“, v. Schröd. p. 199. — 934. *Ys siddobrim*, אִישׁ שֶׁדֹּבְרִים „vir, quem dicunt“. *thyfel*, תִּפְעֹל Mov. interpr. „fecisse“, proprie „fecit“, perf. tiphel; Schr. „fecisti“, ut epitaphiorum stilum scriptor imitatus sit. *yth chyl ys chon them liphul*, אֶת כֹּל אֶשׁ כֵּן תַּם לִפְעֹל, Mov. et Schr. interpr. „quidquid iustum virum facere oportet“. Quod si recte statuerunt, necesse est Punicus ille interpres Plauti verba 954 non intellexerit, quibus nihil aliud significatur, nisi virum mortuum esse, id quod mihi quidem non veri simile videtur. — 935. *Yth binim*, אֶת בְּנֵם „filium eius“. Suffixum „im“ vel „imau“ (945), הִמוֹ, defendit Movers. p. 89. *ys diburth*, יֵשׁ דִּבְרַת. vel *dubirth* (דּוֹבֶרֶת) ut vult Schr. ex 945, „est loquela“, dicunt. *ynnocho* „hic“, v. 933. *'tnu* Schr. interpr. אִתָּנוּ „apud nos“, quod mire supervacaneum est; Mov. emend. *ihy*, יְהִי „est“. — 936. *Uth* Wex. em., nam fieri vix potest quin sit אוֹת „signum“. Tum Wex. et Schr. „emanethi hy“, אֲמָנָתִי הִיא „fidei meæ est“, ut Iosv. 2, 12 filum illud rubrum in fenestra Rahabis אוֹת אֱמֶת dicitur. Sed codd. aliter verba separant, et A quidem cum interpunctione, quare Mov. recte *emaneth ihy* scripsit, i. e. אֲמָנֶת יְהִי, omisso pronomine possessivo. *chirs aelichot* חֶרֶשׂ הַהֲלִיכוֹת „tessera hospitii“, cf. 946. *sithi nasothi* em. Movers, שֶׁאִתִּי נָשָׂאתִי „quam mecum fero“. Extremam vocalem suppressam esse censet Schr. p. 313. — 937. Prima incerta sunt; Mov.: By nyid, בִּי נֻעַד „mihi designatum (monstratum) est“ ab rad. יעד „constituit“. Schr.: Bynny id, (הִ)בִּינוּ יַד „monstrarunt manu“. *ch'illuch ily*, כִּי אִלּוּךְ אֵלֶּה „hic esse illas“. Cum אִלּוּךְ comparant Chaldaicum הַלְּכָא „hic“. *gubulim lasibithim*, גְּבוּלִים לְשִׁבְתִּים „regiones habitationis eius“, i. e. ubi habitet. De suffixo im cf. ad 935. — 938. Principium incertum. Mov.: *Bodys lythera*, בְּהֹדֵי אִישׁ לְתַרַע „apud hos homines ad portam“, ut הֹדֵי pronomen Punicum esse censeat p. 105; תרע „porta“ Aramaicum est. Schr.: *Bodi*, בְּעֹדֵי „De eo“, nam bod ait esse Hebr. בְּעַד „post“. *ali thera*, עֲלֵי תַרַע „apud portam“. *ynnynnu*, הִנְנִי „ecce me“, i. e. ego. *ysl*, אֶשְׁאַל „interrogabo“. *ymmon*

cho 'th iusim (em. Mov.) הַמּוֹן כֹּה אֶת יוֹצְאִים „hos hic egredientes"; הַמּוֹן cf. ad 935.

939—48 alteram et antiquiorem habent eorundem interpretationem. Hanc autem librarius persæpe ita depravavit, ut Punica ad Latinorum verborum similitudinem accommodaret. Primo versui in B male præfigitur N; Hannonis nota X fuit. *Yth alonim* recte A. אֶת אֲלוֹנִים וַאֲלֹנוֹת „deos deasque". *sicorathi*, ut 929 A. Schr. p. 303 ex ceteris codd. suffixum addidit. Proxima vox corrupta videtur. Mov. coni. *iscynun* יִשְׁכְּנוּן „(qui) incolunt" coll. Ierem. 7, 7: שִׁכַּנְתִּי אֶתְכֶם בַּמָּקוֹם הַזֶּה „habitare faciam eos in hoc loco". Schr. *isthymmihy*, יִשְׁתַּמְּחוּ „gaudentes". *macom syth*, מָקוֹם זֵאת „hoc loco", i. e. incolentes hunc locum. *syth* ex A retinuit Schr. ut 929; Mov. ex ceteris *esse*, quasi הַזֶּה. — 940. *C'ombal'*, כִּי אֲמַלֵּא Schr. *Chy mbal*, כִּי יְמֻלָּא Mov. „ut perficiatur". *tumam*, תָּמָם „prorsus", cf. 930. *it alecoti*, אֶת הֲלִכֹתִי „iter meum" Mov.; Schr.: *isal alecoti*, אֶשְׁאַל הֲלִכוֹתִי „precor, iter meum"; tum *am baet* הַם בְּעֵיתִי „ardenter opto", sed veri similius est verbum regens esse *beat*, בְּעָאתִי „precor", ex Aramaico notum. — 941. *Lu lecanth ichona*, לוּ לִקְנֹת יְכוֹנָא „utinam, ut redimam, fiat". *alonim* „o dii"; littera *b* incerta est; etiam d aut p legi posse dicitur. *alum*, הֲלֹם „hic". Proxima corrupta. Mov. coni.: banuthi ichad (= iad 931), בְּנוֹתַי יַחַד, Schr.: banuth' vechor „filias meas una cum". Sed vix aliud fuit nisi „filias meas". — 942. Initium, cuius partem aliquam A servavit, non dubito quin significaverit: „quæ mihi surreptæ sunt". Mov. et Schr.: bin ah silli, בֶּן אָח שֶׁלִּי „filium fratris, qui mihi est", cf. ad 931. — *in es hulec silli*, הֵן אִישׁ הוֹלֵךְ שֶׁלִּי „en vir hospes qui mihi fuit". *mbalim*, מֵעֹלָם „antiquitus"; posterioris vocis vocales Punicæ aliæ fuerunt. — 943. *Esse*, אֶשׁ „qui" sc. vocabatur, quod quum omitti nollet Moversius „essemo", אֶשׁ שְׁמוֹ scripsit. *con alem* (vel alum ut 941) כֹּן הֲלֹם „fuit hic". — *ueduber*, וְדֻבַּר „et dicitur", *tefel*, תִּפְעַל „fecisse", v. 934. — 944. *Onobuth*, עֲנָבוֹת „debitum". Sequi videtur וּ „et", sed reliqua incerta; Mov. et Schr. *ulec* scribunt: עֲנְבוֹת הוֹלֵךְ כֹּל תֹּם „officia eius qui incedit in omni iustitia", de quo errore v. ad 934. *ucommutro*, Hebr. וּכְמִשְׁמַרְתָּה „et secundum observantiam". *luful*,

לִפְעֹל „facere“, cf. 934. — 945. *Et benimau*, אֶת בְּנִמַו „filium eius“, cf. 935. *os duberth*, idem quod 935 ys diburth, „est sermo“. Schröder sic legit: Yth benim avo ’s duberith, אִית בְּנֵם חַוָא יֵשׁ דוֹבֶרֶת „quod ad filiam eius attinet, vivit, sermo est.“ Proxima admodum dubia; Mov.: hen ihy, הֵן יְהִי „ecce (i. e. hic) est“; Schr.: en itnu, הֵן אִתְּנוּ „ecce apud nos“; respondet v. 935 ynnocho „hic“; fortasse idem brevius scriptum fuit „enchu“. — 946. *Ett ese* scripsi, אֶת הַזֶּה „hoc signum“ (אִית = אֶת v. Mov. p. 93); Mov. et Schr.: Ette (Itte) se, אֶתִּי שֶׁ „signum meum, quod“. *anec*, אָנֹךְ (אָנֹכִי) „ego“. *nasot* „fero“, v. 936. *ers ahelicot*, Schr. = chirs aelichoth 936, „tesseram hospitii“. — 947. *Alem* „hic“, cf. 943. *us dubert*, ut 945 os duberth, „est sermo“. Proximum *er* Mov. putat esse Chaldaicum אֲרֵי, Talmudicum הֲרֵי „ecce“; Schr.: inny, הִנֵּה, eadem vi. *mucom susibti*, מְקוֹם שֶׁשִּׁבְתִּי „locus domicilii eius“. In cod. C, ubi vv. 942—51 post v. 1010 repetiti sunt, scribitur: mi compsuespti. — 948. *Aode*, אוֹדַע „cognoscam“ i. e. interrogabo, *anec* „ego“ v. 946. Pro Latino *lictor* Mov. et Schr.: *lisor*, לְשַׁעַר „ad portam“, cf. 938. *bode*, ut 938 bodi, „de eo“. *si*, זֶה „hic“. *ussil*, אֶשְׁאַל „interrogabo“. *immon*, ut 938 ymmon, „hos“. *co* „hic“. *iusim* „egredientes“, ut 938.

950. *quod ueni*, v. ad Amph. 902. Curc. 327. — *rite*, feliciter, vobis faventibus, cf. Verg. Æn. III, 36: „rite secundarent visus“. Hor. Carm. sæc. 13: „rite maturos aperire partus“. — 951. „et mei fratris filium“. At eum Hanno non quærebat. Hæc non ipse Plautus scripsit, sed posterior aliquis eventum fabulæ magis quam argumentum spectans. Quæ quum iis, quæ ab initio hic fuerant, *quae mihi subruptae sunt*, superscripta essent, errore librarii eorum locum occuparunt. illa autem, margini adscripta, additis denuo „et fratris filium“, quasi novus versus post 952 irrepserunt. — 953. *Antidamas*. Müller. Pros. p. 10 „Antidama“ postulabat, ut Sosia et Saurea, quod quum metrum non ferret, et ipse et Luchs. Studem. Stud. I p. 46 verba varie transposuerunt. Illa nominativi forma legitur etiam 1048, sed in spurio versu, et 1055, ubi corrigenda videtur. — 954. *sibi*, v. Madv. Gr. Lat. 490 c not. 3. *faciundum fuit* ei id, quod omnibus, ut moreretur, cf. Anthol. Pal. VII, 419:

κοιμηθεὶς ὕπνον ὀφειλόμενον. X, 105: θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα. Hor. A. P. 63: „Debemur morti nos nostraque". — 955. *esse hic praedicant* A. — 956. *Ad eum* et *hanc* A. *tesseram* olim emendatum, cf. 1044 sqq. Cist. 333. De hospitalibus tesseris, quibus hospitium olim factum probatur, v. Marquardt. Röm. Privatalt. I p. 205. ξύμβολα τετμημένα, quorum partem uterque hospes servabat, ex Platonis Symp. 191 D et schol. Eur. Med. 613 nota sunt; sed plerumque integræ tesseræ fuisse videntur, ut similem uterque servarent, vid. infra. Cognati generis exstat tessera eburnea, in qua manus iunctæ expressæ sunt, Lilybæi reperta, Corp. Inscr. Gr. 5496; item ahenea manus in Gallia reperta, ibid. 6778, piscisque C. I. Lat. I n. 532, quæ tessera hospitalis fuisse videtur Fundanis cum M. Claudio, cf. V n. 4919—21. VIII n. 68. Herm. V p. 371 sqq. — 957. *Is in hisce abitare* A. — 958. *hinc* A.

959. Agorastocles exit cum Milphione, qui ei narravit quæ ex Syncerasto audivit. Diverbium esse in B significatur. — 960. *Eas* A; in ceterorum codd. archetypo initialem litteram ornamenta solita hauserunt. — 962. *adseres* edd. Ad rem cf. 905. — 963. *flagitium est* edd.; tibi dedecori est. *te populares* A. Quod post *tuum* infertur *te*, cf. Stich. 714: „Haud tuum istuc est uereri te". Trin. 174: „Quid fuit officium meum me facere?" Madv. ad Cic. Fin. III, 3, 10. — 966 suo loco habet A. — 967. *Creta*, v. ad Aul. 710. Hanno iis, quæ audivit, sordes tristitiæ quasi creta abstersas esse dicit. — 968 affert Nonius p. 173. — *Ut*, v. ad Mil. 473. Pseud. 473. 753. 983. Trin. 887. — 970. *Quid tu* edd. — 973. Servius ad Æn. VIII, 724: „*Discinctos* habitum eorum ostendit, qui usque in talos fluebat; quod Plautus ridet in Poenulo dicens: Quæ est illa avis?" Gepp. ed.: „Sed quae illaec auis est?" ego *auist.* Avis autem dicitur homo peregrina facie, qui subito, quasi volando, apparuit; male alii ad „manicas alarum instar pendentes" referunt. *Tunicis* autem, et longis quidem (v. 1301), sine pallio utebantur Carthaginienses. — 974. *in balineis* Gepp.; superiores: „a bal.". *circumductus*, privatus, v. ad Asin. 96. De furibus balnearibus (λωποδύτας dicebant Græci) est Digestorum lib. XLVII tit. 17. — 975. Quod vulgo pro initio proprii versus

habetur, mihi nihil aliud videtur nisi initium huius male scriptum. Non opus est igitur supplementis nec temerario illo Turnebi: „Facies quidem edepol Punica est; gugga est homo“ nec Gepperti: „Facies quidem edepol hominis peregrina admodum est“. — 975. *ueteres antiquosque*, cf. Amph. 118. Iocatur autem quasi senectute incurvi sint, quos proximo versu oneribus, quæ portabant, curvari significat. — 977. Numeris parum bellis succurrit Weisius sic: „Atque ut ego opino, in manibus digitos non habent“. Milphio postquam eos vidit anulos in auribus gestare, dicit eos digitos non habere videri. Afri autem inaures gestare solebant, ut apparet ex Macrob. Sat. VII, 3, qui Ciceronis in Octavium dictum affert: „Certe solebas bene foratas habere aures“. „Hoc“ inquit „eo dictum est, quia Octavius Libya oriundus videbatur, quibus mos est aurem forare“. — 978 laudat Priscian. IV p. 637. — 979—81 Hannonis esse putat Dziazko Mus. Rh. p. 480, ante 982 autem versum Punicum excidisse. — *Adibo ad hosce* Pareus. De hiatu v. Proleg. p. 220. — 981. *linguam uortero* edd. — 982. Post *tu* hiatur. — *conmeministi Punice*, cf. ad Curc. 248. Cic. p. Cæcin. 22, 62: „Latine obliviscerentur“. — 983. *qui scire potui*, cf. ad Mil. 264. Gepp. „qui scire potis sim“; Müller. Nachtr. p. 145 et Becker. in Studem. Stud. I p. 147 sq. „potis sum“. Luchs. Herm. VIII p. 118: „qui fieri potis est?“ — 984. *illim* et A et B, cf. 453. — *perierim Carthagine*, cf. ad Capt. 533. — 985. „dei“ et „plurumei ad illum“ A. „ut ad illum“ Acidalius cett.; Brambach. Mus. Rhen. XXI p. 479: *adeo ad hunc*. — 988. *Nullus me est hodie Punus Punior* Priscian. III p. 598. *Poenus Poenior* scripsi concinnitatis causa. — 990. Priscian. XII p. 950 et XVII p. 1047: „Quid sit, cuiatis, unde sit, ne parseris“. *quoiatis*, cf. Men. 336.

991. Priscian. ll. ll.: „Quid est? cuiates estis aut quo ex oppido?“ *Auo*, i. e. חֲוֹו aut חֲוֵה (Hebr. חֲיֵה) vivatis, salvete. V. 995 et 998 additur *donni*, i. e. דֹּנִּי (Hebr. אֲדֹנִי), domine mi. Hoc in Anthol. Palat. VII, 419, 8, ubi cod. *Ναιδιος* habet, scriptum fuisse suspicatur Scaliger:

Ἀλλ' εἰ μὲν Σύρος ἐσσὶ, Σαλάμ· εἰ δ' οὖν σύ γε Φοίνιξ,
Αὐδονίς· εἰ δ' Ἕλλην, Χαῖρε. τὸ δ' αὐτὸ φράσον.

994. *Anno bynmytthymbal* A, i. e. חַנֹּא בֶּן־מְתֻנְבַּעַל, Hanno Muthumballis filius, ut interpretatur Milphio. *Hanno*, nomen Punicum notissimum. *Muthumbal* prætuli propter v. 994. Idem nomen exstat in titulo Gurzensi C. I. L. VIII n. 68. A pro u y habet, quæ et in antecedenti vocabulo et in aliis Hebraicum ֵ i. e. e vel æ reddit. Nomen a נתן et בעל ductum significat donum Baalis. Ultra hæc in A nihil legi potuit; ceterorum codicum scriptura *le bacha edre* corrupta videtur; requiritur quod significet aut Carthaginiensem aut ex Carthagine; Schröder: „Cartadati". — *anech*, Hebr. אָנֹכִי, ego. — 995. *Donni* v. ad 991. — 996. *hic* et *pollicitarier* A. — 997. *uerbis meis*, cf. 405. — 998. *Auo donni inquit hic tibi verbis tuis* A, nam quod inter *don* et *inquit* dubitanter IM legerunt, id est. nisi fallor, IIN repetito principio proximi vocabuli. — 999. A: ME . HARBUC; tertia littera utrum P an S fuerit, Studemundus diiudicare non audet; S fuisse probat Milphionis interpretatio *miseram buccam*, unde Schröderus fuisse putat מִי שְׂכַר בָּךְ. „quis mihi per te gratias agit?" Illud apparet, reiiciendum esse Moversii scripturam et enarrationem: *Mehar bocca?* מַה עִרְבֶּךָ, „quid sibi vult turbata tua oratio?"; nam huic quæstioni nondum locus erat; sed שׂכר־ dubium est, vel propter vim huic verbo traditam vel propter elisionem litteræ כ; ac nescio an probabilius Lundius nostras שׁאל Hebraicum in שׁאר־ transisse putet, ut Magalia in Magaria v. 86, ut significet: quis me interrogat, i. e. salutat, per te? — 1001. *Fortasse* cum infinitivo, v. ad Amph. 615. — 1002. *Si ita est* Pareus; Gepp.: „Id si est". — 1003. *Audin tu* A. Quæ sequuntur, enarrant רֹפֵא אֵינֶנּוּ כֹּה אִישׁ תַּם „medicus non est hic, bone vir", quasi Milphionis essent. Sed Milphio non is est, qui vere Punice sciat; quare aut speciem tantum Punicam hæc habent et talem quidem, ut spectatorum quivis nihili esse intelligat, aut, si recte dicta sunt, non Milphionis, sed Hannonis verba sunt. Accedit quod, si hæc Milphio Hannoni dixisset, eum respondere oportuit. Quare non dubito, quin Agorastocles Milphioni dicat: *Audin tu? sic uolo*; Hanno quid dixerit, videant Punicæ linguæ peritiores. — 1005. *zonam.* B primam litteram in rasura habet, ut ibi quoque fieri possit ut antiquior scribendi ratio „sonam" fuerit. Tunicas Poeno-

rum discinctas vidimus ad 973. — 1006. Post *urbem* hiatur; Gepp.: „aut hic quid". — 1007. *Muphursa*, enarrant מַה־פְּרֻשָׁה „quæ est interpretatio eius? quid sibi vult hæc oratio?" Proxima magis dubia sunt. Wex: מִי הִיא לְךָ יַעֲנֶה „quis tibi respondebit?" Movers.: מִי הַהֹלֵךְ יַעֲנֶה „quis viam facientem, i. e. peregrinum, lædere audeat?" aut „quis peregrino respondebit?" Potius exspectabam: „Cur peregrinum ludibrio habes?" Omnino corrupta esse Punica verba, ostendit interpretatio Milphionis, quæ nullam fere cum iis similitudinem præbent; sed quod proposuit Bellermann. מוֹרֶה לְךָ יַעֲנֶה „doctor tibi respondebit v. explicabit", non est aptum. Fieri potest, ut in proximis error sit, nam *mures Africanos* ne quis Lipsio credat pantheras esse, veros mures esse ostendit Plinius H. N. XXX, 43; in *pompa* autem ludos antecedente, ubi deorum tensæ traducebantur (v. Marquardt. Enchir. ant. Rom. IV p. 498 sqq.), muribus ædiles usos esse non credo. Quod si censeas in illa pompa etiam bestias traductas esse, quarum postea venatio futura esset, non tam id respondebo, venationes ante a. 186 a. Chr. n. Romæ factas non dici, quam maiores et ferociores bestias fuisse, quæ in venatione trucidarentur. · Num muli fuerunt? Ceterum Plautus, ut solet, Romanas res commemorat, quasi Romæ, non Calydone res agatur. — 1009. *dare se uelle* Cam. — 1010 ad A exigere conatus sum ratione habita versus proximi, nam ligulas Milphio facit ex „lichla", canalis ex „chanan lim", nuces ex „nuchot". *Lachanan* imprecationem aliquam significare ostendit v. 1149. Movers. p. 121 sic explicat: לֵךְ לְכַּנָּן לְמִנְכּוֹת „i ad palum (crucem) ad barathrum"; alii aliter; res dubia. — 1011. *Ligulae*, cochlearia maiora, v. Martial. XIV, 120. VIII, 33, 23. Colum. IX, 15 extr. „(musteus fructus ex melle defervescens) sæpius ligula purgandus est". XII, 21. — *canales*, canaliculæ s. fistulæ, quibus compositis canales fiunt. — 1013. Punica Movers. sic interpretatur: אִישׁ שְׁאָמַר בִּי נַעַם „vir qui comiter de me loquitur", Schröder ex A „Assamar" scribens אֶשְׁאָמַר בְּנַעַם „quod dicis, come est"; sed in Agorastoclis verbis comitas non admodum apparet. — *Quid est?* Camer. — 1014. *Pal umer gadetha*, verba nondum intellecta. Movers. et Schröder.: פַּלֵּא(פַּלְאָ) אֱמֹר גִּדַּעְתָּ „mire orationem truncas" i. e. orationem meam contaminas s. detorques,

quæ nec in illis insunt, nam desideratur pronomen possessivum, nec cum iis, quæ antecedunt, conveniunt. Melius Gesenius: פְּלֹא מָה רֵקָה דַּעְתָּם „mirum, quam inanis cognitio eorum“, quem ita sequitur Wexius, ut פַּלּוֹ scribat et דְּעוּ „indicate quam inanis sit scientia eius“. Lundio aliud in mentem venit: פְּלֹא מִרְעֶה דַּעְתָּם „egregia est regio (proprie „pascuum“) scientiæ eorum“. — 1015. *Palae* et *mergae*, instrumenta rustica, quorum illis, si ferreæ erant, ad fodiendum utebantur, v. Liv. III, 26, 9, sed pluribus ligneis utebantur, v. Cat. R. R. 11 extr.; de his Fest. Epit. p. 124: „*Mergae*, furculae quibus acervi frugum fiunt, dictæ a volucribus mergis, quia, ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos“, cf. Colum. II, 21, 3. Plaut. Rud. 763. — 1016 h. l. A, in quo Studemundus Stud. I p. 23 legit: *nisi quid tu aliud sapis*. — 1017 quod in contextu uncis inclusi, nollem factum. — 1019. *furtim* A. cf. 661. — 1020. Moversius: Mu-pho-nnium sucoratim מָה אֶפִּי נְאֻם שֶׁקְּרָאתָ הֲמוֹ (vocales Hebraicas posuimus) „quid tandem obscuri ei adclamas?“ parum veri similiter. Wexius: מִי יְפַנֶּה יוֹם שֶׁקְּרָאתִים „quis faciet ut dies se inclinet, quo in istos incidi?“ Schröder. cum A *Muphonnium sucoratim* i. e. aut מְפֻנִּים (a פנה) aut מְפוֹנָנִים (a פנן) et שֶׁקְּרָהִים (vocal. Hebr.) „perversi (insani) sunt ii, in quos incidi“. — *caue sis* edd. — 1021. „te“ del. Both. — *expedi*, v. ad Amph. 1097. — 1022. In interpretandis Punicis Milphionem non extrema solum spectasse, sed etiam priora „Muphonnim“, quæ similia sint Græcis *μὲ φονεύειν*, censet Francken. Mnemosyn. IV p. 175. — *cratim* A. Genus supplicii, quo damnati coeno aut palude mergantur crate superne iniecta saxisque congestis, commemorant Liv. I, 51, 9 et IV, 50, 4. Tacit. Germ. 12. — Pro *se* Pylades cett. „sese“, ne hiatus sit post „supponi“. Quod Gepp. ait codd. præter A „uti“ habere, non ita est. — 1024. Movers. גְּאוֹנֵי בֵּל בַּעַל שָׁמַיִם אֶחֱרִישֶׁנּוּ „per magnitudinem dei, qui cœli deus est, ego illum tacitum reddam“, ut גְּאוֹנֵי sit status constructus pluralis = בִּגְאוֹן Ies. 24, 14. Mich. 5, 3. בעל שמם etiam ex titulis Punicis notum est. Sed quod ante hoc legitur, in codd. ceteris „bel“: in A „b“, quoniam prorsus supervacaneum est, ex

dittographia ortum videtur. — 1027. *oportet*, cf. ad Most. 878. infra 1070.

1030. Servus, cuius ignorantia linguæ Punicæ tam turpiter apparuit, invehitur in advenam, quasi consulto Latine se nescire simulasset, quo se *captaret* sive in fraudem induceret. — *migdilix* A. Linguam mixtam significari apparet, sed rectene hoc fiat nomine a μίγδην et λείχω composito, dubitare licet. Ante A inventum Turnebus „Migdilyps" coniecerat, quasi mixtus Libys. — 1031. Hominem duabus linguis utentem cum serpente comparat bifidam linguam habente, ut Pers. 300: „tamquam proserpens bestia est bilinguis et scelestus", cf. ad Asin. 688. „Bisulcilinguis" Gepp. scripsit. — 1033 spurium esse vidit Gepp. — 1035 Hannoni dicitur. *ut sis sciens*, cf. Ter. Andr. 508. 775. — 1039 sq. spurios habeo cum Seyffert. Stud. p. 11 et Götz. Act. Lips. VI p. 260. *hospitium* A Studemundo teste; Gepp. versus causa „hospitem". — 1042. *Antidamai* Both.; possis etiam „Antidamae tu" scribere. — 1044 sq. *tesseram hospitalem*, cf. 956. — De duplici *si* cf. ad Merc. 796. — 1046. *quam* em. Seyffert. Philol. XXVII p. 458, i. e. ei, quam, cf. 370. — 1047—49 spurios iudicarunt iidem qui 1039 sq. *Patritus* Studem. ap. Seyffert., nec opus est „paternus" scribere, cf. l. agr. C. I. L. I, 200 v. 28. Sed *ergo* post *nam* laudari non potest; *Antidamas* sitne Plautina forma, iure dubitatur, v. ad 953; in proximo hiatur post *cum*; Gepp. transp. „Mihi hospitalis tessera haec". — 1051. *Nam* etiam A cum hiatu; Acidal. „Namque". Müll. p. 746: „Nam ego" aut „Nam hercle". — 1052. *Inde oriundus* scripsi omisso „sum", i. e. quoniam inde ortus sum. Edd.: „Unde sum oriundus", quo facto numerorum causa Gepp.: „Di omnes tibi dent". — 1053. Post *fieri* hiatur; Gepp. „uti" In proximo autem versu mire variatur constructio, ut *habuisti* legatur, non „habueris". Num fuit: „qui potuit fieri? Tu Carthagini Es gnatus, hic autem habuisti Aetolum patrem?" — 1055. *Antidama* scripsi versus causa, cf. ad 953. Geppert. „illim" maluit. — 1056. *Emit* ultimam producit, cf. 258. — 1057. Hannonis notam, quæ in B proximo demum versui præfigitur, huc transtulerunt edd., nec sane veri simile est orationem eius a *Sed* incepisse. — 1058. *illoc* A. —

1059 propter *tuum* pro „tuorum“ affert Priscianus VII p. 743. — 1060. *Memora dum* edd. — 1063. *Patrem atque matrem uiuerent uellem*, cf. ad Aul. 662: „coruom ad me ueniat uelim“. — 1064. *Factum*, v. ad Amph. 590 p. 291. — *ego* Both. add. — 1066. „is“ delevi, quamquam defendit Madvigius ad Cic. Fin. V, 8, 23. Diversa et corrupta miscet Rebling. Versuch einer Charakteristik der röm. Umgangssprache, p. 27. — 1067. *obit* Müller., v. ad Amph. 661. Error frequens, cf. 1092. — 1068. Post *priuatum* hiatus in cæsura; Weis. Gepp. „esse“ add. — 1071. *memordit* C, v. Gell. VI, 9. — 1072 corruptum esse apparet. Muretus: „Ostende, ut inspiciam; aperi. AG. Uide, eccum adest“. Gruter.: „Ostende. AG. Inspice iam. POE. Ah, perii. AG. Ah dii! ecce adest“. Quæ posteriores alii aliter variarunt, ut Spengel.: „Ostende, inspiciam: aperi. AG. Audio: atque adest“. Koch. Ann. phil. CVII p. 243: „Ostende; inspiciam. Ah perii gaudio. atque id est“. Ego olim: „Ostende. AG. Inspice manum; aperio tibi. Atque adest“. Sed quidquid fuit, totus versus additicius videtur. — 1073. *salue* codd., „salueto“ edd., cf. Mil. 1308. — 1074. *quom* Seyff. Philol. XXIX p. 404. Pareus „quod“. — 1075. „bene uortisse“ Müller. p. 390, iure, credo. — 1076. *Sed* scripsi; Gepp. „At“. — *num neuis*. num tibi molestum est? — 1077. „filio reddi“ transp. Both. Luchs. in Studem. Stud. I p. 55. — 1080. *sibi* post „suus“ sæpe abundanter ponitur, cf. 486, interdum etiam omisso „ei“, ut quasi per attractionem quandam pro eo poni videatur, cf. Trin. 156: „si ille huc saluos reuenit, reddam suum sibi“. — 1081. *habitabit* Cam. — *etsi ... tamen*, cf. ad Amph. 197. — 1082. *si quid me fuat*, si quid mihi acciderit, si mortem obiero, cf. Trin. 157: „si quid eo fuerit“. 594: „quid ea re fuat“. ad Bacch. 154. — 1087. Post „amico“ hiatur; Cam. „est insipientia“. Auditur „subdolum fieri“. — 1089. *a lenone*, v. ad Pseud. 204. — 1092. *perit* olim emendatum ex 96. — 1094. *Hunc* Pylades. — 1095. *Frugi est* Müller. — 1097. „dice has“ Francken. Mnem. IV p. 157. — 1099. *Manuque* olim emendatum. — *liberali causa*, cf. 905. — „ambas“ ferri non potest propter proxima; Gepp.: *eas*. — 1103. *in principio*, cf. Epid.

325. Pers. 550. „Iam principio" Aul. 331. Acidalius „Iam principium id" voluit. — 1104. *Magis quam uellem*, Mallem, inquit, tibi minus placeret, ut non verus, sed simulatus dolor me teneret. — *Eu hercle*, v. ad Most. 231. — 1105. Versum corruptum ex additamento spurio ortum arbitror. Vulgo editur: „Malum crudumque callidum atque subdolum", in quibus „callidum" rectum est, „crudum" ferri non potest, nam significat crudelem, v. Trucul. 634; Gepperti „uorsutum" longius abest, Franckenii „fraudum" non est Latinum. — 1106. *gestu facilius*, facilius ad efficiendum. Gepp. „quis illum gestum". — 1107. *architectonem*, v. ad Most. 745. — 1108. *Faciem* totius corporis formam esse animadvertit Nonius p. 52 et uberius Gellius XIII, 30 (29), quorum ille vv. 1108—9, hic 1108—11 affert. *qua sit* omnes; Beckero in Studem. Stud. I p. 153 sq. indicativus necessarius videbatur, nobis non item, v. ad Amph. 17. Idem in his quattuor versibus personarum notas invertendas esse censuit; Hannonem enim ex v. 1097 sq. scire non potuisse, nutricem quoque harum puellarum subreptam esse; quare Milphionem interrogantem, Hannonem respondentem facit. Milphionemque censet iam divinasse, Adelphasium et Anterastilem Hannonis filias esse. Sed hoc non ita esse, ostendit v. 1122 sq. Milphio opinionem semel conceptam de simulatione et dolo Hannonis non mutavit. Illud minorem scrupulum movet, Poenum nutricem, vel si non nominata sit, credere comitatam esse puellas, quæ ea carere non potuerant. — 1109. Pro *haud* Gell. et Non. „non". — *aquilo*, fusco, subnigro, cf. Rud. 423. Sueton. Aug. 79, qui ei „colorem inter aquilum candidumque" tribuit. Gell. „aquilost", Non. „aquilino". — *east* A. — 1110. Post „uenusta" hiatus in cæsura; Gepp. „ocellis" proposuit, Hertz. „ore aeque atque". — 1111. *probe* A. — 1112. *Uin eam* edd. — 1143. „atque" del. Gepp.

1117. N, i. e. nutrix, Giddenemes nota est; in hoc quidem versu B etiam pro B (Milphionis nota) S habet, i. e. servus. *te proximus*, i. e. proxime adstat, cf. Cæs. B. G. III, 7: „proximus mare Oceanum hiemarat", al. — 1119. *Nam quem*, v. ad Amph. 548. — 1120. *hic quidem meus* Both. — 1121 sq. Servus in fraude et fallaciis semper occupatus non dubitat,

quin hæc quoque aut mendacia aut fallaciæ sint. *Praestrigiator* B, v. ad Amph. 775. — 1124. Post *salue* hiatus in cæsura; Müll. „o“ addebat. — *insperatissime*, i. e. desideratissime, cf. Men. 1112. Rud. 1175: „Salue, mi pater insperate“. — 1125. „eho“ corruptum est; Gepp. „me“ cum sequentibus iunctum; sine dubio fuit *auo* ut 991 et 998. Additur synonymon ut abeuntibus „Uale atque salve“ Capt. 738. al. — 1127. Post *Giddenemem* aliquid deest; Gepp. „ueterem“ add.; Müller. „me“; ego *an non*. — 1133. Post „filiae“ hiatus; Ritsch., Gepp. aliique: „uti“. — 1134. *plane nobis* Acidal., cf. 1275. — 1136. *mutarentur*, nisi tu venisses. Pro virginibus meretrices fierent. — 1138 sq. Ex 1140 sq. apparet unum ex Hannonis servis Giddenemem, quam olim cognoverat, Punice allocutum esse eamque Punice respondisse; et ille quidem matrem salutat, illa filium agnoscit. *Hau amma silli*, הַו אַמָּא שֶׁלִּי, ubi הַו apocopatum pro הֲוִי sit, enarrant: „salve, mater quæ mihi es“. *Hauon bene silli*, הֲוֹן בְּנִי שֶׁלִּי „salve, mi fili, qui mihi es“. — *in mustine*, Hebr. הֵן מְצָאתִי הֵנָּה „esse invenio hic“. — Proxima incertissima sunt; scripsi fere ut A. Movers.: me ipsa etem es iadum etalam anec estumim מָה אֶמְצָא אֹתָם אֶשׁ יַחְדָם אֶתְעַלָּם אָנֵךְ אֶשְׁתּוֹמֵם „quomodo invenio eos, una cum quibus educata sum? Enimvero exsulto“. Schröder.: Me ipsa ete, מָה אֶצְפֶּה אֵיתוֹ „qualem video illum!“ Tum: mest asd, מְצָאתִי חֶסֶד „inveni gratiam“. ume 'talam, וּמָה הִתְעַלָּם „et quam adultus est!“ Reliqua ut Movers., „conturbata sum“. — 1141. Hannoni dedi cum plerisque edd., non ut B Milphioni, quem parum Punice scire vidimus. — *suam hic* scripsi. Pyl. „Matrem hic salutat hanc suam“. Gepp. „Matrem hanc salutat hic“ omisso „suam“. — 1143. *Quae ea est* cum hiatu legit Seyff. Stud. Plaut. p. 24. — Proxima Hannonis esse plerique viderunt. — 1144. *hos*, servos meos. — 1145. *hanc abire h* . . . A; Studem. supplevit *hinc*. — 1149. Milphioni dedit Cam.; nam cur Poenus servis suis malediceret, nulla causa erat; servus autem quamvis nihil fere Punice sciret, tamen imprecationem *lachanan* (v. 1010) meminisse potuit, nec ab eius persona abhorret illis mala omnia minari. — 1150. *ad puteum* Cam., cf. Aul. 339. — *robustum codicem*, cf. Plin. H. N. XI, 151; codex roboris significatur, ad quem

poenæ causa alligabantur servi, cf. Prop. IV, 7, 44: „codicis immundi vincula sentit anus". Iuven. 2, 57. — 1151. *leniter*, parum, cf. 638. — 1154. *Spondesne*. cf. ad Aul. 248. — 1157. *Nunc* iteratum non ferens Geppertus „Dehinc" scripsit. Seyff. Stud. p. 10 hunc et sequentem versum damnavit, ac sane aut hæc aut proxima tollantur necesse est. Mihi quidem 1157—58 genuini videntur, sed 1156 et 1159—62 deleverim, quorum 1159 antecedentia repetit, cetera hoc quidem loco parum apta videntur. — 1159. *illis* edd. — *inter uias*, v. ad Aul. 371. — 1160. *Praeterbitamus* Cam. — 1162 numeris caret. Gepp. „Meos equidem amores". — 1164. *quid est*, quæ eius rei causa sit. — 1165 rationem attulit lepidam, sed nobis, quod dolemus, ignotam; nam versus pessime corruptus est, nec A opem tulit, in quo Gepp. legit: ID . . . . I . . . . ONEM. Turnebus „Thraecae columnae" coni., quæ quum nusquam commemorentur, Lambinus: „Graecae sunt hae columnae"; Gepp. „Preciosae sunt: ad coelum sustolli solent"; Lübbert. Mus. Rhen. XXIII p. 693: „Thraecae sunt equolae; numero sustolli solent", coll. Anacr. fr. 75: *Πῶλε Θρῃκίη*. Mihi in mentem venit: „Ubi factae sunt, columnae sustolli solent". — 1166—70 hoc loco ferri non posse, vidit Acidalius eosque ante v. 1148 posuit; Gepp. post eundem versum; sed ne ibi quidem non male interrumpunt sententiarum tenorem et æque inepti sunt atque ea quæ nuper vidimus additamenta. *Opinor* codd., „Opino" Gulielm. — *per iocum*, immo doli causa, v. 1100. Ioco recte opponitur *serium*, sed *severum* huius synonymon non est.

1171. Puellæ a Veneris æde hilari animo redeuntes canticum instituunt anapæsticis fere octonariis compositum. Primo versui *Γ*, i. e. Adelphasii notam recte præfigit B. Qui amoenitatis amator esset, ei quam maxime ait operæ pretium fuisse oculos intendere, ut pulcherrimis muneribus, quæ obtulerant meretrices, lætaretur; lætam vero oculorum operam cum epulis comparat. *quoiuis* Brix. Ann. phil. CI p. 777, quod ad sensum non differt ab eo, quod Geppertus posuerat, „cuiusuis". Illa genetivi forma ex „cuicuimodi" nota est, v. Neue Formenl. II p. 246. — 1172. *delubrum qui hodie ornatum eo uisere uenit*

pro „si quis eo venerat, ut delubrum viseret“ vix sana sunt. Both. „ornatum inuisere“; sed *eo* est etiam in A; Gepp. etiam „si“ pro „qui“; Brix. „delubrumque hodie ornatum inuisere Ueneris“. — 1173. „ego“ del. Weis.; Müll. p. 47 transp. „ego illi“, Speng. „hodie ego illic“. — 1174. *Digna* priore correpta, cf. Proleg. p. 205. — *diua*, cf. Mil. 730. C. I. L. I n. 178: „deiu noue sede“. 632: „sei deo sei deiuae sac“. Varr. L. L. V, 58 et 65. — *opes* olim correctum. — 1175. *in suo quique*, i. e. in suo quoque, v. ad Most. 248. — 1176. Inter delicias festi diei celebrandi causa oblatas commemoratur myrrha ex Arabia advecta. *Arabus* scriptum fuisse testatur Charis. I p. 98, qui etiam „que“ omittit ut A, v. Ritsch. Op. II p. 339. *omnia* em. Cam. *uisust* A. Sed hic versus trochaicus octonarius est; ut anapæsticus fiat, et cum Seyff. Stud. p. 7 *sordere* pænultima brevi legerim, et *tuus* addidi, quod etiam proximus versus suadet. *sordere* est parum nitere, contemni, cf. Trucul. 380: „inter nos sordebamus alter prae altero“. Hor. Ep. I, 18, 18. al. — 1177. *tuum* edd. — „clientarum ibi“ Müll. p. 106. — 1179. Anterastilis sermonem hinc incipere vidit Acidalius. Numeri incerti, nam tribus creticis hic vix locus erit. Codd. cum antecedentibus iungunt, quæ dimetrum anapæsticum quamvis minime bonum efficiunt; alterum dimetrum Müller. p. 145 sic supplevit: „certo enim scio, quod quidem ad nos ambas“. — *Certo enim*, v. ad Amph. 651. — 1180. *praepotentes* corruptum videtur, vel propter sequens „potentes“. Spengel. Plaut. p. 31 „praepollentes“, Geppert. „praeualentes“. — *pacis* de deorum pace intelligunt; non credo. Proximus versus ostendit, ceteras meretrices vulgo ludibrio habitas esse; sed a duabus virginibus abstinuit spectantium pudor, neque iis quisquam molestus fuit, cf. v. 1193. — 1181. *inridiculo*, cf. Cas. 815: „inridiculo sumus ambo“. — „soror“ del. Gepp. — 1182. Müller. p. 223 sq. transp. „ita istuc aliis“ aut „aliis ita istuc“. — 1183. *Spero equidem*, fore, ut ita videatur. — De omisso „nos“ v. ad Epid. 351. add. Merc. 448. — *Et pol* edd.; tum „ego item“ Müll. Nachtr. p. 7. — 1184 versus catalecticus in exitu sententiæ. — 1185. *Iuppiter qui genus colis alisque hominum* affert Servius ad Æn. I, 16. — *aeuom*

masculino genere etiam Lucret. II, 605. III, 605. — 1186—88 glossematis inquinati sunt. „apud“ iam antiqui edd. del.; Gepp. cum Brixio etiam „omnium“, scr. „da mi hunc diem sospitem quaeso“. Melius Müller. p. 320: „omnium, da diem mi hunc“. — 1187. *Meis rebus* Müll.; superiores „Rebus meis“. — „ut“ del. Cam.; idem *e patria*. — 1188. „Redde his libertatem“ edd.; Müller. p. 232: „redde has“ flagitante etiam sententia; mihi pronomen ab eadem mala manu qua substantivum additum videtur. — *inuictae* edd. Vocativum numeri aspernantur — 1189. Agorastocles audacter promittit omnia bene eventura. Quæ post „faxo“ in codd. (etiam A) adduntur, iure delerunt Weis., Gepp. — *lacruma* edd. — Hinc desunt Græcæ personarum notæ.

1190—93 systema iambicum tribus octonariis et senario constans. *uolup est*, v. ad Amph. 951. Lamb.: „Gaudet homo, si in eo, quod agit, victoria clarus est et excellit“, *cluet*, cf. Capt. 683: „clueas gloria“. — 1191. *nos hodie* A. — *inter alias*; accuratius foret „inter omnes“, cf. Cæs. B. G. I, 41: „ex aliis ei maximam fidem habebat“. al. Madv. Syntax. Græc. 96 annot. 3. — 1192. *es, soror* A. — „An uero“ edd.; mihi *An eo* scribendum videtur, nec moror, quod in proximo versu *si*, non „quod“ scribitur. Etiam *tibi* addidi tam versu quam sensu suadente; cf. tamen ad 1263. — 1193. *illi*, apud ædem Veneris. — *fuligine* edd.; ea protervi iuvenes ludibrii causa meretricum ora oblinebant. — 1194—96. Hæc non solum vocibus bis scriptis sed etiam ineptissimis additamentis ita aucta sunt, ut non pauca tollenda videantur. His deletis manet octonarius iambicus: *O patrue mi patruissime, ut sapit!* HA. *Ingenium patris habet.* — 1197 sq. iambici septenarii. *Quae res?* v. ad Asin. 474. *abusa est*, consumpsit, v. ad Asin. 195. add. Pers. 261: „hoc argentum alibi abutar“. — 1198. Alterum *sapit* excidit; superiores fere: „amore meo sapit“.

1199 sqq. trochaici septenarii. *genere sumus* et *nos facere* et A et B. — 1202. *addunt* ex A accessit; Brix. Ann. phil. CI p. 768 „nimisque addunt“ voluit. — *uti* Gepp. — 1203. *portentum est.* cf. 748. — 1204. *Quod* Both. — 1205. *inuito* primam corripit. *diebus* bisyllabum, v. Proleg. p. 215; Müll.

„Nos fore inuito diebus domino paucis liberas". Gepp. „domino nostro inuito". — 1206. „dei" A. — *qui* Gulielm. — 1209. *uolo ambas* Cam. — 1211. Versum ineptum seclusi. Gepp.: „qui quidem non inimicus sit". — 1212. *istuc* scripsi sensu iubente. — 1213. *Haud procor* scripsi, i. e. non studiose amicos sector, cf. Sen. Quæst. nat. IV præf. 5: „Perit procari, si latet", Gepp. male: „Hau nego". — 1214. *uolt uobis facere* A. — *bene fecerit* Acid. — 1216. „Leibertatique" A. — 1218. *ego* abundat, v. ad Amph. 532. Both. del. et „illance" scripsit. — 1220. *Certo haec mea est*, Hannoni hæc dedi; superiores Agorastocli continuarunt. — 1222. *temptare* Pareus. — *In pauca confer*, cf. Men. 6. Cic. p. Cæc. 6, 17. — *qui sedent*, spectatores; Gepp. „qui hic sedent". — 1223. *Quid istic?* v. ad Bacch. 1046. — *In ius uos uoco* Cam.

1224 sqq. iambici septenarii. *Nunc patrue tu frugi bonae es . uin hanc ego adprehendam* A. Sequitur etiam in A *Tene*; sed Hanno Agorastoclem pro teste habiturus est, non filiam suam prehendere vult. Vox septenarii mensuram excedens sine dubio spuria est, ut proximus versus, quem si cum 1242 comparaveris, apparet a Plauto non esse scriptum. — 1226. *ego pol* A. — 1227. *Antestare me*, auriculo meo prehenso testem me advoca, v. ad Curc. 621. — 1229. Versum non ἄμετρον solum, sed ineptissimum seclusi. Gepp.: „Sed illud, quod uolui, AD. Dice. AG. Immo hercle dixi quod uolebam"; sed etiam in A est „deicere". — 1230. *nisi honestiust*, nisi forte honestius vobis videtur. — 1231. *Dicet illi*, i. e. in iure. — 1232. Puella indignata, quod etiam amator sibi adversetur, proverbiali locutione quærit, num etiam suæ canes se adlatrent. *Latrare* aliquem etiam Hor. Epod. 5, 58. Epist. I, 2, 66. — „Si canes tua sum", inquit Agorastocles „ut canem me tracta; adludendo offaque præbita aut osse obiecto me mulcebis"; *adludiare*, cf. Stich. 383, in hac re proprie dici videtur. — 1233. Post *pro* utroque loco hiatur, v. Proleg. p. 220. Müll. p. 748 „mi pro osse" coni. — 1234. *oleo*, nam oleum non ut aqua quovis motu agitatur. — 1235. *Ite. si itis* Cam., v. ad Epid. 197. Numeri ne offendant, de primi pedis licentia v. Proleg. p. 181. — 1236. *Nos* omisso „ne" Gepp. — *est. AG. Hunc* olim emendatum.

— 1237. *Quia*, v. ad Pseud. 626. „feilias“ et proximo v. „leiberas“ A. — 1238. *Atque equidem*, cf. 507. — 1240. *perieres*, cf. 480. ni peieret, eam lepida sponsione provocat, v. ad Epid. 697. — 1241. *Atqui* Gepp., ut Bacch. 819; cf. ad Most. 102. — 1242. „necessust“ Gepp. cum Lachm. ad Lucret. p. 397. — 1243. *Ei* olim. em. Tum Hermannus „facitis“ et proximo versu „habetis“, sed quum etiam A utroque loco coniunctivum præbeat, v. Studem. Stud. I p. 244, cum Beckero „uos“ delevi. — 1244. *huius* etiam A; ante hoc hiatus; Cam. „huiusce“, Müller. Nachtr. p. 131: „huius ambas“. — 1246. „quae sunt“ edd.; immo *quae* scribendum, cum hiatu. — *satis iam* ex A Studem. Ann. phil. CXIII p. 61. Ab his autem verbis Hannonis oratio incipienda est, non, ut in C fit, a proximo versu. — 1247. *Sic* Gepp. addidit spatio eius in A animadverso; cf. Men. 555. Both. „Ego“, Weis. „eloquamur“. — 1248. *stupida*, cf. Epid. 581. — *sine animo*, exanimata, ut Epid. 570. — 1249. *posset* Both. — 1250. *Ne*; alibi „ut ne“, v. ad Epid. 66. — *id*, ut quæ vobis indigna essent non tulissetis. — *euenisset* A. — 1252. *Eas* defendit Lübbert. Gramm. Stud. II p. 101 coll. Pers. 754: „Eas nobis grates habeo atque ago“. Gepp. „Eius“. — 1253. „dei“ A. — 1255. *Huiusce*, se ipsum significat, cf. ad 646. Sed hanc pronominis formam a Plauto abiudicat saltem ante consonantes Schmidtius Quæst. de pron. dem. form. Plaut., et „Iachonis“ scribendum censet p. 57, prob. Studem. Ann. phil. CXIII p. 71, modo „Iahonis“ scribatur. — 1256. *oblectant* olim em. — *ita me* Gepp., cf. Müll. p. 730. — 1258. „ecomplecti“ merus calami lapsus videtur; edd. vulgo „te complecti“. Both. „et c.“; utroque facile caremus. *nos sine* olim em. Proxima Anterastili dedit Both., superiores Hannoni „cupitæ“ scribentes. — 1259. *sumus* olim em. — 1261. *sedo* item. — 1262. *uidemur* Cam., i. e. vix hoc credere posse nobis videmur, cf. „sperare videor“ Cic. Verr. I, 17, 50. Planc. 3, 8. de Orat. II, 28, 122. Læl. 4, 15, quare nolim cum Kochio Ann. phil. CVII p. 243 „audemus“. — 1263. *primum* codd.; „prima“ Luchs. Herm. VI p. 273. — *ea* Cam. add. — 1265 nec hoc nec ullo alio loco ferri potest; frustra defenderunt Gepp. et Luchs. l. l. — 1266. *Omitte saltem tu altera* A. — *enicas*

me Cam. — 1267. Artissimum brachiorum complexum comparat cum *neruo*, cf. Asin. 544. — 1268. *digna dignis*, cf. Pseud. 1016. — 1269. Gepp. hiatus causa „Cur estis numero“, sed Fest. p. 170: „Qui exeam numero estis mortui hoc exemplo ut pingeretis, i. e. cur cito mortui estis“; itaque *Quidnam* scripsi. — *hoc exemplo* A, i. e. ad hoc exemplum, omisso obiecto. Gepp.: „hoc exemplum ut pingeretis!“ verum exemplum non pingitur, sed petitur. — *numero* est nimis mature, v. ad Amph. 177. Structura non prorsus accurata. Vellem, inquit, vos nondum mortuos esse, ut cett., cf. Capt. 595: „Crucior lapidem non habere me, ut illi mastigiae cerebrum excutiam“. Madv. ad Cic. Fin. IV, 28, 37. Kinch. Quæst. Curtian. p. 58 sq.

1272 sqq. trochaici septenarii. — *magnas gratias*, Gepp. „magnam gratiam“, sed antiquos etiam illud dixisse, quamvis neget Langen. Beitr. p. 11 sqq., etiam nunc credo, v. ad Amph. 179; add. Ter. Andr. 770: „dis pol habeo gratias“. Phorm. 894: „Dis magnas merito gratias habeo atque ago“. Plaut. Pers. 754. Liv. XXIV, 37, 7. Val. Max. V, 6, ext. 2. — 1273. *laetitia adfecistis* cet. A. — 1275 ex 1134 repetitus et sine dubio spurius. — 1276. *memoria* A. — 1277. *dotis*. Restitutionem bonorum et hereditatem ei promiserat 1080 sqq., dotis nihil promiserat, quare non iniuria Geppert. Stud. I p. 75 vv. 1276—77 spurios censet.

1278. Antamoenides exit ex lenonis ædibus furore incensus. Ludificari enim se censet a lenone, qui se ad prandium invitasset et, ut convivas quæreret, abisset (614), sed nondum redisset. Ille quidem furti manifesti reus ad amicos consulendos abierat (793). *Minam* ei miles dederat (467), ut gratiam eius conciliaret; iam amissam ulcisci vult. — 1279. *scurrae* Cam. em., cf. 611. — 1281. „Foras ipse abiit“ Gepp. — *atriensi* edd., cf. ad Asin. 262. — 1283. *Pro maiore* A. — 1284 affert Priscian. III p. 615. *Sic dedero*, sic inimicum ulciscar, v. ad Asin. 436. — 1284. *tetigero*, cf. 101. *aere militari*, v. ad Aul. 518. Miles quum stipendium ab eo, cui attributum est, non recipit, pignus capit. Sic ego, inquit, pro prandio mihi promisso, vel saltem pro maiore eius parte pignus cepi. — 1285. *quem* olim em.; ironice loquitur. — 1287. *illam totam faciam* cett., cf. ad

Aul. 662. — „merulea“ etiam in A exstare dicitur; antiqui edd. „morulea“; non dubito quin *caerulea* fuerit, sed versus causa *caerula* scribendum et cum Bothio *uti*. — 1288. Post *replebo* hiatus; alii „eam“ addunt; Gepp. „repleuero“. Alter hiatus in diæresi legitimus est; Gepp., qui in A viderat ATR... OR, „atratior“ ed. — 1289. *Aegyptini* Gepp. ex A, cf. Fest. Epit. p. 28: „Aegyptinos, Aethiopas“. — *ferunt* olim em. *Cortina* qua causa per circum feratur, ignoramus. — 1290. Anterastilis, non Adelphasii, hæc sunt; illam enim miles amabat; illi metuendum est, ne miluus iste se quasi pullum auferat. Ceterum *miluum* scriptum mallem. — 1291. *ne forte*, v. ad Aul. 639. — 1292 sq. *me moror*, v. ad Most. 1043. Se obiurgat, quod non properet iis rebus venditis, quas pro pignore cepit, prandium sibi comparare. — *hoc* ablativus est. *nunc* add. Cam.; Gepp. „iam hoc“. *opsonare prandium*, ut opsonium Bacch. 94. Stich. 441. — 1294. *Sed quid hoc est?* cf. Trucul. 757. *quid est?* A; ceterorum scripturam „quid hoc?“ Seyff. Stud. p. 28 tuebatur. — 1295. Patris et filiarum mutuus amplexus significatur. — 1296. *tunicis longis*, cf. 973. 1301. *quasi*, v. ad 240. — 1298. *Est ea certo* scripsi; „Et“ hic locum non habet. — 1299. „amplexarei“ A. *baiolum* olim em., ut 1351. Cum baiolo comparat hominem sine pallio incedentem. — 1300. *illunc* Both. — 1301. *tunicis demissiciis*, i. e. usque ad talos demissis, quales mulieres gestabant et viri effeminati, cf. Hor. Sat. I, 2, 25: „Malthinus tunicis demissis ambulat“. Cic. Cat. II, 10, 22: „manicatis et talaribus tunicis“. Verr. V, 13, 31: „quum iste cum pallio purpureo talarique tunica versaretur in conviviis muliebribus“.

1302 sqq. senarii. *amatricem Africam*, non amatorem Afrum, dicit quasi mulieris quam viri similiorem. — 1305. Pro *ad te* Gepp. ex Parisino cod. nullius momenti „ad me“, quasi salutem Hannonis aspernaretur. — 1306. Post *tibi* hiatus; Both. „hanc tibi“. — *tactio*, v. ad Amph. 515. — 1307. „Ligula“ vulgo editur ut 1011; sed illic prima vocalis brevis est, hic longa, quare *Legula* prætuli ex B. Quid significaverit, parum scio, nisi quod apud Sidon. Apoll. Epist. 1, 2 (p. 175 Baret) „aurium legulæ crinium superiacentium flagellis ope-

riri" dicuntur. Gepp. „Alecula", quasi muria, quæ proximo versu *hallex* quibusdam dici visa est; glossaria pollicem pedis enarrant, quasi Hanno parvæ staturæ fuerit. Loewio Prodrom. p. 273 „hallux" huius nominis vera forma videbatur, cf. Fest. vv. „hallus" et „allus". — *i in*, cf. ad Pseud. 336. — 1309. *contractare*, cf. 697. — 1310. *Maena* piscis nota est; proxima convicia omnem vel enarrationem vel emendationem probabilem respuunt. — 1312. *Alli ulpicique* facile emendatum. Columel. XI, 3, 20: „Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Græci autem ἀφροσκόροδον appellant. longe maioris est incrementi quam allium". Hoc igitur Poeni utebantur, nec aliter Romani remiges; milesque ei, quem Poenum esse videt, foetorem oris obiicit, ut Most. 38 urbanus servus rustico. — 1313. *pruriunt*, v. ad Amph. 291. — 1315 sq. *adhibes tu* scripsi, quod proximum „loquere" postulat; numeris solis consulentes Weis. „istaec" del., Gepp.: „Quin adhibuisti". Miles, qui *cinaedum* eviratum Agorastoclem appellaturus erat, ait eum Gallorum more cum tympano saltare debere et inter loquendum tympanum pulsare, cf. Sueton. Aug. 68: „versum de Gallo Matris deum tympanizante: Videsne ut cinædus orbem digito temperat?" — 1320. Hæc non ad proxime antecedentia respondent, sed ad v. 1312; quare nescio an additicia sint quæ intercedunt. *Qui* Seyffert. Phil. XXIX p. 392 coll. 1369. Epid. 101. 332. Men. 332. Rud. 639. — 1321. *inclementer*, v. ad Amph. 735. — 1324. *bene factum*. cf. Ter. Andr. 992. — 1325. *Si quid* A, ut iam ed. pr. — Post *lenoni* hiatus; „huic" add. Pyl. — 1326. *Quom*, v. ad Amph. 636. — 1327. *Credibile dicit*, v. ad Mil. 293. — 1328—32. Pro his quinque versibus in A Gepp. tres fuisse dicit:

SEDECCUMLENONEMIN . I
EO LI . . . . . D . . ISCUM . . . . . . S
U TUN UISKI, quæ

sic redintegrare conatur:

Sed eccum lenonem; neminem lubentius
Hic video, qui aurum meum tuis cum filiis
Furatust: bonus uir se recipit domum. HA. Quis? hic?

Studemundus vero sic legi benignissime me docuit:
CREDO ⌗ ETEGOCREDOSEDECCUMLENONEMOPT . . .
CRED . ATEGOCREDO ⌗ EDEPOLKI . UENITCOMMODUS
. . . UMUIRUMECCUMUIDEO . . DEUN . . MD . . UM ⌗ QUISKICST
Quorum secundo pro dittographia vel glossemate excluso efficitur id, quod in contextu posui. — 1330. Principium huius versus in A exstat antecedenti adiunctum, in ceteris integri tres versus, quos uncis seclusimus cum Gepp.; leguntur enim infra 1379—81, unde quum eos archetypi librarius aberrante oculo huc transtulisset, sed inducendos esse notasset, hoc BC omnino non animadverterunt, A primis verbis scriptis animadvertit. — 1330. *uel leno vel Lycus* ex 1379 correctum. — 1332. Metri causa „hic" aut transponendum aut delendum videtur. — 1333. *in ius* A, ut iam Pylades. — 1334. *multam dici* A, ut iam Lipsius.

1338. *addicar* olim em.; cf. ad Men. 97. — 1341. Pro corrupto „mo", unde C: „modo", olim „aio" emendatum, quo hiatus fit ante „hasce". *has dico* Studemund. Ann. phil. CXIII p. 66, quum in A sibi HASD legere visus esset. Müller. „Quin hasce aio", sed *quia* probum est, cf. 1237. — 1343. Pro „Te" *Eae* Both.; vulgo editur „Quae". — 1345. *Neminem* dactylus est. — 1347. *de prandio*, propter prandium, cf. ad Mil. 1403. — 1348. *Duplum*, i. e. dupli poena mihi debetur, nam, ut ait Gaius III, 190 „nec manifesti furti poena per legem XII tabularum dupli irrogatur, quam etiam prætor conservat", cf. infra 1359. Ceterum nescio an „Duplo" scribendum sit ablativo casu ut in duobus proximis versibus. — *hinc*, collum suum ostendit; præter corpus suum nihil se habere dicit; cf. 1351. — 1350, qui ab A abest, delerunt Gepp. et Hasper., metri quidem causa non necessario, nam *argenti* primam corripere potest, v. Proleg. p. 204. — 1351. *Collo rem* A ut iam ed. pr.

1352 misere corruptus est. Vulgo editur Turnebo auctore: „AG. Num quid recusas contra me? LY. Haud uerbum quidem"; quorum posteriora, quamvis ne A quidem consentiat, ubi legerunt: ADUER . . . . . . QUIDEM, tamen fortasse reciperem, si priora ferri possent, quibus quid faciam omnino ignoro. Itaque quum etiam proxima tam multa habeant inepta et quæ a Plauto profecta esse non possint, omnia

inde a 1352 ad 1395 uncis inclusi. Nam ut in Terentii Andria, ita in Plauti Poenulo duplex legitur fabulæ exitus, quorum alterum tantum genuinum esse facile apparet, v. Ritsch. Parerg. p. 584 sqq. Et Camerarius quidem vv. 1369 sqq. ut suppositos omnino abiecit; recentiorum cautius iudicium fuit, maxime postquam extrema illa etiam in A scripta fuisse animadversum est. Lomanus quidem (Specim. crit. p. 57) nullam causam vidit, cur hæc potius quam illa a Plauto abiudicarentur; Theodorus Hasper autem (de duplici Poenuli exitu, Annal. philol. vol. supplem. V p. 279 sqq.) utrumque exitum antiquum esse statuit, verum posteriorem, a v. 1369, non ab ipso Plauto compositum esse, sed ab imitatore aliquo, qui genuinis 1320—68 hæc substituta vellet. Sed in iis, quæ genuina habet, vv. 1352—56 tot ineptiis abundant, ut necessario damnandi sint, ab iis autem proxima ad 1368 divelli non possunt. Quid ergo dubitamus, quin prior exitus spurius sit, præsertim quum senariis sit scriptus, quo numero posteriores fere solo utebantur, non septenariis, quibus Plauti fabulæ, utpote cantorum modis expletæ, terminari solent? Qui vero sequuntur senarii, 1369—94, quum non ab eodem auctore compositi sint, tum non minus spurii sunt; sive enim versui 1319 sive 1327 aut alii cuivis eos adnectere coneris, nec in Agorastoclem convenit tam placida loquendi ratio, nec lenonis idem ingenium est atque antea. Trochæi autem, qui a v. 1395 incipiunt, præter eos versus quos seclusi, 1400 et 1406—10, nec offensionis quidquam habent et legitimum ac vere Plautinum fabulæ exitum reddunt.

1353. *Ite igitur intro*, qua de causa? — 1354. *desponde*, quid opus est iterari quæ sollemni more facta sunt 1153 sq.; sed in eiusmodi repetitionibus sibi placet interpolator, v. 1276. — 1355. *bene uale*. Vale dicendi causam ægre invenias. — 1356 male cum 1346 et 49 convenit, ubi miles se lenonem in ius ducturum dixit? *hoc*, quod pro pignore cepit 1283; Lamb. „hunc“ scripsit, Hasper „heic“. — 1357. *quom*, quod etiam ab A abest, add. Dousa. Tum demum eum perisse dicit, quum in ius venerit. — 1359. *simplum* pro duplo 1348. — 1361. *Tantisper quidem* cett., ea quidem condicione, ut tantisper apud me codice (1150) vinctus sis. — 1363. *hunc* correptum;

Gepp. al. „mi“ tollunt. Hasp. in proximum versum transtulit: „Habeamus hilare hunc“, Bentleium secutus ud Ter. Ad. 287: „hilare hunc sumamus diem“; prob. Müller. p. 500. — 1365 spectatores alloquitur; sed iure mireris proximum versum adiungi. Post *postremo* hiatus in cæsura; Taubm. „hoc“ add. — Pro *redit* Studem. Ann. phil. XCIII p. 63 in A „reccidit“ fuisse susp. — 1357. *postremum condimentum fabulae* non magis concoquo quam Brachmannus de Bacchidum retractatione scenica p. 76.

1369—94. Si recte statuimus hæc superioribus (1352—68) anteponenda esse, iure adsunt mulieres, quæ v. 1353 abire iubentur. — *agis* A. — *qui lubet patruo loqui inclementer*, cf. 1320. Spectantur convicia 1307 sqq. — 1370. *Ne mirere* edd. — 1373. *perierunt domo*, cf. 984. Sed qui convenit lenonem hæc dicere, qui 1344 sq. longe aliter locutus est? Seyff. Philol. XXIX p. 404 verba „Unde . . . domo“ militi tribuit, qui hoc quidem loco loqui non laborabit. — 1375. „metuei“ A. — 1377. *duodeuiginti*, cf. 896. — 1378. *Qui*, i. e. quibus, v. ad Pseud. 487. — *tute* A. *periisti* edd. — Versum in codd. male repetitum delevit Both. — 1379—81 repetuntur 1330—32. — 1383. Versus claudicat; Gepp.: „noverunt“; Hasp. „ei, te qui norunt“. — 1384. Alterum „te“ olim deletum; Gepp. „oro“ add.; Hasp. „per ego genua tua ted obsecro“. — 1387. *Facite ut uos uostro* Hasper. Gepp.: „Ita facite et uostro“. — 1388, cf. 1344. Post „sciui“ hiatus. Both. „esse sciui“. — 1389 cf. 1345. — 1390 cf. 1346. Post „tum“ hiatus; Gepp. „meae eae“, Koch. Ann. phil. CVII p. 244: „meae quidem“. — 1392. *malitiose*; quis unquam hoc suspicatus est? — 1393. *Quid* Hasp. *mecum* Gepp. — 1394. *genua*, quæ 1384 amplexus est. — *Mitto*. Hasper: „Omitto“. — *si ita sententia est*, si ita vis, cf. Ter. Heaut. 166.

1395 sqq. trochaici septenarii. Cum iis, quæ in codd. antecedunt, hæc nullo modo conveniunt; verum si cum 1351 iungas, omnia plana sunt. Quod autem vulgo v. 1395 sq. Agorastoclem cum lenone colloquentem faciunt, mihi militis hæc verba esse persuasum est. — *inter negotium*; occupatum se dicit leno, scurriliter, sc. ut „collo rem solveret quasi baiolus“. —

1396. *Ut minam mihi argenti* Müller. Nachtr. p. 11. Hasp., quasi Agorastoclis verba essent: „ut tu iam". — 1397. *Di meliora*, Dii prohibeant, ut in nervum abducar. Sed Agorastocles affirmat ita fore: *Sic est.* — *hodie* Hasper; ut „tu" anteponatur non opus est. *cenabis foris*, i. e. domi non cenabis, vinctus eris. Proverbii modo hoc dicitur, nec multo aliter Ciceronis tempore *foris esse*, i. e. edere, dicebatur qui rem familiarem amiserat, quasi cui ne victus quidem hodiernus domi relictus esset, v. Cic. in Pis. 6, 12: „egere, foris esse Gabinium". cf. ad Att. IV, 18, 3 (olim 16, 11). — 1398. *Aurum* Agorastocli, *argentum* militi, *collum*, supplicia v. 1349, Hannoni. — 1399. Post *me* hiatus; Gepp. „in" add.; ego „med" scribere malim. — 1400. Si hic versus genuinus est, alia sequi debent quam quæ leguntur 1401; spurium credo. *litis sequar*, cf. Ter. Andr. 811. Phorm. 408. Ad. 248. — 1401. *quo pacto* ed. pr. — — 1402. *sit* et *At* scripsi et personas ordinavi. *mas sum*, non femina, ut lenonem timeam aut feram, cf. 1309. Scriptura codicum non intellecta edd. „te maxume obsecro"; Gepp. „amasso obsecro", quod nihil est. — 1405. *Non experiar tecum*, non iure agam, cf. ad Merc. 758. — 1406—10 spurii videntur. Primus adeo non cum 1405 congruit, ut potius contrarium dicat; coniunctivus autem *conpingare* rationem non habet; „conpingere" requiritur. — 1407. *Iamne* Gepp., v. ad Bacch. 200. — *purgatum* edd. Militis esse hæc verba, Weis. aliique intellexerunt. Is Hannoni gravissime maledixerat 1307 sqq.; sed post 1319 et 1324 fieri non potest ut hæc denuo proferat. — 1410. *mihi uoluptati est* Hasp. Plautus ipse id scripsisset, quod voluerunt Seyff. et Müll. Nachtr. p. 58: „ut mihi uolup est". — 1411. Versus iusto longior. Hasp. cum Ritsch. „Leno" tollebat, Gepp. „facito". — *tu aut* Pylades. — 1413. *maiores buccaene an mammae* ed. pr.; *buccae*, dum tibias inflat, ipsæ inflantur. — 1414. *quae* Weis. cum codd.; superiores „quod". — *Curato* Gepp. Militis hæc vox est. — *cras ad te* Lips. — 1415. *Facito* ed. pr. — 1417. *mihi* (mi) cum *una* coalescit. Vulgo post Both. male: „me una ire". — 1418. *facio* olim em. *aliquot* ed. pr. — 1419. *nos curemus*, cf. Cic. Orat. III extr.: „Sed iam surgamus nosque curemus".